DON ANTONII POLICE

DE PRÆEMINENTIIS

REGIARUM AUDIENTIARUM PROVINCIALIUM.

DE PRÆEMINENTIIS

REGIARUM AUDIENTIARUM

PROVINCIALIUM,

AVTHORE

DON ANTONIO POLICE

PATRITIO PUTEOLANO

ADVOCATO NEAPOLITANO,

Olim in Regiis Audientiis Aprutii citrà, & Principatus citrà Regio Auditore.

OPVS SANE VTI NOVVM, ITA LABORIOSVM AVTHORI,

Omnibus Regiis Auditoribus Provincialibus, & Assessoribus magnoperè necessarium, cæterisque Iuris studiosis, & causarum Patronis proficuum, iis præsertim, qui criminalibus incumbunt Patrociniis.

C U M

Indice locupletissimo Rerum, & Materiarum.

TOMUS PRIMUS



NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Raillard, & Sumptibus ejusdem, 1690.

Superiorum facultate.

ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

DON DOMINICO DE JUDICE,

DUCE JUVENATII,

EQUITI S. IACOBI, HISPANIARUM MONARCHIÆ CONSILIIS BELLI, AC SUPREMI ITALIÆ, EIUSDEMQUE APUD GALLIÆ, ET LUSITANIÆ REGES LEGATO.

DON ANTONIUS POLICE,

Nobilis Civitatis Puteolorum, S. & P. Felicitatem precatur.

PATIERE, Princeps præstantissime, partum hunc ingenii mei, ad Te, sponte sua properantem, à præclarissimi tui nominis umbra, quid luminis mutuari, ut ad publicam lucem, digniùs appareat, & securiùs. Ubi enim, hoc *De Regiarum Audientiarum Praeminentiis* scriptum, decus, & patrocinium statuere feliciùs sibi posset, quàm apud Te, magnæ potestatis Virum, non magis dignitatis omnimodæ ornamentis, quàm omnigenæ virtutis dotibus, adeò præeminentem: Præemines planè singularitèr: non tàm Ligurum Cœli, & Partenopæi firmamenti, in quibus, & Tu nobilitate præfulges, ac excelsiora sidera, propinquitate generis, conjunctioneque sanguinis attingendo; quàm propè altissima Principum solia frequentèr assidendo; quibus perspicientia tua longo rerum usu peritissima, ex oraculo pronunciat: Populorum commodo, Regnantis amplitudini, simulque Regis Regum gloriæ quid expediat. Hæc in gentilitiis stemmati tui speculo, cui non patent? cærulea, purpureaque tessera mirum est, quàm genialiter gaudeas, niveamque Zonam splendidè ostentes: purpureum colorem, hoc est Regis auctoritatem amas, cæruleum, nempè Cœli jura complecteris, tueris, & promoves, candidaque innocentiæ, & æquitatis fascia ad Regis, Deique obsequium Te obligas. Iure ergò Principibus Viris adeò probatus es, adeòque dilectus; videlicèt *Candidus, & rubicundus, pariterque caruleus, electus ex millibus*: omnia enim tua exercitamenta semper ad Imperantis servitium, seù ad publici

blici

blici boni, divinique honoris scopum rectissimè collimarunt. Hæc sanè respiciebas, quando Hispani Iovis, velut Mercurius toties Interpres, Imperiique sui hac illac fidelissimus Administer, militaris, politicæque rei solicitudinem tantam, constantem in omnibus vigilantiam, pietatemque admirabilem omnium quibuscumque notus es, stupori, & plausui, in Temet, velut virtutum theatro ità laudabilitèr aperuisti, semper juvando mirum in modum Hispanam rem, immò, & Christianam, præclaris hisce consumatæ justitiæ prærogativis, plusquam honoribus tot muneribus, plusquam Familiæ tot insignibus exornatus, usurpare meritò Tibi posses Elogium ab *Ennodio* concinnatum. *Fulgorem stirpis, præcipuè morum radiis obumbrasti, vincens decorem sanguinis, ingenii claritate, dum coruscantem Germinis tui lampadem, actuum serenitate transcendis.* Sed à cunctis ubique celebratum satis, commendare Te parcam: Parcat igitur dissimulantiæ meæ modestia tua: Silebo, nè importunus in pudoris tui vultu transferam *Purpuram*, quàm opportunus honor in humeros *Francisci Germani Fratris tui* nuper induxit. Reliquum est, ut serena fronte, hoc est Tua, labores hosce meos excipias, quas non ambitioni, sed eruditioni, & communi utilitati inserviens, clientelæ tuæ, confidentia læta committo. Honorem igitur, Excellentissime Domine, quem ab ingenio, eruditioneque mea tàm exigua, consequi posse despero, à Nominis tui splendore, quo operis frontem illustro, me confido consequuturum. Minimum interim hoc munus, maximæ observantiæ in Te meæ testimonium non dedignare: *Non quantum dederis* (canebat Poeta ille) *sed quanta mente dedisti pensandum est*. Denique D. O. M. obnixè precor, ut sospitem, florentemque diutissimè Te esse velit, proborum omnium tutelæ, Ævi nostri decori, Regisque optimi Caroli gloriæ perennaturæ, tuamque obsecro benignissimam amplitudinem, ut inter meritorum tuorum cultores, semper, & ubique censear. Benè vale. Neapoli, ex Musæo meo, vigesimo mensis Novembris, 1690.

AD LECTOREM.

D*Ecreveram omnes meas lucubrationes* De Præeminentiis Regiarum Audientiarum, *unico volumine inclusas, (quemadmodum ipsamet res postulare videbatur) legendas exponere; sed tam Typographus alio distractus, quam amor naturaliter insitus, erga mei partum ingenii, longioris moræ impatiens, opus alioqui integrum in duas partes secuere. Accipe benevole Lector primum hunc Tomum, in quo quidquid mali reperies, meum est, si quid vero boni, à Deo est, bonorum omnium Auctore, & à Beatissima Virgine Patrona. Diù, noctuque nullis peperci laboribus, vigiliis nullis, ut hoc opus (quantum in me fuit) undequaq; absolverem, illudq; nunquam intermisi in multis occupationibus, sive cum Auditoris munere fungerer, sive cum causarum patrocinium susciperem. Cum primum per Typographũ licebit, dabo secundum tomũ, à me jam lucubratũ, in quo ab hujus operis instituto non recedendo, universam materiam delictorum, & pœnarum, & de excusationibus criminum, nec non de inditiis, & probationibus delictorum, de foriudicatione, cum omnibus, & quibuscumque nullitatibus, quæ adversus eam excogitari possunt, & denique de guidaticis, indultis, & de receptatoribus bannitorum, & si quid reliquum est ad totius præsentis Tractatus complementum Deo dante explicabo. Vale, bono interim animo erga me sis, & si Deus ceptis aderit, expecta deinceps meliora.*

IN-

INDEX
TITULORUM.

IN-

I N D E X
A R G U M E N T O R U M.

b C A-

Ex

CAP.

Emi-

Eminentissimo Signore.

Giacomo Raillard volendo fare stampare un libro il cui titolo è, *De Praeminentiis Regiarum Audientiarum Provincialiũ, Authore Don Antonio Police*, supplica Vostra Eminenza commetterne la revisione à chi più li piacerà.

Dom. D. Antonius Cangiano revideat suprascriptum opus, & referat in scriptis, hac die 31. Ianuarii 1690.

SEBASTIANVS PERISSIVS VIC. GEN.

Eminentissime Domine.

Librum, cui titulus est, *De Praeminentiis Regiarum Audientiarum*, Auctore Don Antonio Police, Patritio Puteolano, & Advocato Neapolitano, diligentèr perlegi, nihilque in eo inveni nostræ Catholicæ Religioni, bonisque moribus repugnans, imò omnia scitu digna, & quam maximè necessaria ad sublevandum laborem, quorũcumq; in foro versantium, quare illum posse typis mandari dijudico, si ità videbitur Eminentiæ Vestræ, Neap. die 16. Decembris 1690.

Eminentiæ Tuæ Reverendiss.

Humillimus Cliens
D. Antonius Cangianus.

Visa supradicta Relatione Imprimatur. Datum die 18. Ianuarii 1691.

SEBASTIANVS PERISSIVS VIC. GEN.

Eccel:

Eccellentissimo Signore.

D. Antonio Police supplicando espone à V. E. come deve dare alle Stampe un libro intitulato *De Praeminentiis Regiarum Audientiarum*, supplica V. E. commettere la revisione di quello al Dottor Biase Altimare, da chi con maggior prestezza porrà conseguire il suo intento, e l'haverà à gratia, ut Deus.

Mag. V.I.D. Blasius Altimare videat, & in scriptis referat.

CARRILLO REG. SORIA REG. MIROBALLVS REG. IACCA REG. PROVENZALIS REG.

Provisum, per S.E. Neap. die 24. *Mensis Ianuarii* 1685.

Mastellonus.

Excellentissime Domine.

Attentè legi opus inscriptum: *De Praeminentiis Regiarum Audientiarum Regni Neap.* compositum per Don Antonium Police, Patritium Puteolanum, & Advocatum Supremorum Tribunalium hujus Civitatis; Et quia illud est refertum solidis doctrinis legalibus, & scitu dignissimis, præsertim à Provinciarum Auditoribus, illud prælo dignissimum dijudico, si Excellentiæ Tuæ videbitur, cujus pedes reverentèr deosculor, Kal. Novembris 1688.

Excellentiæ Tuæ.

Humiliss. Servus
V.I.D. Blasius Altimarus.

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

GAETA REG. MIROBALLVS REG. IACCA REG.

Provisum per S.E. Neap. die 5. *Mensis Decembris* 1690.

Mastellonus.

Spectab. REG. CARRILLO, & Illustris MARCHIO CRISPANI, & DVX PARETÆ non interfuerunt.

DE

DON ANTONII POLICE

PATRITII PUTEOLANI

Olim in Regiis Audientiis Aprutii citra, & Principatus citra Regii Auditoris

De Praeminentiis Regiarum Audientiarum Provincialium Tractatus

TITULUS PRIMUS

De Magistratibus Regiarum Audientiarum, & de iis, quæ spectant ad eorum officia,

EXORDIUM TITULI

Consentaneum est, ut prius quam tractemus de singulis præeminentiis, quibus sunt insignitæ Regiæ Audientiæ Provinciales hujus Regni, de Magistratibus, per quos Regiæ Audientiæ reguntur verba faciamus, ideo præsens titulus instituitur.

SUMMARIUM.

1 *Federicus II. quo tempore successit Imperatori Henrico Patri?*
2 *Quando fuit publicatus Imperator?*
3 *Quo tempore edidit Constitutiones Regni?*
4 *Tribunal Justitiarii, quo tempore fuit in Regno erectum, & n. 6.*
5 *Tribunal Justitiarii est Tribunal Regiarum Audientiarum.*
7 *Justitiarii Provinciarum tenebantur audire, & decidere causas cum Auditoribus.*
8 *Auditores quibus nominibus sunt insigniti?*
9 *Provincia Regni quot sint.*
10 *Præses unus residet in qualibet Provincia.*
11 *Commissarius Campaneæ residet in Provincia Terra laboris.*
12 *Quot Auditores fuerunt, & sunt in qualibet Provincia.*
13 *Advocatus, & Procurator fiscalis in Provinciis, a quo eligebantur.*
14 *Præses Provinciæ debet Provinciam discurrere.*
15 *Nec potest permanere in uno loco, nisi per tres, aut quatuor dies.*
16 *Rex Alphonsus I. concessit Baronibus merum, & mixtum Imperium, & n. 17.*
18 *Præses poterat facere generales inquisitiones.*
19 *Regia Audientia, an possint residere in terris Baronalibus.*
20 *Justitiarius cognoscebat de Causis criminalibus, & civilibus.*
21 *In causis criminalibus, quot modis procedebat.*
22 *Potestas ad modum belli quod sit.*
23 *Regia Audientia cognoscebant de delictis Officialium Provinciæ privativè, quo ad M. C. V.*
24 *Cognoscebant de crimine læsæ Majestatis cumulativè.*
25 *M. C. tenebatur circuire Regnum.*
26 *Luminare majus occupat luminare minus.*
27 *Curiæ solemnes in Regno, quando recesserunt ab aula.*
28 *Officiales non possunt egredi ab hac Civitate, absque licentia S. E. remissive.*
29 *Regia Audientia cognoscunt de omnibus Causis*

de quibus cognoscit M.C. ex præminentia, *& num.* 30.

CAPUT I.

Quæ nam sit origo, præstantia, & auctoritas Regiarum Audientiarum.

1 TEmpore Federici II. Italiæ,
& utriusque Siciliæ Regis,
qui successit Imperatori
2 Henrico Patri ab ano. 1198.
Camil. de Curte in divers.
Juris feudor. par. 1. §. in hoc
igitur, num. 53. *fol.* 22. & fuit
publicatus Imperator in anno 1211. teste *Do-*
glion. in comp. histor. fol. 354. *&* 358. eo man-
3 dante fuerunt editæ Constitutiones Regni in
anno 1231. per Petrum de Vinea Capuanum,
ut dicit *Affl. in prælud. ad d. Const. Reg. quæst.* 1.
4 *num.* 1. aderas in Provinciis hujus Regni Tri-
bunal Justitiarii, de quo fit mentio in pluribus
Constitutionibus, ut in *Constit. Justitiarios*,
Const. Justitiarios Regionum, *Const. Justitiarii*
per Provincias, *Const. Justitiariis nomen*,
5 *Const. Justitiarii de cætero*, & alibi sparsim,
quod Tribunal Justitiarii est Tribunal Regia-
rum Audientiarum *Affl. in d. const. Justitiarios*
num. 1. *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *tit. de off. mag. Just.*
num. 12. *&* 14. *Franch. decis.* 163. *num.* 19. *Ca-*
pyc. Latr. decis. 77. *n.* 3.

6 Sed an Tribunal hoc primo instituisset idem
Federic. II., vel alii Reges prædecessores esplo-
ratum non habetur, quia in *Const. Justitiarii*
non per Kalendas Federicus jussit, quod Justi-
tiarii tegere deberent Curiam continuo, & non
interpellatim, ut in præteritum assolebant, &
sic non obscure colligi potest ex dicta *Const.*
quod ante Federicum aderant Regiæ Audien-
tiæ.

7 Hi Justitiarii Provinciarum, una cum eorum
Judicibus tenebantur audire negotia Provin-
ciæ, & unitim ea decidere, *ut in d. Const. Justitiar.*
8 *nō per Kalendas* ubi *Affl. num.* 1. unde Auditores
fuerunt vocati Judices in dicta *Const. Justitia-*
rii, & Præsidis Assessores, quia antiquitus Asses-
sores dicebantur, qui scientia legali præditi
erant deputati Assessores illorum Magistratuũ,
qui non erant Juris periti, *l.* 1. *& l. Consiliariis*
ff. de offic. Asses. & l. fin. C. de asses. & hodie di-
cuntur Consiliarii, & Senatores Tribunalium
de Mar. resol quotid. lib. 1. *cap.* 309. *num.* 2, ac
proinde in literis Regiis Auditores vocantur
Regii Consiliarii, *Jo: Grand. de bell. Exul. præd.*
agere quæst. 3. *nu.* 1. *circa med.* vocantur etiam
Præsidis Collegæ, & Socii *Cacacius in alleg.* 2. *n.*
197. impressa per *Scagl. post com. ad prag.* &
in cap. Regni item quod in cognitionibus vo-
cantur Præsidis Consultores.

9 Provinciæ Regni sunt duodecim v3. Terræ la-
boris, Principatus citra, Principatus ultra,
Basilicatæ, Aprutii citra, Aprutii ultra, Cala-
briæ citra, Calabriæ ultra, Barii, Terræ Hi-
druntii, Capitanatæ, & Comitatus Molisii,
Frecc. de subfeud. tit. 1. *vers. Regnum hoc Neap.*
à num. 3 *usque ad* 14. *fol* 55. & Provinciæ Capi-
tanatæ, & Comitatus Molisii sunt unitæ, *Thor.*
ad Io. Grand. de bell. Exul. præd. ubi q. 1.

10 In qualibet ex dictis Provinciis residet unus
Præses, præter Provinciam Terræ laboris, ubi nõ
extat Audientia ob existentiam Tribunalis M.
C., quæ est caput Regni, & Provinciæ Terræ
11 laboris, sed destinatur Commissarius Campa-
neæ, qui residet in diversis locis Provinciæ, se-
cundum occasionem delictorum, *Fran. decis.*
360. *num.* 4. & singulis duobus mensibus debet
transire de una ex Terris designatis ad aliam,
præcedente prius relatione facienda S.E., vel
Regenti Supraintendenti Campaneæ, *Prag.*
un. §. 2. *&* 3. *de offic. Jud. gener.*

12 Resident similiter in dictis Provinciis, una
cum Præside Auditores, qui à tempore, quo fue-
runt erectæ Reg. Audientiæ erant saltim duo,
quia *Constit. Justit. non per Kalendas* loquitur
per numerum pluralẽ, qui potest in duobus ve-
rificari, *l. ubi numerus. ff. de Test.*

Quemadmodum in anno 1588. in qualibet
Audientia erant duo Auditores, præter Audiẽ-
tiam Calabriæ, in qua aderant tres, & in Prin-
cipatu ultra erat unus, teste *Carav rit.* 53. *n.* 2.
qui numerus Auditorum per Comitem de Le-
mos Proregem in qualibet Provincia fuit auctus
usque ad tres *Thor. loc. num.* 4. & tempore Du-
cis Medinæ Proregis erant sex Auditores in
qualibet Provincia *Danz. de pug. D D. tom.* 3. *tit.*
de vot. num. 30. *cum seqq.* demum usque ad tem-
pus Marchionis de Asturga Proregis, erant
quatuor Auditores in qualibet Provincia, quo-
rum unus erat supernumerarius, quod fuit sub-
latum per literas S. M anno 1674. & fuit re-
ductus numerus Auditorum ad tres in qualibet
Provincia, quemadmodum ad præsens obser-
vatur, excepta Provincia Aprutii citra, ubi ad-
sunt sex Auditores, quorum tres resident in
Civitate Theatæ, alii tres in Civitate Teramĩ.

13 Aderat etiam tempore Federici II. in Curia
Justitiarii Advocatus Fiscalis, qui creabatur ab
Imperatore, & Procurator Fiscalis, qui creaba-
tur à Præside, ut in *Const. Præses Provinciæ*, ubi
Affl. num. 19.

14 Tenebatur Justitiarius, cum Auditoribus
discurrere Provinciam, & singula loca illius
circuire, pro audiendis querelis Subditorum,
& pro conservanda Provincia in quiete, *l. con-*
gruit, ff. de offic. Præs. dicta Const. Justitiarii non
per Kalendas, ubi Afflict. num. 1. 5. *&* 6. *cap. Re-*
gni item quia, ubi Niger num. 3. *Grand. de bell.*
exul. præd. ubi qu. 1. *& præd. situs qu* 1. *Sanfel. de-*
cis. 350. *num.* 15. & poterat ad ejus libitum per-
ma-

manere in Civitatibus,& locis Provincialibus,
15 etiam Baronalibus pro justitia Subditis administranda, *d. cap.item quia, ubi Nig.num.4.* sed non poterat in uno loco permanere, nisi per tres, vel quatuor dies ad plus, *ut in cap.Reg.hac edictali.*

16 Nam tunc temporis Barones Regni non habebant in eorum Terris merum,& mixtum Imperium, sed solum cognoscebant de causis civilibus, *ut in const.Judices,& const.Capitaneorum, ubi Afflict.in cap. Reg.item quia, ubi Nig. nu.4.* sed merum, & mixtum imperium fuit Baronibus elargitum, per Regem Alphonsum Primũ, quod prius non habebant *Affl.in const. Reg. ea qua ad decus rub.64.quod nullus Prælatus,num. 2. Carav.tit.44.nu.3.vers.Resp. Fran.decis.370. num.8.Tap.in d const.ea qua ad decus num.11. Galeo.contr.lib.1.cap.8.num. 10. & resp.fis. 28.in princ Cap.Latr.decis.*168.*num.*2. quæ concessio
17 semper deploranda est, quia per talem concessionem factam Baronibus de mero, & mixto Imperio pessundata fuit M.C.V. ut dicit *Merl. contr. for.lib.1.cap. 86.in prin.* & etiam Regiæ Aud.

18 Et poterat tunc temporis quilibet Præses in ejus Provincia, quando ei videbatur facere generales inquisitiones de malefactoribus malæ famæ, vitæ, & conversationis, per omnia loca Provinciæ, ut in *Const. Inquisitiones*, & emanabat banna; quod tali die Justitiarius intendebat accedere de persona in tali loco ad faciendam generalem inquisitionem contra malefactores, & homines malæ vitæ, ad hoc, ut quilibet potuisset proponere querela, donec morabatur in dicta Terra, *Afflict.in d. const. Inquisitiones num.*1. quod per Regem Carolum Pri-
19 mum fuit restrictum, quod non nisi semel in anno potuissent Justitiarii facere tales generales inquisitiones, *ut in cap.item quod prædicti,* quæ generales inquisitiones tempore *Paridis de Put.* fuerunt penitus sublatæ, ut ipse testatur *in tract de sindica, verb. inquisitio in princip. col.*3. quod etiam dicit *Nig. in d.cap. item quod prædicti,num.*16. & hodie Reg. Aud. non possunt residere in Terris Baronum, nisi illis consentientibus *Frec.de subfeud. in* 28.*auth.Baron. Pon.de potest. Proreg.tit.de elect.offic.§.* 1.*nu.*56. 57.*&*58.excepto si adesset Consuetudo in contrarium, prout videmus in Terra Montis Fosculi *Capibl.in prag.3.de Baron.num.* 135.

20 Cognoscebat talis Curia Justitiarii de omnibus causis criminalibus, *ut in const Justitiarii non per Kalendas, ubi Affl. num.*1. & de civilibus, quod licet appareat ei prohibitum, *per Const. Justitiarii per Provincias,* tamen *Bart.de Cap. in apost. ad dictam Const.* dicit fuisse determinatum per Consilium Sapientum, quod Curia Justitiarii poterat cognoscere de causis civilibus, & idem dicit *Affl. in d.const.num.*12. & habetur *in cap. Regni* 183.

21 In causis criminalibus duobus modis poterat Curia Justitiarii procedere; vel judicio ordinario, examinando, & decidendo, audiendo in omnibus reum cum debitis dilationibus, *ut in Const. Justitiaris non per Kalendas §. causas, ubi Affl. num.* 1. *&* 2. vel extraordinario modo omissis dilationibus, & solemnitatibus contra notorios malefactores flagrantia facinora patrantes, *d. Const.Justitiarii non per Kalendas,ubi*
22 *Affl.num.*1. explicat quæ sint flagrantia delicta, quæ potestas extraordinaria hodie vocatur ad modum belli, & militari modo *Jo:Grand. de bell. Exul. in princip. & in prædic.sub,quæst.6. num.*5.& diversimode appellatur in aliis Mundi Regionibus *Jul.Mastril. in alleg.* 1.*à num.*4. *cum seqq* inserta *per Scagl. post prag.* de quo latè dicemus infra *in tit.de potest. ad mod. belli in proæm.*

23 Ex præeminentia etiam Regiæ Audientiæ tempore Federici II. cognoscebant de delictis Officialium Provincialium, privative ad M. C. V. *ut in Const.Reg. incip. & si generalis cura* à nemine hucusque considerata, quæ non reperitur impressa *in volum.Const.* sed illam imprimi curavit *Affl.in Const. capitaneorum, num.7.* ibi *clamores autem facti contra Officiales decidat Justitiarius,* de quo dicemus infra *in tit. de del. Offical. in rubr.*

24 Et poterat Curia Justitiarii tempore ejusdem Federici II. cognoscere ex præeminentia etiam de crimine læsæ majestatis, in qua cumulative procedebat cum M. C. V. & dabatur præventio; ità ut si causa rei inquisiti de tali crimine læsæ majestatis erat præventa in Curia Justitiarii, non poterat M. C. V. causam ea piam avocare, sed de ea cognoscebat dicta Curia Justitiarii, *ut in Const. Reg. statuimus, ubi Affl.num.* 2. *Muscat.de cogn.sive prob. delict.or. tit.de crim. las. Majest. huma. n.*12.*in fine.*

25 Nam tunc temporis Magister Justitiarius, cum Judicibus M. C. V. tenebantur continuò circuire Regnum, administrando justitiam Subditis, *ut in Const. Capitaneorum*, & certis temporibus, & locis Regni, cum interventu quamplurium Personarum, & duorum Episcoporum debebant facere Curias solemnes, in quibus proponebantur gravamina Subditorum, contra quascumque personas, *ut in Const. Fed. II.* quam de verbo ad verbum transcribit *Affl. in d. Const. capitaneorum, nu.*7.8.*&* 9.

26 Et quando Magister Justitiarius reperiebatur in aliqua Provincia, cognoscebat ipse de omnibus causis criminalibus, quæ occurrebant, & Curia Justitiarii silebat, quia per existentiam luminaris majoris,occupabatur luminare minus, ut dicit *Const. Reg. honorem*, & tradunt *Carav.tit* 48.*num.*5.*& seq. Mastr. de magistrat. lib.5.cap.8.num.6 Rocc.in tract.de offic.tit.de ord. praced.* §.6.*nu.*28. ex regula, *tex.in cap.denique* 21.*dist.cap.volentes de offic. legat.*

27 Temporis progressu omnia fuerunt sublata, nam Curiæ solemnes recesserunt ab Aula ab an-

tiquo, teste *And. de Iser. in dicta const. Capitanearum, ubi Affl. nu. 7. 8. & 9. Pen. de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 5. nu. 22.*

28 Potestas M. C. discurrendi per Regnum fuit restricta à Carolo II. *in cap. incip. insuper*, ut illa quandoque potuisset Regnum circuire, & per Reg. Joa. II. fuit penitus sublata, *ut inrit.* 7. ubi ordinatum apparet, ut Officiales debeant in hac Civitate permanere, & ab ea non egredi, nisi cum licentia S. E; & pro negotio eis commisso tantùm, quemadmodum hodie observatur, de quo dicemus late infra, *hoc ead. tit. cap. 20.*

29 Hinc ortum fuit, quod, ex quo auctoritas Regiarum Audientiarum, non poterat amplius ob adventum M. C. V. obumbrari, & non poterant in Provinciis introduci causæ coram Magistro Justitiario, remanserunt Regiæ Audientiæ liberæ ab impedimento, quod eis afferebat præsentia dictæ M. C. V; & poterant cognoscere, & cognoscunt de omnibus causis in Provincia, de quibus cognoscit dicta M. C. V,

30 Ac proinde non existimo tutam illorum assertionem, qui dicunt, quòd Regiæ Audientiæ non habent omnes prærogativas M. C. V; vel quòd usurpaverunt aliquas prærogativas d. M. C. V; quia clarum apparet ex supraponderatis, quòd Regiæ Audientiæ habent tales præeminentias, non uti usurpatas, vel communicatas à M. C; sed eis concessas per dictum Imp. Federicum II.

SUMMARIUM.

1 *Præsidis nomen generale est*
2 *Præses Provinciæ quibus nominibus appellatur?*
3 *Præses Provinciæ non habet prærogativas, quas habebant Præsides de jure communi.*
4 *Regnum utriusque Siciliæ tempore Romanorum erat una Provincia.*
5 *Prorex Neap. habet officium Præsidis de jure communi.*
6 *Repræsentat Personam Regis.*
7 *Creatur alter Ego.*
8 *Præses Provinciæ de jure communi erat post Imperatorem.*
9 *Præses Provinciæ in Regno habet merum, & mixtum Imperium.*
10 *De quibus causis cognoscere possit.*
11 *Tenetur purgare Provinciam malis hominibus, & num. 12.*
13 *Non potest exire per Provinciam, absque licentia S. E; quando hoc fallit, num. 14.*
15 *In ejus Provincia tantùm habet jurisdictionem.*
16 *Jurisdictio non extenditur extra territorium.*
17 *An possit introire in alienam Provinciam, & quando? num. 19. & 20.*
18 *Princeps si rescribit uni Præsidi, & rescriptum est ad publicam utilitatem comprehendit omnes.*
21 *Præses unius Provinciæ debet alteram adjuvare.*
22 *Præses Provinciæ quando possit introire Statum Ecclesiasticum, pro persequendis Banditis, & num. 23.*
24 *Præses persequendo Banditos non debet subditos gravare.*
25 *Quomodo tenetur distribuere onera inter Universitates occasione persequutionis Banditorũ?*
26 *Habita notitia Banditorum debet illos persequi, & referre Regenti Supraintendenti Campaneæ.*

CAPUT II.

Præses Provinciæ quibus nominibus est insignitus? quæ sit ejus obligatio? & quomodo debeat se gerere, dũ est in persequutione Banditorum?

1 De jure communi nomen Præsidis generale est; eo quod *Proconsules, & legati Cæsaris, & omnes Provincias regentes Præsides appellantur*, sunt formalia verba, *textus ind. 1. ff. de offic. Præsid.*

2 In Regno Præses Provinciæ appellatur quandoque Justitiarius, ut in *Const. Justitiarius*, & in *const. Præses Provinciæ*, ubi *Affl. num. 1.* quandoque Gubernator Provinciæ, ut in *Const. Justitiarii, & prag. 1. & 3. de offic. Just.* quandoque Vicerex *Tap. in comp. jur. Reg. par. 1. rub. de offic. Just.* quandoque Dux belli, & ut inquiunt Capitaneus ad guerram, sive Comes rei militaris, casu quo ei à Prorege communicatur potestas procedendi ad modum belli *Ja. Grand. de bell. Exul. spec. 7. num. 1. Giz. zarell. decis. 30. num. 11. Rov. in rub. de off. Just. num. 3. Thor. in C rer. jud. casu 4. n. 12. & cas. 18. n. 12.* & hodie absque tali potestate possunt Præsides procedere ad modũ belli in certibus casibus, notat. in *prag. 30. §. 21. & 29. de Exul.*

3 Non habent tamen Præsides Provinciales omnes illas prærogativas, quas habebant Præsides de jure communi *Affl. in const. Reg. Præses Provinciæ, num. 1. Thor. d. cas. 18. nu. 8.* nam

4 tunc omne dominium erat sub Imperio Romano, & Regnum Siciliæ citra, & ultra erat una Provincia, & Gubernator, qui ab Imperatore destinabatur pro guberaio dicti Regni appellabatur Præses, *Top. de orig. Trib. lib. 3. cap. 1. n. 4. & 5. tom. 1.*

5 Unde hodie Prorex Regni Neap. habet idem of-

officium, quod habebant Præsides de jure com-
muoi, Capyc.in repet.cap. Imperialem,col. 32. Ca-
mer. ibid. pag. 28 lit. N. Pon.de pot. Proreg. tit. 7.
§.6.num.2. Mastr. decis.205.à num. 14. Sanfel.
decis. 62. num. 1. Rocc. tract. de offic. tit. de offic.
Proreg. rub. 8. num. 1. & 2. quia Protex in omni-
6 bus Regem repræsentat, & reputatur tamquam
Rex Sanfel. dec. 221. num. 9. Cap. Lat. decis. 190.
num. 10. & creatur à Rege alter Ego Pon. d. §. 6.
nu. 3. Tap. dec. 3. supr. Cons. num. 3. Rocc. d. rub.
8. num. 9. ad instar Præsidis de jure communi,
8 qui in Provincia erat post Imperatorem, l. Præ-
ses, ff. eod. Ibi Præses Provinciæ majus Imperium
in ea Provincia habet omnibus post Principem.
9 In Regno verò Præses Provinciæ uti pars
Regiæ Curiæ habet merom, & mixtum impe-
rium Glos. in proam. Const. in princ. super verb.
gladium, vers. & est de mero. Affl. in Const. officia,
10 qua personis num. 1. Thor. in C. rer. jud. cas. 4. nu.
11. & cognoscit de omnibus causis de quibus
diximus cap. præced.
11 Eius obligatio est tenere purgatam Provin-
ciam malis hominibus, l. 1. §. quies ff. de offic.
Præf. Urb. l. congruit ff. de off. Præsid. Affl. in
const. inquisitiones n. 2. Io. Grand. de bell. exul. pra.
ubi quæst. 1. num. 3. Pon. de pot. Proreg. tit. de pro-
12 vis. fier. sol. num. 3. & ideo debet illam circui-
re, & per eam discurrere, ut in Const. Iustitiarii,
& Const. non per Kalendas, ubi Affl. num 8. & in
cap. Reg. 42. & 281. Ioi Grand. præd. pati, quæst.
3. spec. 8. & præd. ubi quæst. 1. nu. 3. non obstan-
te prag. 10. §. 1. de off. Iud. per quam prohibetur
13 Præsidi exire per Provinciam absque ordine
S. E. quia etiam hodie ad effectum tenendi pur-
14 gatam Provinciam forasciitis, & malis homi-
nibus, potest Præses discurrere per Provinciam,
absque licentia Proregis, nec per dictam pragm.
sunt correcta d. Capitula, & Const. Regno Dann. de
pag. DD. tom. 3. tit. de vet. cap. 1. à num. 40. cum
seqq. Scial. de forind. cap 19. num. 27. & ad pro-
positum allegn textum in Auth. ut nulli Iud. in
princip. vers. non liceat, ubi non licet Præsidi cir-
cuire Provinciam sine causa, sed cum causa po-
test.
15 Et licèt Præses in ejus Provincia tantùm ha-
beat jurisdictionem, l. Præses la 2. ff. de offic. Præ-
16 sid. & extra territorium jurisdictio non exten-
datur, l. fin. ff. de jurisdict. om. jud. tamen potest
17 Præses unius Provinciæ introire in Provinciam
alterius per quindecim milliaria, & captos du-
cere in ejus Provinciam cap. Reg. diù jam, qui li-
cet loquatur in Præside Principatus, procedit in
omnibus Justitiariis Regni, Paris de Put. tract.
de syndic. verb. captura §. si Index col. 2. Sebast. de
Neap. in d. cap. diù jam, ubi Nig. num. 11. quia
18 rescriptum Principis emanatum ob publicam
utilitatem, licet sic directum uni Præsidi, com-
præhendit omnes alios Præsides, l. relegatorum,
§. interdicere, ff. de interd. & releg. Rov. cons.
93. num. 2. & 3. tom. 2. dummodo malefactores
19 sint actu delinquentes, aliàs si non sunt actu
delinquentes, non potest Præses pro illis perse-
quendis introire in alienam Provinciam, sub
20 pœna confiscationis omnium bonorum prag.
1. de citat. quam pœnam evitat Præses, si captum
dimittit ad Provinciam, in qua deliquit, ut ex
prag. allegata à Scagl. in comm. super prag. discor-
21 dia inter Officiales, num. 5. fol. mihi 168. quia
unus Præses debet alium adiuvare Andr. in con-
stit. Reg post mundi machinam in princ. Et Offi-
cialis unius territorii tenetur suum auxilium, &
brachium impartiri Judici alterius territorii,
persequenti Malefactores, Villad. lib. 7. for. jud.
tit. 4. lib. 2. Revit. in prag. 1. de perseq. malef.
num. 30.
22 Potest similiter Præses persequendo Bandi-
tos, introire statum Ecclesiasticum, & Of-
ficiales Ecclesiastici tenentur ipsi præstare
auxilium, prag. 2. de perseq. malef. dummodo nō
23 excedat decem milliaria, nec intret loca
munita, prag. 3. eod. tit. de perseq. malef. & pragm.
7 de exul. & hoc ex diplomate Summi Pontificis
Pii Quinti inserto in d. prag. 3. Verum Præses
24 occasione insequendi Banditos, non debet ve-
xare Populos, nec molestare Pauperes in hospi-
talitate, nec gravare mendicos, quæ rigorosè
advertit Juris Consul. in l. illicitas, §. ne poten-
tiores, ff. de off. Præsid. Pon. de potest. Proreg. tit.
de provis. fier. sol. §. 6. num. 1. qui nu. 2. dicit, quod
25 observatur in pract. quod si in aliqua Provincia
sit magna copia Banditorum, & ob id expediat,
quòd in aliqua Terra Milites hospitentur, quia
hoc redundat ad beneficium omnium Terra-
rum Provinciæ, debent aliæ Terræ facere con-
tributiones Terræ, quæ oneratur actuali hospi-
tio, allegat tex. in l. 2. ff. ad l. Rod. de jact.
26 Et quilibet Præses habita notitia de Exuli-
bus, statim debet illos persequi, debetque re-
ferre Regenti Supraintendenti Campaneæ no-
mina, cognomina, & Patriam Banditorum,
prag. 30. §. 26. de Exul.

SUMMARIUM.

1 *Præses de jure communi habet titulum Clarissi-
mi, qui est Magnifici, n 2.*
3 *Præses de Consuetudine habet titulum Illustris-
simi, quomodo hoc intelligatur, n 4.*
5 *Titulus Illustrissimi datur Tribunali Reg. Au-
dientiæ, absente Præside.*
6 *Præses in Ecclesia, an habeat genicularе, pulvi-
nar sericum, & alia, & an tali prærogativa
fruantur eorum Uxores, & Uxores Audito-
rum, n. 14. & 16.*
7 *Præcedentia in sedendo in Ecclesia debetur re-
gentibus Civitatem.*
8 *Debetur Baronibus in suis Terris.*
9 *Debetur possidentibus jura patronatus.*
10 *Honor, & dignitas consistit in sedendo ante
alios.*
11 *Laici de justitia non possunt acquirere jus se-
dendi in Ecclesia, sed bene ex tolerantia.*

Lai-

12 *Laicus retinens in Ecclesia jus sedendi, non debet dicta prerogativa privari.*
13 *Idem est in jure sepulchrorum.*
15 *Uxor coruscat radiis Viri, & dicitur eadem cum Viro.*
17 *Præsidi non conceditur prerogativa tenendi baldacchinum in Ecclesia.*
18 *Baronibus non conceditur talis prerogativa tenendi baldacchinum in Ecclesia.*
19 *Præses sicut quilibet Officialis, potest ferre baculum, seu virgam pro insigniis jurisdictionis.*

CAPUT III.

Præses quo titulo debeat honorari?& de ejus prærogativis in Ecclesia; & an eis fruantur eorum Uxores.

1 Titulus Illustrissimi de jure cõmuni non dabatur Præsidi Provinciali, sed tantùm titulus Clarissimi, *l. 2. C. si adu. fis. l. 2. C. de delat. lib. 10. l. un. §. quod si Vir C. de ratiocin. oper. publ. l. jubemus § fin. C de Episc. &*
2 *Cler.* qui titulus Clarissimi est minimus inter omnes titulos, & in locum Clarissimi subrogatur titulus Magnifici *Brisson. de verborum, qua ad jus pert. signif. in verbo Magnificus*; sed de jure Reg. per provisiones expeditas, sub die 15. Novembris 1605. *in Cur. Aprut. t. fol. 67.* statuitur, quod Præses non titulatus debeat ab Auditoribus in decretationibus memorialium solito titulo honorari, & in dictis provisionibus non explicatur, quo titulo honorari debeat: verùm
3 Consuetudine fuit receptum, ut honorentur titulo Illustrissimi, quia respectu Auditorum, tamquàm membrorum dependentium ex ipso capite, & Provincialium inferiorum sic passim receptum est, teste *Rov. in rub. de off. Inst. n. 13.*
4 Quod fuit explicatum respectu Auditorum, ut teneantur dare de necessitate Præsidi titulum Illustrissimi in Tribunali, sed extra Tribunal solùm ex urbanitate, si eis placet, & non aliter, ut ex rescriptis adductis per *Danz. de pug. DD. tom. 3. tit. de var. crim. cogn. cap 6.* & similia rescripta fuerunt circulariter renovata, per prædecessores Reg. Proreges 73. Illustres D. Petrum Antonium ab Aragonia, Marchionē de Astorga, & Marchionem de los Velez contra Præsides, qui non contenti titulo Illustrissimi, prætendebant honorari titulo Excellentissimi, & multos scio, & taceo.
5 Nec Auditores possunt conqueri, si honorant Præsidem in Tribunali titulo Illustrissimi, quia Præside absente idem titulus datur Tribunali à subditis, & ita observati vidi.
6 In Ecclesia quotidie utuntur genicularío, cum pulvinaribus sericis, sed in functionibus publicis Præses habet genicularium, eodem serico cooperto supra tapetum, sellam, & pulvinare sericum, & sedet cum Auditoribus, qui similiter habent sellam sericam, habent ipsi osculum pacis, & eis turriferantur, & ita observari vidi, & sedent in meliori loco Ecclesiæ post
7 Episcopum; quia præcedentia in sedendo debetur ei, qui Civitatem regit, & gubernat *Bovad. lib. 2 polit. cap. 21. num. 61. Cap. Latr. decis. 151. num. 2.* & debetur Baronibus in suis Ter-
8 ris, in signum utilis dominii jurisdictionis, & superioritatis *Barbos. in collect. super bull. Pontif. verb. Baro, fol. 65. Sanfel. dec. 331. n. 5. & 6.* & si-
9 milis prerogativa sedendi in Ecclesia conceditur possidentibus jura patronatus in Ecclesia, *Frecc. de subfeud. lib. 1. in fin Cavaler. dec. 321.*
10 Nam honor, & dignitas consistit in sedendo ante alios *Tiraq. de jure primog. in præfat. num. 17. Cassan. in Catalog. glor. mund. 1. par. consid. 1. Cap Latr. d. decis. 181. n. 1.*
11 Et licèt de justitia jus retinendi sellas in loco eminentiori Ecclesiæ laici non habeant; tamen ex tolerãtis possunt hoc jus acquirere, *Gennæs. in praxi cap. 33. nu. 22. Gratian discept. for. cap. 110. num. 15. & seq. & cap. 210. nu. 47. & 48. Valenz. consl. 176. tom. 2.*
12 Sed postquam laici tale jus acquisiverunt in Ecclesiis ex tolerantia, non debet illius Rector ipsos privare dicta prærogativa, sic tenent *Rot. Rom. decis. 222. par. 1. in novis. Cap. Lat. decis.*
13 *181. nu. 11. cum seqq.* simile est in jure sepulchrorum *Rot. Roman. decis. 787. Capyc. Lat. d. decis. 181. n. 12.*
14 Eadem prærogativa detinendi in Ecclesia pulvinar utuntur Uxores Præsidis, non verò Uxores Auditorum, ut ex rescriptis adductis per *Danz. de pug. DD. tit. de var. crim. cogn. cap. 6. num. 3. cum seqq.* qui nullam adducit rationē;
15 sed ea est ratio, quia Uxor debet habere eundem locum mariti, ex quo coruscat ipsius radiis, & dicitur eadem cum Viro, *l. ult. C. de incol. lib. 10. Tiraq. de nobil. cap. 18. Menoch. cons. 52. num. 20. Cap. Lat. d. decis. 181. num. 37. 38. & 39. Rov. in prag. 11. de Milit. n. 20.*
16 Cæterę autem prærogativæ, quæ Præsidi cõpetunt in Ecclesia, videlicet genicularium coopertum serico, & sella similiter serica, non spectant ad Uxores Præsidis; quia illæ conceduntur Tribunali toto, non verò Præsidi tantùm, meritò non porriguntur Uxoribus Præsidum, & ità ad instantiam mulierum Nobilium Civitatis Theatæ, fuit mediante rescripto Illustris Marchionis de Astorga ordinatum, pro ut propriis oculis legi, & observari postmodum vidi, tacco nomina.
17 Sed nec Præses, nec Tribunal Regiæ Audientiæ possunt in Ecclesia uti baldacchino, *Rov. in d. rub. de offic. Justitia. num. 5.* & per *S. Congregationem* fuit decisum, quod nec etiam Baro-
18 nibus in suis Terris liceat ponere baldacchi-

nos

nos in Ecclesiis *Barbos.in collect. super bul.Pontif.verb. baldachinum, pag.60. Novar. de gravam. Vasall.lib.3. gravam.31. num.4. Sanfel. d. dec.331.nu.7 8 & 9.*

19 Præses verò sicut quilibet Officialis potest ferre baculum, seù virgam, pro insigniis Jurisdictionis, nam legitur in Sacra Scriptura *Gen. 40. non auferetur sceptrum, seù virga de Iuda Nu.17.* quoniam data est virga Aaron, *Fontan. de pact.nup.tom.1. claus.4 gl.10.p.2. num.95.* & unde originem traxit talis prærogativa, tradunt *Bovadill.in sua polit. lib.3.c.2. num.11. & Avend de exeq.mand.Reg.2.p.cap.21.*

SUMMARIUM.

1 *Milites nova militia pedites, & equestres debent cognosci a Præside, & num.3. sed cum voto unius ex Auditoribus sui Consultoris, num.16. quemadmodum in causis ad modum belli, num.17.*

4 *Milites nova militia, pro quibus delictis de Jure Regni possunt cognosci a Præside cum voto Auditoris, & num.6. pro quibus à toto Tribunali Regia Audientia, num.8.*

5 *Milites de jure communi, pro delictis militaribus tantùm cognoscuntur a Magistro Militum.*

6 *Milites de jure Regni, pro quibus delictis possunt cognosci a toto Trib. Regia Audientia, & n.7.*

9 *Remissio causa Militis debet de jure novissimo Regni fieri Præsidi, absque ullo termino, num.10. quid de jure communi, n.11.*

12 *Quilibet Iudex cognoscit, an sua sit jurisdictio quoties aliquid contra illam opponitur.*

13 *Miles nemo nascitur.*

14 *Milites de jure Regni an possint exequi, & carcerari, & quid de jure communi, nu.15.*

18 *Præses in causis in quibus procedit cum voto Auditoris, tenetur omnino illius votum sequi, alias acta sunt nulla, num.21. & punitur aliter faciendo, n.19.*

20 *Magistratuum distinctio affertur.*

22 *Auditor Consultor tenetur resistere Præsidi, si ille ejus votum non vult sequi, & Superiori denunciare.*

23 *Verùm non potest resistere manibus, sed tantùm verbis modeste prolatis.*

CAPUT IV.

Præses an, quando, & quomodo cognoscat de causis Militum, Milites, an possint exequi, & carcerari, & de voto Auditoris requisiti in causis Militum.

1 SUb Præsidis imperio subsunt omnes Milites novæ militiæ, pedites, & equites Provinciæ sibi decretæ, & eorum aciei instructor Provincialis, vulgo *Sargente Maggiore, Rov. in rub. de offic. Iust. nu.3.* nam isti Milites pedestres, vulgo *Soldati del battaglione*, & gravis, & levis armaturæ, vulgo *huomini d'armi, e Cavalli legieri della Sacchetta*, fuerunt in-
2 stituti pro custodia Regni, & manent in propriis suis domibus, *pragm. 2. & 11. de Milit.* quia sunt stipendiati, & parati pro defensione Regni, gaudent Militaribus privilegiis, *Trentacin.lib.1.var.resol.tit.de except. resol.1. nu.49. vers. secundus casus est, Mastr. decis.173. nu.22. Patig. allegatus per Rov. in prag.11.num.36.de Milit. Giurb.ad Capyc.Lat.decis 102.n.4. & 5.*

3 Si supradicti Milites novæ militiæ, pedites, & equites delinquunt, de eorum delictis non cognoscit Regia Audientia; sed Præses cum voto unius ex Auditoribus in primis causis, a cujus decreto appellatur ad Auditorem generalem Exercitus *prag.10.vers.que en las causas de Milit.* quæ cognitio spectat ad Præsidem de talibus
4 Militibus delinquentibus, sivè delicta ab ipsis cōmissa sint militaria, sive sint communia, *d.prag. 30.vers.que en las causas*, & antea erat cautum *in prag.11.eod.tit.*

5 Quod contrarium erat de jure communi, per quod Milites non cognoscebantur à Magistro Militum, nisi pro delictis Militaribus; sed pro delictis communibus remittebantur ad Judices ordinarios locorum, *de Franch. decis. 88. Iul. Mastr. in alleg.* inserta per *Mari.tom.3.resol.for. alleg 94.num.37.* licèt etiam dicto jure communi attento contrarium defendat *Patig.in prag. 11.de Milit.num.12.cum seq.in eius alleg.* inserta per *Rov.*

6 Si autem Miles imputetur de furto in via publica, de armatione per campaneam, de delicto commisso in Officialem, vel in causis civilibus, de concursu Creditorum, de fideicommissis, de assistentia, vel cessione bonorum, de istis causis non procedit solus Præses, cum voto Auditoris; sed tota Regia Audientia, *dicta*

prag.

pragm. 20. *verf. què en las causas.*

7 Quemadmodum tota Regia Audientia cognoscit de delictis Militum, patratis ante quam Miles fit descriptus in militia; nam solus Præses cognoscit de delicto commisso post adscriptionem militiæ, non autem antea, *prag.* 11. §. 14. *de Milit.*

8 Præter autem supradicta delicta, & causas civiles, in quibus dicta Regia prag. dat potestatem Regiæ Audientiæ cognoscendi contra Milites, si de aliis delictis, vel occasione aliorum debitorum dicti Milites sint vocati coram Præside, non potest Regia Audientia decernere, quod super pretensione Præsidis super tali cognitione causarum detur terminus ad finem.

9 videndi si cōpetat, vel ne remissio dicti Militis ad eundē Præsidem, quia *d. prag.* 20. *verf. y si alguno di dichos soldados*, expressè jubet, quod constito Præsidi, per fidem Scribæ rationis de'assensu ante commissum delictum absque aliquo termino faciat sibi remittere Milites captos ad ejus simplicem requisitionem.

10 Cujus contrarium priùs erat dispositum, etiā de Jure Regni per *prag.* 11. §. 13. *de Mili.* per quā erat necessarium dare Judici requisito pro remissione terminum in causa, & cotam eo discutere de requisitis Militum pro obtinenda remissione.

11 Et de Jure communi idem fundant late *Iul. Mastr. in alleg.* inserta per *Marin. tom. 3. alleg.* 94. *Patig. in ejus allegat.* inserta per *Rov. in prag.* 11. *de Milit. num.* 49. & 50. *Merl. cont. for. lib.* 1. *cap.* 14. quod ea ratione fundatum erat, quia

12 quicumque Judex, sive ordinarius, sive delegatus debet cognoscere, an sua sit jurisdictio, quoties aliquid obiicitur contra illam, *DD. in l. prascriptione, C. si con. jur., vel util. publ. & in cap. super literis, de rescrip. Pon. decis.* 53. *Rever. decis.* 556. *ubi de Mar. Sanfel. decis.* 64. & 95. cum ne-

13 mo nascatur Miles, & exercitium militiæ sit accidentale, debet de tali exercitio plenissime constare coram Iudice requisito pro tali remissione, ex regul. *text. in l. eum qui, ff. de prob. Menoch. cons.* 301. *num.* 6. *lib.* 4. & *de prasumpt. lib.* 6. *prasump.* 60. *num.* 1. *Iul. Mast. d. alleg.* 94. *nu.* 20. sed hodie virtute supradictę *prag.* 20. *verf. y si alguno*, est sublata omnis difficultas.

14 Verum supradicti Milites hodie non possunt carcerari pro debito, nec exequi possunt arma, Equi, vestes, & lectum, dùmodo non sint debitores Regiæ Curiæ, aut debitum sit contractum ante assensum in militia, aut ex causa merceimonii *d. prag.* 20. *verf. segundo, que non puedan de*

15 *arm.* quod contrarium erat de jure communi dispositum, quo jure attento Milites pro debitis contractis extra Castrum, vel bellum, sed in suis domibus poterant etiam exequi de Persona *glos. in l. Miles, ff. de re jud. Matteus Brun. de cess. bon. tract.* 3. *par.* 2. *in tit. an miles cedat bonis quæst.* 1. *Pon. de pot. proreg tit. de assens. Reg.* §. 7. *num.* 42. & 43.

16 Io causis Militum Præses non potest ex suo cerebro procedere, sed cum voto unius ex Auditoribus, *d. prag.* 20. *verf. que en las causas de*

17 *Milit.* quemadmodum debet procedere in causis ad modum belli, quando reperitur extra locum Tribunalis, *prag.* 10 §. 53. *de offic. Ind.* de quo dicemus *in tit. de modo proced. ad med. belli cap.* 9. *à num.* 1. *cum seqq;* cumque *d. prag.* 20. te-

18 quitat, quod in causis Militum Præses procedat cum voto Auditoris, tenetur Præses de necessitate illius votum, & consilium sequi, aliàs acta sunt nulla, *Catald. de siad. verb. consilium Mut. dec.* 69. *an.* 1. *Tap. de Iur. Reg. rub. de transf. cap.* 4. *Bovad. lib.* 1. *polit. cap.* 12. *Caacer. var. lib.* 3. *cap* 17. *num.* 386. *Giurb. cons.* 76. *num.* 33. & sententia condemnatoria non potest fieri absque voto Assessoris, aliàs est nulla, *Rovit. in prag.* 1. *n.* 8. *de offic. Novar. de gravam. vasall. tom.* 1. *grava.* 190. *num.* 3. *Caac. loc. cit. à n.* 387. *usque ad* 392. *Capibl. de Barea. tom.* 2. *cap.* 17. *a.* 1. & de jure Re-

19 gni Justitiarius qui cognoscit de causis, tàm civilibus, quàm criminalibus, absque voto Auditorum arbitrariè punietur, ut in *Const. Iustitiarii non per Kalendas, ubi Affl. num.* 1. *cap. Reg. item quod cognitio.*

20 Nam licèt Præses habeat jurisdictionem, tamen Magistratus dupliciter in jure considerari potest, nam alii solo officio, & dignitate decorantur, sed per se sunt inhabiles ad justitiam hominibus administrandam absque Peritorum consilio, prout sunt Gubernatores Provinciarum, & locorum, *glos. in l. t. verb. qui magistratum, & verb. novi juris, ff. quod quisq. jur.* alii sunt præditi legali philosophia, & sunt deputati, & electi pro litibus, & negotiis decidendis, & vocantur Senatores Tribunalium *Mar. resol. quot. lib.* 1. *cap.* 309. *num.* 2.

21 Ac proinde Magistratus inhabiles ad justitiā ministrandam, tenentur omnino sequi votum Magistratuum peritorum in jure, eis à Principe deputatorum *Gabr. Saraii in sing. Roman.* 289. *num.* 10. *Scial. de forind. cap.* 12. *num.* 33. doctus, & eruditus *D. Carol. Petra Dux Vasti girard. rit.* 39. *num.* 10.

22 Si autem Præses contra votum Auditoris Consultoris facere tentaverit, tenetur Auditor pertinaciter resistere, & Superiori denunciare *Fran. Marc. decis.* 689. *vol.* 1. *Capibl. de Baron.*

23 *prag.* 1. *num.* 37. quæ resistentia debet fieri verbis tantùm, & cum modestia; nam non debet Auditor manibus Præsidi resistere, sed debet se protestari, ne teneatur in sindicatu, *Paris de Put. de sind. verb. assessor cap.* 1. *num.* 12. *Luc. de Pen. in l. omnes, C. de decur. lib.* 10. *Nig. in cap. Reg.* 147. *num.* 17.

SUMMARIUM.

1 *Præses Provinciæ committit causas inter Auditores.*

2 *Præ-*

1 *Præside absente causæ committuntur ab Auditore Decano, qui non potest sibi causas committere, num. 3. & à quo ei causa tali casu committantur? n. 5.*
4 *Commissarius non debet dari, quem pars petit.*
6 *Commissio causarum inter Auditores dicitur partitio.*
7 *Quilibet Auditor habet in solidum jurisdictionẽ in tota Provincia.*
8 *Et potest in qualibet causa procedere, antequam ei committatur.*
9 *Præses in qualibet parte judicii, potest causas Auditoribus committere.*
10 *Commissarius Auditor debet procedere in causa ei commissa.*
11 *Si causa fuerit commissa, quæ postea fuit Baroni remissa, an in casu gravaminis debeat iterum committi?*
12 *Causa duobus Auditoribus commissa, debet in ea procedere ille, cui primo loco fuit commissa.*
13 *Ad Præsidem spectat decidere quæstionem de Commissario inter Auditores.*
14 *Tribunal Regiæ Audientiæ, unà cum Præside destinant Commissarios per loca Provinciæ, non verò solus Præses.*
15 *Destinant Auditorem pro aliquo negotio urgenti, & fit relatio S.E.*
16 *Auditorum auctoritas est augenda, sine qua vilescit, administratio justitiæ.*
17 *Officiales, pars corporis, & Principis membra dicuntur.*
18 *Debent gravitatem conservare.*
19 *Ex conversatione nascitur contemptus.*
20 *Officialibus qui præsunt justitiæ administrandæ, prohibetur visitare, & per alienas domos cursitare.*

CAPUT V.

Præses an, quomodo, & quando committat causas inter Auditores, & de amplianda auctoritate Auditorum.

1 PReses Provinciæ cõmittit causas vertentes in Reg. Audiẽtia inter Auditores *Vin. decis. 178. num. 13. Danz. de pug. DD. tit. de offic. Præsid. cap. 1. num. 4.*, & in ejus absentiam commissio causarũ
2 fit ab Auditore Decano, qui habetur loco Præsidis *prag. 10. §. 17. de offic. Iud.* Et tali casu non
3 potest sibi ipsi causas committere; sed illas tenetur committere aliis Auditoribus. *Ann. sing. 280.* qui loquitur de Hebdomadariis Regiæ Cameræ, qui non possunt sibi ipsis causas committere *prag. 7. §. de offic. Iud.* ne eveniat inconveniens, quod detur Commissarius, quem pars
4 petit, contra *text. in l. observandum, ff. de jud.* sed tali casu ab Auditore sedente post Auditorem
5 Decanum, committuntur causæ eidem Decano, & ità observari vidi.
6 Quę commissio causarum dicitur potius partitio, seù causarum divisio, & fit ad evitandam confusionem, *Froc. de subfeud. lib. 1. tit. de offic. Mag. Iust. num. 15. Franc. decis. 143. in fin. Rovit. in prag. 1. de offic. Mag. Iust. num. 2.* ex quo cuili-
7 bet Auditori competit in solidum jurisdictio in tota Provincia, & quilibet Auditor habet potestatem ordinariam, *l. Pomponius, & ibi glos. de re Iud. Sanfel. decis. 69. num. 4. & dec. 350. nu.*
8 13. & potest procedere in qualibet causa, tàm civili, quàm criminali, antequam ei committatur, *Carav. rit. 16. n. 2.*
9 Sed potest Præses in qualibet parte judicii, etiam post terminum committere causas inter Auditores, licèt prius unus Auditor processisset absque commissione, *Scagl. rit. 123. num. 2.* se-
10 mel tamen commissa causa uni Auditori, non potest in causa procedere, nisi Commissarius, *Rov. in prag. 2. & 3. de susp. Offic. nu. 16. & 17.*
11 Si verò fuerit commissa causa uni Auditori, quæ causa fuit remissa Baroni, per cujus Judicẽ fuit illatum gravamen Reo, de quo appellavit ad eandem Regiam Audientiam, talis causa est committenda, & non debet tractari coram primo Commissario, *Thor. in comp. dec. par. 3. verb. Causa incepta in M. C. V.* ea ratione, quia prima causa ob remissionem fuit finita, & causa gravaminis est nova, *Rot. decis. 15. de Proc. in antiq. & dec. 4. num. 2. de caus. poss. Lancell. de attent. 2. p. cap. 16. num. 26. Muso. in pract. S. C. lib. 2. p. 3. gl. instantia n. 11. 12. 17. & 18.*
12 Et si ex errore una met causa reperitur duobus commissa, debet procedere ille Auditor, qui primò habuit commissionem, *Thor. in comp. decis. par. 2. verb. Iudex, Rov. in prag. 1. num. 5. de off. Mag. Iust.*
13 Verum orta inter Auditores controversia, quis eorum sit Commissarius causæ, Præses debet decidere talem quæstionem de Commissario; quia decidere quæstionem de Commissario spectat ad eum, ad quem spectat causas committere, *prag. 7. de offic. iud. prag 8. §. item deppò in fin. de offic. Mag. Iust.*
In duobus tamen casibus Præses non habet potestatem committendi, sed talis potestas re-
14 sidet penes totum Tribunal Reg. Audientiæ. Primò quando debet destinari Commissarius in partibus, vel ad instantiam Partis, vel fisci, pro explendo aliquo negotio civili, vel criminali; nam tunc, tàm casus, quàm persona debent proponi in Tribunali, & quod fuerit conclusum à majori parte Auditorum, audito fisco, remanet firmum, & Præses in commissione, non debet apponere aliam personam, nisi electum à

Tribunali, *prag.10.§.3.de offic.Ind.*

15 Secundo quando in Provincia occurrit aliquis casus adeò urgens, qui indiget remedio præsentaneo, & si expectaretur tempus certiorandi S.E, periculum esset in mora, tunc potest tota Regia Audientia destinare unum ex Auditoribus in partibus, & debet statim de omnibus certiorare Proregem, qui Auditor in commissione non debet apponi ad arbitrium Præsidis, sed tenetur Præses apponere illum, qui fuit appūctatus in Tribunali, *prag.10.§.1.de off.Ind.* sed non potest tali casu eligere fisci Patronum, ad capiendam informationem, *d.prag.10.in princ.in marg.de offic.Ind.*

Quæ *pragm.* respectu primi capitis, quod possit Reg. Audientia destinare unum ex Auditoribus in casu supradicto, inconcusse observatur, sed respectu secundi capitis, quod Auditor destinandus, non debet apponi in commissione ad arbitrium Præsidis, sed pro ut fuit in Tribunali appunctatus, malè observatur per Præsides, non sine culpa Auditorum, qui ob spem obtinendi commissionem complacent in omnibus Præsidi; sed post factum, quando nullum aliud adest remedium conqueruntur cœteri Auditores, qui nō obtinuerūt commissionem de inobservantia *Regiæ Pragm.* si tamen ipsis alia commissio adjungitur, *prag.vale*; amplius non audiuntur lamentationes, tamen *d.prag.* debet observari, quia non reperitur correcta, & est situata in volum. *Pragmaticarum*: & non quod fit, sed quod fieri debet est attendendū, *l.observari, ff.de offic. Præsid.Frecc.de subfeud.lib.1.num.16.* & deberet super observantia *d.prag.* valde invigilari, quia ex illius inobservantia oriuntur, nō sulum gravamina Subditorum; dum Auditores complacendi gratia Præsidi, pro commissione eis data, & sub spe, & metu, alias obtinendi, vel ne, in omnibus obtemperant Præsidi. Sed oritur etiam vilipendium ministerii, dum sunt aliqui Auditores, qui pro obtinenda aliqua cōmissione, adeò suam auctoritatem deiciunt, subiiciendo se Præsidi, ut necessarium existimem

16 cum silentio pertransire, (salva semper pace bonorum Auditorum) quod est contra *tex.in l. jus Senatorum, C.de dig.lib.2.* cujus verba sunt, *Jus Senatorum, & authoritatem eius ordinis necesse est ab omni injuria defendere*; nam Officia-

17 les dicuntur membra Principis, & pars corporis ipsius, *l.quisquis C.ad l.Jul. Majest. Pon.de potest.proreg.tit.de elect.Official.§ 6.num.3.* & de-

18 bent gravitatem conservare, audite aurea verba Juris Consulti, *in l.observandum, ff.de offic Præsid. observandum est jus reddenti, ne in adeundo quidem nisi se facilem præbeat, sed contemni se non patiatur: unde mādatis additur, ne Præsides Provinciarū in ulteriorē familiaritatem Provinciales*

19 *admittant; nam ex conversatione æquali, contemptio dignitatis nascitur, sed & in cognoscendo, neq; excandescere adversus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitosorum illacrimari oportet: id enim nō est constantis, & recti Iudicis, cujus animi motu vultus detegit; & summatim, ita jus reddere debet, ut authoritatē dignitatis ingenio suo augeat*, undè *Pon. d.§. 6.num.1.* dicit quod Officiales non visitent, nec per alienas domos cursitando vadant, aut per vicos, & plateas quotidie deambulent.

SUMMARIUM.

1 *Præses, & Auditores habent simul jurisdictionem in Provincia.*
2 *Expeditio causarum in Reg. Audientia debet tractari cum interventu Præsidis.*
3 *Præses in expeditione causarum, an habeat votum?*
4 *Tenetur decidere causas cum consilio Auditorum.*
5 *Non potest dirimere paritatem factam ab Auditoribus, sed vota transmittuntur ad Proregem.*
6 *Vota debent esse libera.*
7 *Præses potest injungere Auditoribus, quòd assistant in Tribunali ultrà tres horas.*
8 *Debet referre Proregi si Auditores renuerint.*
9 *Auditores possunt expedire omnes causas absente Præside.*
10 *Præses non potest convocare Auditores in sua domo pro decidendis causis.*
11 *Jus reddi debet in loco solito.*
12 *Acta facta per Auditores in domo Præsidis sunt nulla.*
13 *Confessio facta per Reum extrà locum Tribunalis, non est sufficiens ad eum condemnandum.*

CAPUT VI.

Præses an debeat intervenire in decisione causarum? an habeat votum, eo absente, an possint causæ tractari in Tribunali? & quid si sit impeditus?

1 PRæses Provinciæ, & Regii Auditores habent simul jurisdictionem in Provincia; ita ut solus Præses, & soli Auditores nequeant causas decidere, *Luc. de Pen. in l. omnes col. penul. C. de decur. lib. 10. Nig. in cap. Regni, item quod in cognitionibus num. 8.* undè tempore expeditionis

2 causarum debet Præses intervenire in Tribunali, *Affl. in Const. Regni cum nova num 4.* alias si Auditores decidant causas absente Præside, sententia est nulla, idem *Afflict. in Const. Iustitiarii nen per Kalendas n.4. & 5.*

3 Sed

3 Sed tempore, quo causæ votantur io Tribunali. Præses non habet votum, etiam si esset togatus; nisi habeter specialem potestatem à S. E; qnia licet Præses habeat jurisdictionem,
4 tamen dantur ei Magistratus Jurisperiti, cum quorum consilio causas decidat. *Mar.resol.quotid.lib.1.cap.309.num.2.*& ob hanc causam ipse non habet votum, nec potest Præses dirimere
5 paritatem votorum, quando io aliqua causa inter Auditores esset facta paritas, sed vota transmittuntur ad Proregem, *prag.5.de offic.Inst. Pet.ad Gram.decis.41.num.15.Thor.in comp.decis.par.1.verbo paritas.* In illo vero casu Præses habet votum, quando Auditor Provinciæ est factus Præses à Prorege, dotante Præsidis absentia, nam tunc Auditor creatus Præses habet votum io causis *Capibl. de Baren. in rub. num. 31.*
Tempore quo Auditores votant causas, nō potest Præses se intromittere, neque persuadere,
6 vel minari, neque proferre verba iodecentia, quia vota Auditorum debent esse libera, *Bovad.tom.1.polit.lib.1.cap.11.nu.34.& 35.Danz. de pug.DD.tit.de offic.Præsid. num.56.* & ò uilnam hæc non evenirent.
7 Bene tamen potest Præses, tamquam caput Tribunalis injungere Auditoribus, quod assistant io Tribunali ultra tres horas, *prag.14.de offic.S.C.* & quolibet tempore potest eos con-
8 gregare in Tribunali; sed si Auditores renuerint, Præses aliud facere nequit, nisi referre Proregi, *prag.7.§.1.de offic.Inst.*
9 Si verò Præses est absens à Tribunalis loco, possunt Auditores causas, tàm civiles, quàm criminales, absque Præside expedire, *Carav. rit. 64.num.3.*
10 Idem est si Præses non est absens à loco Tribunalis, sed non potest ex aliqua causa, puta infirmitatis accedere ad Tribunal, vel non vult, nam tunc similiter possunt Auditores absque Præside causas decidere, & non potest tali casu Præses convocare Auditores in sua domo, ad effectum prædictum, non solum ob illam ratio-
11 nem, quia jus reddi debet Subditis io loco solito, & sic in Tribunali, *l.ult.*nbi *Bart. & Bald. ff.de just.& jur.Cancer.var.resol.lib.2.cap.2.num. 244.* & attendi debet locus, ubi cæteri Præsides jus reddiderunt, *Grand.de bello Exul. prad. ubi, quæst.1.num.1.Scial.de forind.cap.11.num. 29.Capibl.de Baron.tom.2.cap.16. num.5. vers. item;* sed etiam ex dispositione *prag.7. de offic. Iustitiar.* quæ clarè loquitur, ubi statuitur non obstante quolibet impedimento Præsidis, causas esset tractandas in Tribunali, & non alibi absque Præside, & d. *prag.* loquitur, quando Præses est in loco Tribunalis, sed est impeditus, ibi, *che se li Governatori per alcuno impedimento non potessero uscire, e venire al luogo, dove si regge il Tribunale della Regia Audientia, non per questo si debbia lasciare di giontarnosi li Magnifici Auditori nel detto Tribunale, nell'hora solita, & ordinaria à regere Audienza; ma tutti li di di negotii si debbiano giontare nel luogo solito regersi il Tribunale, all'hora solita, e debita, non obstante che il Governatore si ritrovasse impedito,* & per hanc *prag.* ita tenet *Rov.in rub.de offic.Iust.num. 11.*& ad propositum allego aliam *prag.* quæ est 6.sub *tit.de offic. Iud.* ubi habetur, quod Præsidentes Tribunalium, non possunt tractare causas in earum domibus, sed in Tribunali, & adest alia *prag.de caus.decid.* 1.io ordine, & licet *Danz. de pug. DD.tit.de off. Audit.tom.1.à n.40.cũ seqq.* dicat fuisse diversimode usitatum, quàdoque causas fuisse decisas in Tribunali per Auditores, absque Præside; quandoque verò fuisse decisas coram Præside in lecto jacente, tamen supradicta mea opinio tenenda est, & illi Auditores, qui accesserunt ad dumum Præsidis, prò causis decidendis controveoerunt supradictis Juribus, & commiserunt nullitatem, *Rovit. d. num.11.*
12 Poterit similitèr oriri aliud inconveniens, si in domo Præsidis congregarentur Auditores ad regendam Audientiam, videlicet si io dicta domo aliquis Reus confiteretur aliquod delictum, illa confessio non haberetur pro judiciali, nec illius virtute, posset talis Reus confessus
13 condemnari, tamquam facta coram Præside, & Auditoribus, non sedentibus io Tribunali, *l.cũ scimus, C.de agricol.& censit.lib.11. Maran.in specul.tit.de confes.num.30. Marsil.in pract.§.post quam num.17.Carrer.in prac.in princ.num.32.& in 2.tract.de ind.& tort.§.septimum indicium nu. 4.Boss.de confes.num.44.Villagut. in pract.crim. lib.7.tit.de confes.cap.1.concl.8. Boer.decis.90.n. 8.Recc.de offic.tit.de mod. proced.in caus.contrab. num.32.*

SUMMARIUM.

1 *Præses non potest mutare locum Tribunalis.*
2 *Locus destinatus attendi debet, ubi majores jus reddiderunt.*
3 *Iudicia non possunt exerceri extra locum Tribunalis.*
4 *Sententia lata extra Tribunal, est ipso jure nulla.*
5 *Officialis tenetur facere residentiam in loco suorum majorum.*
6 *Baro habens plures terras in qualibet tenetur creare Capitaneum, etiam si sit contra solitum, & num.9.*
7 *Carcerati non possunt estrahi à carceribus propria Patria, sed cum causa possunt; & quæ sit causa? n.8.*
10 *Baro potest constituere Capitaneum in præjudicium alterius Baronis, habentis jurisdictionem cumulativè.*
11 *Iudex secundarum causarum est eligendus in Provincia, ubi Baro habet Terram.*
12 *Debet morari infrà dietam.*
13 *Potest constitui in eadem Terra, ubi Baro habet primas causas, & de ratione.*

 14 Po-

14 *Potest constitui in una Terra per Baronem, habentem duas Terras.*

CAPUT VII.

Præses an possit mutare locum antiquæ residentiæ? & quid in aliis Officialibus?

1 REgia Audientia debet facere
residentiam in loco solito,
& non potest Præses mutare
locum, & in loco non solito
regere Curiam, *l.ult. ubi
Bart. & Bald. ff. de just. &
jur. Cancer. var resol. lib.2.*
2 *cap.2.num.* 244. quia locus destinatus attendi
debet, ubi majores jus reddiderunt, *lo:Grand.de
bell.Exul.pred.ubi quæst.1.num 1. Capibl.de Baron.tom.2.cap.16.num.5.vers.item, Scial.de fortud.cap.12.num.* 26. & Judicia non possunt
3 exerceri extra dictum locum, *ad tex.in l.nulli,
C.de offic.Rect. Avend.de exequ.mand.cap.20.nu.
1.cum seqq. Azeved.in l.15.tit.6.lib.3. n 1.& 2.
Mastr.de mag.lib.3.cap.9.nu.51.* aliàs acta sunt
nulla, *Mast.loc.cit.Scial. loc.cit. nu.24. in fin.* &
adest *pragmatica 7. in apost.de offic. Iustitiar.*&
4 sententia lata extra Tribunal, est ipso jure nulla, *l.si ut proponis la 2.C.quum. & quando Iud. l.
cum sententia, C. de sent. & interloq. omn.Iud.
Scial.loc.cit.num.25.*

5 Et ob hanc rationem Officialis, qui habet
plures Terras sub sua jurisdictione, tenetur facere residentiam in loco, ubi sui Antecessores
soliti sunt jus reddere, *Franch.decis.166.num.6.*
6 à simili Baro si habeat plures Terras, & in qualibet ipsarum solitus fuit constituere Capitaneū,
non potest postmodum cogere Vassalum unius
Terræ, eundi ad aliā Terram, ut ei jus reddatur;
eodē ratione, quia jus reddi debet in loco solito, *Aff.decis.192.num.3.Gram.cons.27.num.10.
Cabal.resol.crim.cas.120.Cancer.d.cap.2.nu.143.
cum seqq.& cap.13.num.227. cum seqq. tom. 3.
Fontan.de pact.nupt.glos.10.claus.4. par.1.nu.3.
vers.his tamen non obstantibus.*

7 Nec Baro, nec Officialis ob eandem rationē
possunt contra antiquum solitum extrahere
Vassallum carceratum à carceribus propriæ Patriæ, & illum transmittere ad alias carceres,
Franc.decis.526.num.8.Cancer. d.cap.13. n.230.
8 excepto si causa carcerationis esset gravis, &
dubitaretur de carceris fractione, quia tunc poterunt carceratum ad alios carceres tutiores
transmittere, *Fran.loc.cit.num.9. Rov.in prag.1.
nu.10.ubi de del.Capibl.prag.3.de Baron. n.179.
Sanf.in prax.jud.sect.9.num.16.Scial.de fortud.
cap.25.n.3.*

9 Bene tamen poterit Baro habens plures Terras, in qualibet Terra constituere Capitaneum,
licet solitum esset in una Terra tantum creare
Capitaneum; nàm tunc non esset dividere jurisdictionem, sed exercitium ipsius; & supposita potestate penes eum exercendi jurisdictionē
in quacumque parte Teritorii, quando constituit Capitaneum in qualibet terra, utitur jure
suo, & sic nō facit injuriam Vassallis, & per hæc
media, ità sustinent, *Capibl.de Baron.prag.3.nu.
231.vers.hanc quæstionem cum seqq.& Marin ad
decis.163.Reve.* qui plures decisiones adducit.

10 Quinimo hoc potest facere Baro, etiā in præjudicium alterius Baronis, qui in eadem Terra
habet jurisdictionem cumulativè, ut decisum
per S.C.refert *Franc.decis.166.*

11 Et tenetur Baro constituere Iudicem secundarū causarum (casu quo illas habet,) in eadem
Provincia, ubi ejus Terra sita est, nè Vassalli nimis defatigentur ad illum perquirendum, *Campag.in cap Reg.gravaminum, num.* 102. *Frecc.de
subfeud.lib.2.in* 30.*auth.num.3.Anna sing.* 560.
*ver.Vassallus, Viv.decis.356.& in Silu.com.opin.
opin.711.sententia nu.7.Thor.in comp. decis.par.
1.verb.Auditores, an constituendi*, & colligitur
ex *prag.2.ubi de dei.* qui locus ubi resider Iudex
12 secundarum causarum debet esse intra dietam,
Rov.in d.prag.2. num.11. dummodo non excedat octo miliaria, *Anna sing.560. Mar.res.
quotid.lib.1.cap.184.nu.3.*

13 Sed non prohibetur Baroni tenere Judicem
secundarum causarū in Terris, in quibus habet
primas, quia Tribunal majus, magis tollit, quàm
dat inconvenientia, & per præsentiam Iudicis
Superioris, facilè tolluntur gravamina, *Freccia
de subfeud.in 28.auct. Baron. Camill. de Medic.
cons.151.Capibl.de Baronib. prag 5.n.235.*

14 Et Baro habens duas Terras, potest tenere
Judicem secundarum causarum in una Terra, &
ibi cognoscere de causis appellationis alterius
Terræ, *Bovad.in sua polit.lib.2. cap.16.num.76.
Amad de Pont.in tit.qui feudari pos.num.70.post
quæst. laudem.Fontan.d.par.1.n.14.*

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio duobus modis possidetur.*

2 *Barones, & Reges habent jurisdictionem in proprietatem, Judices in officium.*

3 *Volūtaria jurisdictio potest exerceri extra territorium, ab habentibus illam in proprietatem.*

4 *Rex existens extra Regnum, potest creare Milites in Regno.*

5 *Existens extra Regnum, committit causas in Regno.*

6 *Rex Hispaniarum potest, licet absens à Principatu Catalunia, inibi facere gratias delictorum.*

7 *Dominus jurisdictionis, existens extrà Provinciam, delegat causas in Provincia.*

8 *Episcopus potest concedere literas dimissoriales extra diœcesim.*

9 *Ba-*

9 *Baro potest creare Officialem licet existat extra suum Territorium.*

10 *Jurisdictio contentiosa, non potest exerceri extra territorium, etiam ab habente illum in proprietatem.*

11 *Dominus non potest trahere Vassallos ad petendum justitiam extra propriam Patriam.*

12 *Rex non potest, existens extra Regnum citare Subditos, ut eant extra Regnum.*

13 *Neapolitanorum causæ ex privilegio, non possunt recognosci in Tribunalibus Hisp. in gradu appellationis.*

14 *Baro non potest eligere Judicem in Civitate, nisi cum licentia Proregis, vel Regia Audientia, & num. 15.*

16 *Citare est actus jurisdictionis.*

17 *Nuntius si citat aliquem in aliena jurisdictione absque licentia Iudicis loci, potest ab eo carcerari.*

28 *Commissarii quando teneantur ostendere suas commissiones ordinariis locorum?*

19 *Baro an possit contra ejus Vassallum exercere jurisdictionē contentiosam criminalē in Terra alterius Baronis, & a quo sit expetenda licentia? & quid si non fuerit petita? n. 20. quid in causa civili? num. 21.*

22 *Vassallus non tenetur invitus prorogare jurisdictionem de loco, ad locum.*

23 *Judices non possunt, neque voluntariam, neque contentiosam jurisdictionem exercere extra locum subjectum.*

24 *Judex delegatus non potest exercere delegationem extra locum jurisdictionis.*

25 *Clausula, justitiam facias, est excitativa jurisdictionis.*

26 *Præses non potest extra locum jurisdictionis in Subditos Provinciales exercere jurisdictionem.*

27 *Neque potest extra locum jurisdictionis expedire guidatica.*

28 *Litigantes non coguntur exire extra Patriam.*

CAPUT VIII.

Præses an possit jus dicere Subditis extra locum Iurisdictionis? & quid in Baronibus?

1 OMnis jurisdictio, vel possidetur in proprietatem, vel in officium, *Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official §. 1. à*
2 *num. 13.* Reges, & Barones habent in eorum Regnis, & Terris jurisdictionem in propietatem, *Aud. in const. clem. vers. numquid exercebit*, Judices verò habent jurisdictionem in officium, *Merl. lib. 1. cap. 69. Sanfel. decis. 65. Mastril. decis. 219. num. 22. & de magistr. lib. 4. cap. 17. num. 96.* & conferuot scripta per *Franc. dec. 370*
3 Quibus positis dicas, qood illi, qui habeot jurisdictionem io proprietatem, pussunt volūtariom jurisdictionem, in qua ooo requiritur causæ cognitio, etiam extrà locom jurisdictinnis exercere, *l. 1. ff. de off. Procons. l. fin. ff. de jurisd. omn. Iud. Covar. var. resol lib. 3. cap. 20. nu. 8.* undè *Bart. in rep. l. 1. num. 80. C. de dign. lib. 10.* dicit,
4 quod Rex transiens per alias partes sui Regoi, potest creare Milites, qoia sunt actus voluntariæ jurisdictionis, *Affl. in Const. Reg. Capitaneorum num. 17. in fine*, dicit, quod potest Rex exi-
5 stens extrà Regnum committere causas alicui Ministro Regni, *Pegu. decis. 18.* refert decisum, quod licet in Principatu Cataluniæ causæ, neque civiles, neque criminales possint extrahi ab illius Coriis, quod potest Rex Hispaniarum, licet absens à dicto Principatu, gratias, & remis-
6 siones delictorum facere in ipso Priocipatu, *Cabal. res crim cas. 120. num. 5 & 6.* tenet, quod
7 potest Dominus jurisdictinnis, existens extra Provinciam causas, extrà Provinciom delegare, ut Delegatus intro Provinciam cognoscat, idem dicunt *Canc. var. lib. 3. cap. 13. num. 298. cum seq. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. p. 1. num. 107. & 108.* & *Gratian. dec. March. 98.* te-
8 net quòd Episcopus possit concedere literas dimissoriales extro Diœcesim, & io alieoa Diœcesi cooferre primam tonsuram suo Subdito, absque licentia Diocesani, cum sit actus voluntariæ jurisdictionis, qui cum Subditis ubique exerceri potest, idem tenent *Bonaci. disp. 8 quæst. ult. pun. 5 num. 28. Ricc. & alii* adducti à *Mar. resol. quotid. lib 3. alleg. 112. num. 5. & 6.* & Baro potest
9 creore Officialem extrà suum territorum, etiam in loco Principis, absque ejus licentia, ad *tex. in l. observare, § post hoc, ff de offic. Procons. Bertrand. cons. 170. num. 4. lib. 3. Mastrill. de magist. lib. 4. cap. 19. n. 204.*
10 Sed contentiosa jurisdictio, ubi requiritur causæ cognitio, non potest exerceri extrà territorium, nec etiam ab habente illam in proprietatem, aliàs acta sunt nulla, *Frecc. de subfeud. par. 2. auc. 30. Tap. in Const. Reg. de quæstionibus, Giurb. cons. 52. num. 12. Borell. de mag. edict. lib. 2. cap. 9. num. 3.* quia non potest Dominus trahere Vassallos ad petendum justitiam extrà propriam Patriam, *Avenda. de exeq. mand. Reg. p. 1. cap. 5. num. 5. Belluga in spec. Princip. rub. 26. vers. Iesu Christi num. 17. Franc. decis. 166. nu. 6. & dec. 526. num. 8. Canc. var. tom. 2. cap. 2. num. 243. & tom. 3. cap. 13. num. 224. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. Claus. 4 glos. 10. par. 1. num. 3. vers. hic tamen*, undè notabiliter dixit *Affl in Const. Reg.*
12 *Capitaneorum, num. 17. & 18.* quod Rex existens extrà Regnum, non potest citare suos Subditos, ut eant extrà Regnum; & hinc ortum habuit

buit privilegium per retro Reges hujus Regni
13 conceſſum Civitati Neapolit.ut de ſententiis,
quæ proferuntur in Civitate Neap.à Judicibus,
non poſſit de eis cognoſci in gradu appellatio-
nis, in Tribun.Hiſp.ſi ſint juſtæ, vel injuſtæ, ſed
in Civitate Neap.de quò privilegio mentionem
facit idem *Affl.in d.Conſt. Capitaneorum nu.* 15.
verſ.ſexto nata,& *Capibl.de Baron.tom.*1.*prag.*3.
14 *num.*238. dicit quod Baro, ſi eligit Judicem in
Civitate Neap. pro aliqua cauſa ſui Vaſſalli,
non poteſt Judex electus ad actum aliquẽ pro-
cedere in dicta Cauſa, niſi obtenta prius licen-
tia à Prorege,vel à Præſide illius Provinciæ,ubi
cauſa eſt cognoſcenda, & decretum tali caſu,
modo ſequenti concipitur, *liceat eligere Iudi-
cem in Civitate, in ea cauſa tantum, dummodò
ſententia praferenda exequatur in partibus.*
15 Et abſque tali licentia Iudex electus non po-
terit, nec etiam citare Vaſſallum Baronis extra
16 Baronis juriſdictionem,quia citare eſt actus ju-
riſdictionis, *l.cum Clericus,l.omnes, §.ſi verò ap-
paritor, C.de Epiſc. & Cler.Guid. Pap.deciſ.*275.
*num.*2.*Triviſan.deciſ.*10.*num.*5. *lib.*2. *Giurb.d.
conſ.*52.*num.*9.qui non poteſt exerceri in alie-
na juriſdictione.
17 Hinc ortum habuit, quod Nuntius cujuſ-
cumque Tribunalis Superioris, ſi citat aliquem
in aliena juriſdictione, tenetur de neceſſitate
petere licentiam ab Officiali loci, aliàs ſi citat
abſque tali licentia, poſſet ab eo carcerari, *Bo-
vad.lib* 2.*polit.cap.*20.*nu.*21.*Capibl.de Bar.prag.*
3.*num.*241. *Rov.ſuper prag. rub.ne quid in loco
publico num.* 3. & ob eandem rationem, quòd
juriſdictio non poſſit exerceri in alieno Terri-
18 torio, abſque licentia ordinarii Judicis loci,
fuit edita,*prag.*3.*de Com.& Exeq.*quę arctat Cõ-
miſſarios deſtinatos à quocumque Tribunali
oſtendendi Officialibus locorum ſuas commiſ-
ſiones,quibuſdam cauſis exceptis; ex quò juriſ-
dictio non poteſt exerceri in alieno Teritorio,
abſque Judicis ordinarii loci licentia.
19 Unde Baro qui habet juriſdictionem in pro-
prietatem, ut ſupra diximus, ſi vellet cogno-
ſcere de cauſa criminali ſui Vaſſalli, in juriſdi-
ctione alterius Baronis, & contra talem Vaſſal-
lum vellet exercere juriſdictionem contentio-
ſam, tenetur expetere licentiam à Barone loci,
*l.fin ff.de juriſ.omn.Iud.Cabal.caſ.*120.*nu.*3.*Fon-
tan.de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*11.*par.*1. *num.* 31.
*Giurb.conſ.*59.*num.*19.*& ſeq. Capibl. de Baron.
lib.*2.*cap.*19. *num.*4. & talis licentia exercendi
juriſdictionem in alieno Territorio eſt conce-
denda, ab ipſo Domino juriſdictionis, & non
poteſt concedi ab ejus generali Officiali, *gloſ.in
clem. un. verbo dioceſanis de for. comp. Rov. in
prag.*1.*de juriſ.inv.non turb.num.*15.& ſi licen-
tia Baronis loci non fuerit petita, captus poſ-
20 ſet petere reponi in priſtinam libertatem,tam-
quam captus in loco exempto. *Gomez var.re-
ſol.tit.de capt.num.*25.*Cabal.reſol.crim. caſ.*291.
& poſſent Capientes,uti Turbatores alienæ ju-
riſdictionis puniri, *Menoch. de arbitr. Iud.caſ.*
320.
21 Si verò agitur de cauſa civili,non poteſt Ba-
ro contra ejus Vaſſallum exercere juriſdictionẽ
contentioſam in alieno Territorio, neç etiam
cum conſenſu Baronis illius loci, niſi adſit etiã
conſenſus expreſſus ipſius Vaſſalli,qui non po-
22 teſt invitus extrahi à propria patria,& de loco
ad locum prorogare juriſdictionem,*Franch.de-
ciſ.*166.*num.*6.*& deciſ.*526.*Mut.deciſ.*99.*Tuſc.
concl.*928.*num.*2.*&* 52.*lit.P. Maceratenſ.lib.*
1.*reſol. cap.* 103. *Vant. de nullit.ex def. juriſd.
num.* 40.
23 Quo ad Iudices verò,qui habent juriſdictio-
nem in officium, eorum juriſdictio nõ extendi-
tur extra locum eis ſubjectum, & non poſſunt
extrà eorum Teritorium, neque voluntariam,
neque contentioſam exercere juriſdictionem,
*l.Pupillus, §.teritorium, ff.de verb.ſign.l.*2 *ff.de
offic.Proconſ.Bart conſ.*189. *Canon. in cap. pru-
dentiam de offic.deleg.Ant.de Roſel.in tract.de In-
dulg.num.*260.*in* 16.*vol.tract. Rip.de peſte tit.de
remed.ad curan.paſt.remed.ult. num.*50. *Fontan.
de pact.nup.tom.*3.*clauſ.*4.*gloſ.*10.*p.*1. *num.*110.
facit *text.in cap.ſtatutum, §.ſi nullo de reſcrip.*ubi
Iudex Delegatus,non poteſt extrà locum juriſ-
dictionis exercere delegationem, *Ricc dec.*187.
*par.*2.*num.*11. facit ad propoſitum *reſol. Mar.
lib.*1.*cap.*208. qui dicit, quod ſi Judex Supe-
rior, mandet Iudici inferiori, quod de juſtitia
provideat ad inſtantiam Titii, contra Cajum,
qui Cajus non eſt ſubjectus Iudici Commiſſa-
rio, & bona, quæ petuntur à Titio, ſunt ſimili-
tèr extrà locum ſuæ juriſdictionis, undè eſſet
neceſſe, quod Iudex Commiſſarios ſe conferret
in aliena juriſdictione,prò exercenda tali com-
miſſione, tunc talis Iudex Commiſſarius, non
poteſt exercere talem commiſſionem extrà lo-
cum ſuæ juriſdictionis, & omnia acta, quæ ſe-
quuntur ſunt nulla, quod prius dixerat, *Rov.in*
25 *prag.*5.*num.*6 *de fid. Inſtr.* & illa clauſula juſti-
tiam faciat, eſt tantum excitativa juriſdictio-
nis; *cap.licet de offic.ord.Affl.deciſ.*79.*num.*3.128
*nu.*13.*&* 142.*n.*39.*Ann.alleg.*34.*nu.* 11. *Franc.
deciſ.*327.*Mart.de Clauſ.clau.*64.*Rov.in prag.*5.
*de fid.& auth.mem.n.*1.*per tot.Maſtr. deciſ.*228.
& in Regno adeſt *pragm.*10. § 14. *de offic.Iud.*
undè ſi Iudex Commiſſarius non habet juriſdi-
ctionem in alieno Territorio, nec etiam virtu-
te talis clauſulæ, poteſt illam exercere.
26 Ex ſupradictis ergo apertè conſtat, quòd
Præſes non poſſit exiſtens extrà Teritorium,
nec voluntariam, nec contentioſam exercere
juriſdictionem in Subditos Provinciales, & in
puncto adeſt reſcriptum,relatum à *Capibl.lib.*2.
*cap.*19.*num.*9.*verſ.ſed non dum*; per quod fue-
27 runt annullata guidatica, expedita à Præſide
Salerni in hac Civitate, etiam ſi aliquis eſſet
Præſes in duabus Provinciis, nam non poteſt
negotia unius Provinciæ in alia Provincia ex-
pedire, ut ex doctrina, *Abbat.in cap.novit. de*
off.

offic.lega. tenet *Affl.in Const.Reg.Capitaneorum*
28 *num.* 17. quia litigantes non coguntur exire extra Patriam, ut in *Auth.ut litigantes colum.* 19.& in *Auth.de quaest.§.super hoc,& l.Curiales, C.de decur.lib.* 11.

SUMMARIUM.

1 *Praeses non potest Subditos carcerare absque voto Regiae Audientiae, neque excarcerare, & num.4.*

2 *Debet sequi votum, & consilium Auditorum.*

3 *Gubernator, vel Officialis quando possit Subditos carcerare absque voto Consulteris? & quando hoc permittatur cuilibet privato?*

5 *Praeses non potest injungere Auditoribus mandatum poenale, quod limitatur, n.8.*

6 *Par in parem non habet imperium.*

7 *Praesides egrè ferunt habere prò Consociis Auditores.*

9 *Auditores possunt facere mandatum poenale Praesidi, casu quo ille committat aliquod grave delictum, & n.13.*

10 *Archiepiscopus committens crimen in Parochia, alterius Archiepiscopi, potest ab eo judicari.*

11 *Delegatus si delinquit in exercitio sua jurisdictionis, potest ab ordinario loci cognosci.*

12 *Baronalis Curia cognoscit alium Baronem delinquentem in suo Territorio.*

14 *Praeses non potest concedere licentiam deferēdi arma prohibita, quod fallit pro persequtione Bandiorum, n.15.*

16 *Non potest remittere poenas delinquentibus.*

17 *Non potest se ingerere in augumento, vel diminutione gabellarum, nec circa materiam annonae.num.18.nec imponere collectas.n.19.*

20 *Non potest facere commissiones prò visitandis tabernis, & fratribus juratis, absque ordine S. E.*

21 *Non potest uti sellis eminentioribus aliis Auditoribus,* e con due spallere.

22 *Praeses,& Officiales Regiae Audientiae, non possunt uti prò servitiis propriis Militibus Reg. Audientiae.*

23 *Praeses prò persequendis Malefactoribus, non potest expendere pecuniam Fisci, absque licentia S. E.*

24 *Non potest inferre ictus funis.*

25 *Non potest secum ducere Fiscalem, quando exit per Provinciam.*

26 *Non debet Subditos vocare à remotis partibus Provinciae, prò justitia ministranda.*

27 *Praeses, & Auditores non debent esse faciles ad expediendas literas Regias per Provinciam.*

28 *Praeses non potest emanare banna absque voto Regiae Audientiae,& quid in causis belli?*

29 *Gubernator non potest banna emanare, absque consilio Assessoris.*

30 *Prorex quando possit emanare banna absque Collaterali?*

31 *Praeses durante officio nequit contrahere matrimonium in Provincia, nec vinculum comparatus, & n.32.*

33 *Non potest recipere in familiares homines de Provincia.*

34 *Non potest ex sola criminis suspicione confinare Subditos.*

35 *Sed potest illos cogere ad faciendum pacem, & praestandum cautionem de quiete vivendo.*

36 *Et de non offendendo.*

37 *Prò se, Filiis, Descendentibus, & Consanguineis.*

38 *Pro Fratre Clerico.*

39 *Quibus modis possit quis cogi ad praestandum cautionem de non offendendo?*

40 *Et quibus modis excusetur; & quando dicatur rupta cautio? remissivè.*

41 *Praeses cum voto Tribunalis potest, cum causa inhibere, ne quis transeat ante domum alterius.*

42 *Et cum causa potest injungere mandata poenalia.*

43 *Praeses an possit apponere ejus insignia in opere publico?*

44 *Non potest arma apposita mutare.*

45 *Praeses an possit aperire rescripta S. E. extra locum Tribunalis?*

46 *Non potest promittere indultum revelanti crimen.*

47 *Nec potest in Terris Baronalibus, nec in casu suspensae jurisdictionis creare Capitaneum.*

48 *Princeps solus potest infundere jurisdictionem.*

49 *Jurisdictiones fluunt à Rege, tamquam à fonte.*

50 *Regia Audientia an, & quando possint visitare Debitores inopes? & n.51.52.& 53.*

54 *An possint cognoscere de causis dilationis quinquennalis, & cessionis bonorum?*

55 *Non possunt concordare Carceratos pro servitio triremium.*

56 *An possint insufflare spiritum vitae instantiis peremptis? & n.57.*

58 *Regia Audientia Idrunti, & Barii, quare vocantur Sacra?*

59 *Praeses, & Auditores non possunt à Baronibus officia impetrare.*

60 *Non possunt facere literas hortatoriales Officialibus Ecclesiasticis, exercentibus jurisdictionem contra laicos.*

61 *Regia Audientia, quando possint delicta componere? remissivè.*

62 *Possunt examinare Doctores, quò ad officia Baronalia, cum Fisci interventu.*

C A-

CAPUT IX.

Præses Provinciæ, quæ nam facere nequeat?

1 PRrimo Præses non poteſt aliquem carcerare, abſque voto Regiæ Audentiæ, *cap. Regn. item quod prædicti Iuſtitiarii*, qui expreſsè loquitur de Juſtitiariis, *Petr. rit.39.nu.1.* quia cum Præſi-
2 di dentur Auditores literati, debet in omnibus eorum votum, & conſilium expetere, alias acta ſunt nulla, *Bovad.lib.1. polit.cap.12. Fontan.de pact.nupt.par.2.clauſ.4 gloſ.10.num.10. Cancer. var.lib.3.cap.17. num.386.* ut diximus ſupra hoc cit.*cap.4.à num.18. uſque ad finem*, & ad propoſitum, *Capibl.de Baron.tom.2.cap.17.n.10.* refert proviſiones Collateralis Conſilii, per
3 quas fuit ordinatum, ut Gubernator abſque Judicis voto, non valeat Subditos carcerare, niſi in fraganti crimine repertos, nec excarcerare habilitare, aut citare. Sed Præſes, & omnes alii Gubernatores, abſque conſilio Aſſeſſoris poſſunt carcerare delinquentes repertos in fraganti crimine, vel contemnentes ſuam juriſdictionem, *Clar.§.fin.q.18.num.7. Decian. tract.crim. lib.9.cap.29.num 8.vol.1. Pegu.in prax.crim.cap. 12.§.3.num.9. Gom.var.lib.3.cap.9. num.3. Fontan.de pact.nupt.tom.1.clauſ.4.gloſ.10. par.1.nu. 163.* Et quilibet privatus poteſt homicidas, & alios malefactores repertos in fraganti crimine, propria auctoritate capere, & ducere ad Superiores, *Gomez de del.tit.de cap.nu.3. ad fin. Clar.§.fin.q 58. nu.7. Avil.in cap.prat.cap.35.gl. mandando num.6. Canc.var.lib 3.cap.10. nu.39.*
4 Quemadmodum prohibetur Præſidi procedere ad excarcerationem, abſque voto Regiæ Audientiæ, *prag.10.§.34.de offic. Iudic.*
5 Secundò non poteſt Præſes injungere Auditoribus mandatum pœnale, ut domi ſe conſervent, *Rov.in rub.de off.Juſt.num.10.* ſed de illis quæ occurrunt, poteſt tantum S. E. certiorare, *Prag.7.de off.Iuſt.* & eſt textus expreſſus de jure communi, *in l.2.C.de off.Præfecti Auguſtal.* ibi *Præfectus Prætorio augustali ordinariorum, ſub ſe Judicum, examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non amovendi, vel puniendi habeat poteſtatem*, & ità tenet *Paris de Puteo de ſind. verb. Aſſeſſor*, ubi non citat dictum *tex.* ſed illum citat *Affl.in Conſt. Reg. Juſtitiarii per Provincias num.10.* ea ratione, quia Auditores ſunt Collegæ Præſidis, *Io. Grand.de bell. Exul. prad.agere quaſt.3.num.1. Cacacius in alleg.2.* inſerta per *Scagl.poſt prag. num.197.* & par in parem non
6 habet imperium, *l.nam Magiſtratus,ff.de arbit. l.præcipimus §.1.ff.de appellat.l.ille à quo, §.tempeſtivum,ff.ad Treb. Franc.dec.274.num.1.* quod
7 ægrè ferunt Præſides; audite verba *Regentis Cacacis loc.cit.verſic.qui quidem Qui quidem indignati, tamquam Vicereges Provinciarum, aliam ſuperioritatis viam elegerunt; ut petè per plateas Illuſtriſſimos vocari; Auditores verò extra Tribunal negant adimplere voluntatem, unde figurando cauſas recurrunt ad Superiores, & multoties mendacium Præſidis, prævalet veritati Auditorum, qui ut plurimum ſe odioſos faciunt, exercendo officium Auditorum, Fiſcalis, Capitanei Campaneæ, Magiſtri cameræ, Actuariorum, ac etiam ſubrogando Secretarium proprium in Secretarium Provinciæ. Ad ſummum nemini parent, ò utinam, & Superiores (dato caſu) ſingula intelligerent; quippè ſi certiorantur, aliquanda non credunt, ubi Tacitus in debilem, vim habere leges, in potentes mutas*, hæc *Cacacius*.
8 Intellige quod Præſes non poteſt injungere, mandatum Auditoribus, in caſu inobedientiæ, verum ſi inter Auditores oritetur aliqua altercatio in Tribunali, tunc poteſt Præſes ad ſcandala evitanda facere mandata pœnalia, & Auditores tenentur obedire, ſed ſtatim debet certiorare S. E. pro ut fuit practicatum in anno 1682. in Audientia Materæ, ubi Præſes illius Provinciæ, injunxit mandata domi duobus Auditoribus, ob crebras altercationes in Tribunali inter eos ortas, obtemperaverunt, & fuit per S.E. mediante reſcripto approbatum, taceo nomina.
9 Quemadmodum ſi Præſes in Provincia committeret aliquod grave delictum, poſſet ab Auditoribus eidem Præſidi injongi mandatum pœnale, & ille teneretur obedire; nam licet par in parem non habet imperium, tamen Præſes delinquendo efficitur minor, & privata Perſo-
10 na, *Abb.in cap.1.in fin.de raptor. Innoc.in cap. cum inferior de major.& obed. Cab.reſol.crim.caſ. 53.nu.5.* & dicit *gloſ.in d.cap.1.in verb. excommunicentur in fin.de raptor.* quam ſequitur *Gratian.diſcept.forenſ.cap.393.nu.3.* & tenent *Sanfel.dec.65.n.10. Merl.lib 1.c.69.num.15.* quod ſi Archiepiſcopus committat crimen in Parochia alterius Archiepiſcopi, poterit tunc iudicari ab illo Archiepiſcopo, quia delictum facit reputare delinquentem, uti perſona privata, & ob hanc rationé ità tenuerunt, *Clar.quaſt.35.n. 14. Tap.in Conſt. Magiſter Juſtitiarius n.21. Boe. decis.9. & Cabal.d.caſ.53.* dicit. quod ſi Delega-
11 tus delinquat in exercitio ſuæ delegationis, poteſt ab Ordinario loci cognoſci, non obſtante quòd quilibet Judex Delegatus ſit major quolibet Judice ordinario, *l.& ſi Prætor, ff.de off.eius cui mand. eſt juriſd.* nam ob delictum judicatur uti perſona privata, idem dicunt *Farin. qu.17.num.5. Maſtr.dec.188.nu.25. Canc.var.lib 2.c.12. num.137. Capib.lib.2.cap.21. num.8.* & *Sanfel. d.deciſ.65.* ob eandē rationem bis deciſum teſtatur, quod Curia Baronalis ſit compe-
12 tens contrà alium Baronem, delinquentem in ſuo

ſuo territorio, & Capiblanc. de Baron. pragm. 8.
num. 227. par. 1. & num. 228. tenet, quòd ſi Com-
miſſarius delinquat in terra Baronis extra offi-
cium, Baro ipſum cognoſcere, & caſtigare poſ-
13 ſit, & in Reg. adeſt prag 10. §. 42. de offic. Iud.
quòd ille Officialis, qui alitèr non poſſet co-
gnoſci à Regia Audientia; ſi tamen committat
aliquod grave delictum, quod meretur pœnam
ultra relegationem, poſſit quoque carcerari,
& d. prag. loquitur de Perceptoribus Provincia-
libus.
14 Tertiò prohibetnr Præſidi concedere licen-
tiam deferendi arma prohibita, Andr. in Con-
ſtit. Reg. Cappella. Luc. de Pen. in l. 1. C. ut armor. uſus,
lib. 11. Affl. ſuper Cōſt. Reg. rub. de illic. portat. arm.
n. 3. Rov. in rub. de arm. n. 4. quia concedere licen-
tiā deferendi arma prohibita, ad ſolū Principem
ſpectat; Redin. de majeſt. Princip. verb. non armis
ſolum p. 2. conſid. 13. num. 162. Farin. quaſt. 108.
num. 123. Rov. in prag. 4. de armis nu. 14. & 27.
ſed omnes Magiſtratus inferiores poſſunt con-
cedere licentiam deferendi enſem Decian. tract.
crim. lib. 8. cap. 3. num. 17. Farin. d. q. 108. num.
23. Rov. loc. cit. num. 26. Pro cauſa vero neceſſa-
15 ria, puta prò perſequutione Bannitorum, poteſt
Prſes talem licentiā concedere, prag. 7. & 10 de
arm. Io: Grand. de bell. Exul. ſpec. 14. num. 1. ubi
Thor. in add. Danz. de pug. DD. tom. 2. tit. de ar-
mat. per campan. cap. 8. n. 4.
16 Quartò non poteſt Præſes remittere pœnas
Delinquentibus; nam hoc ſpectat ad ſolum
Principem, & eſt actus ſupremæ juriſdictionis,
l. ad beſtias, ff. de pœn. §. plane. inſt. de jure nat. gent.
& civil. And. in cap. 1. quæ ſint regal. Mart. de
juriſd. par. 1. cap. 44.
17 Quintò non poteſt Præſes ſe ingerere in aug-
mento, vel diminutione gabellarum, abſque
ordine S.E. Ludov. concl. nu. de gabel. Danz. tom.
1. de offic. Præſid. cap. 1. num. 27. ſed an poſſit ſe
18 ingerere circa materiam annonæ, negat Rov.
in rub. de offic. Iuſt. num. 8. de qua materia di-
cemus in tit. de ſind. official. cap. 18. nec poteſt im-
ponere collectas, abſque ordine S.E. ut in Capit.
Reg. item quod Iuſtitiarii.
20 VI. Non poteſt Præſes facere commiſſio-
nes pro viſitandis tabernis, & fratribus juratis,
abſque expreſſo ordine S.E. prag. 10. §. 47. de off.
Iud.
21 VII. Non poteſt Præſes in Tribunali uti ſel-
lis eminētiorib. aliis Auditoribus, vulgo, cō duo
ſpallere, ſed debet tenere ſellam eo modo, & for-
ma, ut tenent cęteri Auditores, Rov. in rub. de
offic. Iuſt. num. 9.
22 VIII. Non poteſt Præſes, nec quilibet Offi-
cialis Reg. Audientiæ uti pro ſervitiis propriis
Militibus campaneæ, d. prag. 10. §. 29. de offic. Iud.
23 IX. Non poteſt Præſes pro perſequendis
Malefactoribus expendere peconiam Fiſci, ſine
Proregis licentia; namlicèt per Conſt. Reg. Iu-
ſtitiarii, ubi Affl. num. 2. videatur hoc Præſidi
permiſſum; tamen per inſtitutiones Regiæ Ca-
meræ hoc eſt ipſis prohibitum, ut dicit Danz. d.
cap. 1 n. 32. cum ſeqq.
24 X. Non poteſt Præſes ſolus, abſqoe Regia
Audientia inferre ictus funis, ut in apoſt. ad
prag. 10. §. 32. de offic. Iud. Rov. in d. rub. de offic.
Iuſt. nu. 2.
25. XI. Qnando Præſes exit per Provinciam pro
aliquo negotio, non poteſt ſecum ducere Fiſca-
lem, d. prag. 10. §. 31.
26 XII. Non debet Præſes vocare ſubditos pro-
vinciales à remotis partibus Provinciæ pro ju-
ſtitia miniſtranda, ut in Conſt. Iuſtitiarii non
per Kalendas, ubi Affl. col. 3. in 3. notab. Cap. Reg.
quod decretum, ubi Nig. num. 3. & 16. unde male
27 faciunt Præſides, & Auditores, qui pro qualibet
levi cauſa, & qoandoque pro cauſa civili, pro
complacendo Amicis vocant cum literis Re-
giis ſubditos provinciales, quòd fieri non poteſt
ex prædictis.
28 XIII. Non poteſt Præſes banna emanare,
abſque conſilio Reg. Audientiæ, & in cauſa
belli, abſq; conſilio Auditoris cōſultoris, d. prag.
10. §. 32. de off. Iud. nec Gubernator poteſt bāna
29 emanare, abſque conſilio Iudicis, aliàs acta ſunt
nulla, Paris de ſind. verb. Aſſeſſor num. 26. Thor.
in comp. deciſ. par. 1. verb. barattaria; & qoòd
30 plus eſt, nec etiam Regni Prorex, circà ſpectā-
tia ad juſtitiam, poteſt ſolus providere, abſ-
qoe voto Collateralis Conſilii; benè tamen
circà ſpectantia ad Regni gubernium, ſolus
providere poteſt abſque voto Collatera-
lis Conſilii, Taſſon. de antef. verſ. 3. obſer. 1. num.
1. Pon. de pot. Proreg. tit. de deleg. cauſ. n. 16. Rocc.
in tract. de offic. tit. de officio Proreg. Neap. rub. 8.
num. 195.
31 XIV. Non poteſt Præſes, durante officio,
contrahere matrimonium pro ſe, vel pro filio
in Provincia, abſque licentia S. E. pręſertim ſi
accipiat in dotem bona ſtabilia exiſtentia in
Provincia: & ſi ſecus fecerit, arbitrariè punitur;
l. 1. C. de Rector. provincial. & in Reg. adeſt Conſt.
Iuſtitiarii per Provincias, ubi Affl. nu. 4. nec de
32 jur. Reg. poteſt contrahere vinculum compa-
tris in Provincia cum aliquo ſubdito, abſ-
que ordine S.E. quod prohibetur cuilibet Offi-
ciali loci, prag. 8. de Officialibus: & licèt Danz.
de pug. DD. tit. de Official. in genere tom. 1. cap. 8.
num. 22. dicat d. prag. non eſſe in uſu, adducen-
do diverſa exempla, tamen d. prag. non reperi-
tur abrogata, & eſt inſerta in volum. pragmati-
carum, & potuit evenire, quòd, vel in caſibus, à
Danz. enarratis adfuit licentia S. E. vel quòd
non fuit oppoſitum, & ſic multa tranſeunt,
abſque oppoſitione, & non quod fit, ſed quod
fieri debet, eſt attendendum, l. obſervare, ff. de of-
fic. Præſ. Frecc. de ſubfeu. lib. 1. n. 16.
33 XV. Præſes poſt aſſumptū officiū, non poteſt
recipere in familiares homines de illa Provincia,
ne iſtorum familiaritas in Provincia, pariat ei

contemptum, *Const. Reg. Iustitiarii*, ubi *Affl. nu.*
6. & in *Cap. Reg. remedia studiose*, & appellatiu-
ne familiæ, de uno iotelligitur, *l. 1. §. familia, ff.*
de vi, & vi arm.
34 XVI. Non potest Piæses ex sola crimiois
iuspitione confinare personas, nulla cognitio-
ne judiciali adhibita; quia hoc spectat solùm
ad Principem, in signum ejus supremæ auctori-
tatis, *Pent. de pot. Proreg. tit. de provis. fier. sol. nu.*
11. & 12. latè *Giurb. cons. 49. Mastr. de magistr.*
lib. 5. cap. 6. num. 218. Avendan. de mand. reg. lib.
2. capit. 7. nu. 13. benè tamen potest Præses, cum
35 voto Tribunalis cogere Subditos ad faciendã
pacem; nam hoc potest facere quilibet Iudex
pro quiete Reipublicæ, *Pentc Iceo cit. n. 5 vers.*
possunt, & potest cogere, ut quilibet Iudex
personas rixosas, & discolas ad præstan-
dam cautionem de quietè vivendo, ut publicæ
quieti consulatur, *Herenl. de cantion. de*
non offendend. cap. 22. in princ. Pirr. Maur. de
fideins. par. 1. sect. 2. cap. 5. in princip. Conciol.
res. crim. verb cantio de bene vivendo, resol. 1. &
36 ex officio, absque quærela potest cogere partes
ad præstandam cautionem de non offendendo
Clar. § fin. quæst. 47 num. 3. Franch. decis. 359. Fa-
rin. quæst. 107. num. 11. & 20. & non solùm pro
37 se, verum etiam pro Filiis, Descendentibus, &
Consanguineis, *Felin. in rub. de treg. & pac. nu.*
10. & 11. Cabal. cas. 149. Grat. dec. Mareb. 133. n.
5. Gnaz. de caut de non off. § 3. qu. 57. num. 9. Fa-
38 *rin. d. q. 107. num. 26.* ac prò Fratte Clerico, *San-*
fel. decis. 142. num. 12. & renitentes ad præstan-
39 dam talem cautionem de non offcodendo,
possunt compelli, vel per capturam personæ, &
pignorum, vel exilio, vel per privationem feu-
di, si persona recusans sit feudataria, *Clar. d.*
quæst. 47. num. 5. Farin. d. quæst. 107. num. 12. de
40 casibus verò, in quibus potest quis excusari ad
præstandam talem cautionem, vide *Farin. d.*
quæst. 107. à num. 31. cum seqq. Conciol. loc. sup. ci-
tando, resol. 4. & quãdo dicatur rupta, vide *Con-*
ciol. verb cautio de non offendendo, resol. 1. 2. 3. 5.
8. & 9. & verbo pax, resol. 1. usque ad resol. 15.
41 Potest similitèr Præses cum voto Tribunalis,
ad scandala evitanda alteri jubere, ne transeat
ante domum talis, nam hoc est permissmum
cuilibet Judici, *DD. in l. quod jussit* auctoritate
glos. ibi ff. de re jud. Pon. dict. tit. de pot. Proreg. rub.
42 *de provis. fier. sol. nu. 13.* & eodem modo ex justa
causa, puta rixæ, duelli, vel scandali evitandi,
potest Præses cum Tribunali injungere manda-
ta, sub gravi pœna pecuniaria, attenta quali-
tate delicti, & causæ, *Sanfel. decis. 142.* & de mo-
do incosandi dicta mandata, dicemus in *tit. de*
privato carcer. cap. 3.
43 XVII. Si in Provincia sit noviter constru-
ctum aliquod opus publicum, de quo Præses
curam habuit, non potest ipse Præses in dicto
opere apponere sua insignia, *tex.* est apertus in
l. 4 ff. de oper publ. ibi *nec Præsidis quidem nomen*
licebit superscribere, & ità expresse teoent *Cepol.*
de servit. urban. præd. cap. 71. nu. 10. Sanfel. decis.
283. num. 8. Prat. pract. obser. 49. a num. 8. cum
seqq.
44 Intellige, quòd eo casu non potest Præses in
dicto opere publico apponere sua insignia,
quoties vult apponere solùm propria insigaia,
& arma; si vero antea inscripsit arma Regis,
potest postea ejus arma inscribere, subtus arma
Regis, ut per *text. in l. si quis Iudice, C. de oper.*
publ. a contrario sensu, probat *Pen. de potestat.*
Proreg. tit. de diver. provis. num. 6. & 7. & ita te-
nent *Castal. tract. de Imper. quæst. 110. vers 100.*
Cassan. in Catalag. glor. mund. par. 1. consid. 16. &
passim observari in hac Civitate per plura
exempla, demonstrat *D. Constant.* Cõcivis meus
in *alleg. infer. per de Mar. tom. 3. alleg. 13. num. 4.*
quod post arma Regis fuerunt apposita insi-
gnia illorom, qui curam habuerunt operis pu-
blici, excepto si ille, qui habuit curam sit per-
sona vilis: nam tunc, quia hoc redundaret in
vilitatem, non posset iste talis apponere ejus
insignia in dicto opere publico, & ita procedit
decisio *de Franc 443.* ut eàm explicat dictus
Constan. loc. cit. num. 6. quia in casu dictæ *decis.*
fuit prohibitum apponere insignia in loco pu-
blico, ex quo ille, qui habuit curam perficien-
di dictum opus, erat quidam Io: Bapt. Longlus,
Minister fortificationis, persona vilis, similitèr
prohibetur ei, qui habuit curam operis publicĩ
apponere ejus insignia, quoties opus fuit ere-
ctum ex fidelium eleemosinis, *Sanfel. decis. 283.*
per totam: prohibetur tamen Præsidi arma ap-
posita mutare, delere, abradere, aut alia impo-
nere; quia ex eis dignitas, & ordo familiatum
conservatur *Lambertin. de jur. patron. lib. 3. q. 5.*
art. 4. num. 6 circa fin. Cassan. in Catalag. p. 1. con-
sid. 15. in fin. Seraph. dec. 652. nu. 2. Prat. d. observ.
49. a num. 16. cum seqq.
45 XVIII. Non potest Præses aperire rescripta
Proregis, quæ sunt directa Tribunali Regiæ
Audientiæ, sed tenetur aperire dicta rescripta
in Tribunali; ad hoc ut Auditores habeant no-
titiam de contentis in eis, & possint ordinata
exequi, *prag. 10. §. 17. de offic. Iud. prag. 7. §. 2. de*
off. Iust. excepto si rescripta Protegis essẽt directa
soli Præsidi, nam tunc possunt ab eo aperiri, &
non tenetur illorum tenorem communicare
Tribunali, sed ad sui libitum, *d. prag 7. §. 7. de*
off. Iust. & d. prag. 10. §. 39.
46 XIX. Non potest Præses, nec etiam cum
Regia Audieotia promittere indultum reve-
lanti crimen, quia hoc spectat ad solum Prin-
cipem, & ad Regni Protegem, & Officialibus
est prohibitum, *Merl. centr. lib. 1 cap. 33. Ma-*
str. decis. 282. & in anno 1674. dum in Civitate
Theatina in aporecha Pauli Patriarca fuisset
commissum furtum magoæ quaotitatis, Præses
illius Provinciæ, cum Regia Audientia promi-
serunt indultum revelanti dictum furtum, con-
tra quos Illostris Marchio de Astorga, tunc Re-
gni Protex scripsit, quòd oon auderent in fu-
tu-

turum simile iodultom promittere, sed quòd
pro illa vice tantòm, illud observarent.

47 XX. Præses, non potest, nec etiam cum Re-
gia Audientia in casibus suspensæ, vel seque-
stratæ jorisdictionis in Terris Barooalibus con-
stitoere Capitaneum, *Frecc. de subfend. in 29.*
aut Baron. Pon. de pot. Proreg. tit. de provis. ser.
fol. §. 1. num. 4. & adest *prag. 10. §. 15.* & lo *apost.*
48 *de offic. Jud.* quia hoc esset infundere jorisdi-
ctionem, quod soli Principi est concessum, *Azo-*
ved. lib. 2. tit. 5. lib. 3. recop. num. 4. Avend. cap. 4.
prat. num. 43. lib. 1. Tap. lib. 2. jur. Reg. fol. 126. &
est effectus supremæ poteutiæ, *cap. 1. quæ sint re-*
gal. Mart. de jurisd. par. 1. cap. 42. quia omnis ju-
49 risdictio fluit à Rege, tamquàm à funte, *Bald.*
in cap. 1. hic finitur lex Affl. in Const. Reg. statui-
mus num. 7. & 8. Prat. resp. crim. 7. num. 28. Staib.
resol. for. lib. 2. cap. 188. & ita fuit, mediante re-
scripto ordinatum iu anno 1675. per tuoc Reg.
Protegem Præsidi Provinciæ Theatæ, quod
amoveret qoendam ejus famulum, quem pro
Gubernatore Civitatis S. Angeli posuerat, &
simile rescriptum refert *Capibl. de Baron. tom. 2.*
cap. 26. nu. 4. & 5. & per *prag. 10. § 15. de off. Iud.*
est statutum, ut in casu mortis Gubernatoris
axerceat Iudex officium Gubernatoris, & in
casu mortis Iudicis, Gobernator sibi eligat Cō-
sultorem.

50 XXI. Præses, & Regiæ Audieotiæ non ha-
bent potestatem visitaudi debitores inopes, nec
51 ipsis possiuot coocedere dilationem ad solveo-
dom, excepta Regia Audieotia Calabriæ citra,
quæ habet potestatem visitaudi carceratos pro
ducatis quiudecim infra *Rov. in prag. 3. de visit.*
carcer. nu. 8. & quaudoque similis potestas con-
ceditur per Proteges eisdem Regiis Audieotiis:
pro ut fuisse coucessam Regiis Audientiis Ca-
labriæ, Idrunti, Basilicatæ, Principatus citra,
& vltra, visitaudi Debitores carceratos à du-
catis qoinquaginta iufra, refert *Capibl. de Ba-*
ron. tom. 2. cap. 42. num. 11. vers. Superiores: oam
aliàs absque tali concessioue cessat talis fa-
coltas; quia concedere dilationem debitoribus
53 ad solveudum, solum spectat ad Principem, &
ad Supremos Magistratus *Menoch. cons. 244.*
num. 15. & cas. 337. num. 16. Rov. d. prag 3. nu. 8.
Giurb. cons. 76. num. 5. & 17. sed benè Reg. Au-
dientiæ sunt competentes cognoscendi, juris
54 ordioe servato de causis super quioquennali
dilatione, vel cessiunis bonorum, quòd cæteris
Coriis inferioribus est denegatum, *Viv. decis.*
38. *Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 42. à num. 16* nec
refragatur doctrioa, *Rov. in prag. 3. de visitat. nu.*
8 qui dicit, quòd Regiæ Audientiæ oon pos-
suut coocedere dilatiouem debitoribus ad sol-
vendum, siquidem loquitur iu dilatiooibus, ex
gratia ad solvendum, quæ per solum Principem
concedi possiuut, uon verò quod io Regiis Au-
dieutiis non possint tractari causæ dilationum
quioquennalium de justitia. In quibus verò casi-
bus debitores ooo possint visitari, vide *Rov. in*
de prag. 3. per totum.

55 XXII. Præses, & Reg. Audientiæ oon pos-
suot coucordare carceratos pro servitio Regia-
rum Triremium, absque expresso ordioe S. E.
prag. 10. §. 11. de off. Ind.

56 XXIII. Præses, & Reg. Audientiæ ooo ha-
beot potestatem iusufflandi spiritum vitæ in-
stautiæ peremptæ, sed solùm tale privilegium
habent Regiæ Audientiæ Idruoti, & Barii, *Rov.*
in rub. de instit. caus. a num. 18. Capibl. de Baron.
prag. 8 par. 1. num. 264. & ratio est, quia in istis
58 Audientiis, præfuit Rex Alfonsus II. ut testatur
Tap. lib. 2. Iur. Regn. rub. de off. S. C. num. 40. &
ob hanc rationem retinent titulum Sacræ, &
priuseraot uuite, *Mele ad Gizzarel. decis. 24.*
num. 35.

59 XXIV. Nec Præses, nec Auditores possunt
petere, uec impetrare officia à Barooibus pro
quacumque persona, *prag. 7. §. 4. de offic. Ind.*

60 XXV. Nec Præses, nec Auditores possuut fa-
cere literas hortatoriales Officialib. Ecclesiasti-
cis exercentibus jurisdictiouem contra laicos;
sed debent de omnibus facere relatiooem S. E.
prag. 3. in marg. de jurisd. inv. non turb.

61 Sed an, & quando valeant Præses, & Audito-
res delicta componere? dicemus inf. iu *tit. de fo-*
rind. cap. 53. à num. 145. usque ad n. 154.

62 Illud tameu est verum, quod Præses, & Audi-
tores possuot examinare Doctores, quoàd offi-
cia baronalla, cum ioservento Advocati Fisca-
lis, qui tali casu habet votum, *prag. 24. de Offi-*
cial. & his quaois prohib.

SUMMARIUM.

1 *Regia Andientia cognoscunt de crimine læsæ Majestatis.*

2 *Cognoscunt de omnibus causis, de quibus M. C. cognoscit ex praeminentia.*

3 *Reg. Andientia est Tribunal Superior omnium Curiarum Provincialium.*

4 *Dicitur Caput, fons, & Domina aliarum Curiarum Provincialium.*

5 *Habet jurisdictionem ordinariam in tota Provincia.*

6 *Semper Reg. Andientia dicitur Iudex competens, si de exceptione non doceatur, & num 7. 9. & 11.*

8 *Remissio causarum non fit per Superiores, nisi carcerato Reo.*

10 *Exercitium, & ars est quid accidentale.*

12 *Quilibet Iudex tàm ordinarius, quàm delegatus cognoscit, an sua sit jurisdictio.*

13 *Praxis Regiarum Andientiarum procedendi, quando quis pratendit esse exemptum ab ejus jurisdictione.*

14 *Vassalli non possunt pro primis causis extrahi à suis domiciliis.*

15 *Exemptio debet per allegantem probari, & num. 16.*

17 *Negativa exemptionis eo ipso dicitur probata, cum de exemptione non constat.*

18 *Reg. Audientia excipiens, quod aliquis non sit exemptus à sua jurisdictione, nihil probare debet.*

19 *Reg. Aud. potest destinare Commissarium pro capiendis informationibus, etiam in Terris Baronalibus, & postea devernere super remissione.*

20 *Declaratur prag. 8. de citat.*

21 *Remissio non fit Baroni de causa gravi, ubi adest timor, ne justitia administretur.*

22 *Vel tali casu remittitur causa Baroni, qui eligat Judicem in Civitate.*

23 *Causa non remittitur Baroni, quando carceratus est innocens.*

24 *Disrobator viarum, & publicus latro non remittuntur ad Baronem de jur. Reg.*

25 *Publicus latro remittitur ad Baronem de jure communi.*

26 *Publicus latro, & viarum disrobator in quo differant? remissivè.*

27 *Pro crimine læsæ Majestatis non competit Baroni remissio, remissive.*

28 *Casus, in quibus Baronibus non competit remissio Vassallorum, remissivè.*

29 *Superior debet subvenire subditos oppressos.*

CAPUT X.

Regiæ Audientiæ qualem habeant jurisdictionem in Provinciis, & quòd sub ejus jurisdictione subiiciantur omnes Provinciales qualitèr procedat? demonstratur.

1 Tanta est Regiarum Audientiarum præminentia, ut cognoscere valeant, etiam de crimine læsæ Majestatis, *Const. Regni statuimus*, ubi *Affl. num. 2. Musc. de cogn. seu prob. del. tit. crim. les. Majest. hum. num. 12.* & de omnibus causis indistincte,

2 de quibus cognoscit M.C.V. ex præminentia, *Io: Grand. de bello exul. prad. de quantitate quast. 1. num. 13. in fin. Carav. rit. 58. nu. 8. & rit. 232. num. 5. Capiblanc. de Baron. prag. 8. par. 1. nu. 85. Pet. rit. 47. num. 15. vers. quique Thor. in C. ver. lud. casu 4. num. 3.*

3 Nàm Regia Audientia est Tribunal Superior omnium Curiarum Provincialium, *Capiblan. d. prag. 8. par. 2. num 64.* & dicitur Caput,

4 fons, & Domina aliarum Curiarum Provincialium *Thor. in add. ad Io. Grand. de bello exul. spec. 46. Musc. in prax. S. C. par. 5. glos. suspectorum num. 42.*

5 Et ex quo habet jurisdictionem ordinariam, & cognoscit de omnibus causis in tota Provincia ei subiecta; *Frecc. de subfeud. tit. de offic. mag. Iust. Danz. de pug. DD. tit. de potest. ad mod. bel. tom. 2. cap. 7. num. 25. Carav. rit. 53. Viv. decis. 401. Capibl. de Baron. lib. 2. cap. 58. num. 10. Sanfel. decis. 350. num. 13.* validè potest citare, tàm pro causa civili, quàm criminali, & capere personas existentes in Provincia, & qui dicit se exemptum ex particulari privilegio, *prag. 2. & 8. ubi de del. quis conv. possit*, vel ex quo sit exemptus à jurisdictione, vel alitèr privilegiatus, tenetur

7 personalitèr comparere, petere remissionem, & allegare privilegium, ex regula, *tex. in l. si quis ex aliena ff. de jud. l. 2. ff. si quis in jus voc. non jer.*

8 de quo extat in Reg. *rit. 205. & prag. 6. §. 25. de off. Iustit.* ut remissiones non possint peti, nisi Reo existente in fortiis, *Carav. d. rit. 205. num. 4. & rit. 269. num. 15. Viv. decis. 37. num. 10. Capib. de Baron. prag. 8. par. 2. num. 84. & seq.*

9 Quia Regia Audientia tamquàm Tribunal ordinarium, habet suam jurisdictionem fundatam, donec ostensum fuerit particulare privilegium derogans jurisdictioni Reg. Audientiæ, ut ad propositum considerat *Fran. decis. 88. nu.*

10 *1.* & cum nemo nascatur Miles, Doctor, Artifex, & simil. & exercitia sint accidentalia, tenetur ille, qui prætendit se exemptum, comparere, allegare, demonstrare privilegium, & proba-

11 re qualitates, quæ faciunt exemptionem coram suo Iudice ordinario, ex reg. *tex. in l. cum qui ff. de prob. de Mar. tom. 3. alleg. 94. num. 20. Sanfel. decis. 291. num. 20.* qui ambo inferunt, *alleg. Iulii Mastrill.*

12 Quod regulare est in quolibet Iudice, tàm ordinario, quàm delegato, ut ipse cognoscat, an sua sit jurisdictio, quoties aliquid opponitur contra illam, *DD. in l. prosceriptione, C. si con. jus, vel util. publ: Barb. in l. si quis ex aliena de jud. num. 112. & 212. Gail. pract. obser. lib. 1. conclus. 34. num. 1. Merl. contr. for. lib. 1. cap. 14. num. 3. & Mar. resol. quotid. lib 1. cap. 203. num. 16.* testatur de inconcussa pract. Tribunalium collegiatorum hujus Regni, quòd quoties citatus ab

13 eis prætendit se esse exemptum à jurisdictione citantis, conceditur ei terminus super petita remissione, sive allegata exemptione, compilatoque processu, cognoscunt Iudices, & Senatores, an ea, quæ citatus produxit, & probavit militent, vel ne, & sic judicant, idem dixit in *observ. ad decis. Rever. 556.*

14 Ac proinde, licèt per *prag. 2. ubi de del. quis conv. pos.* sit statutum, ut pro primis causis non possint Vassalli extrahi à proprio domicilio; tamen hoc intelligitur constito Regiæ Audiētiæ, eos esse tales, quales se asserunt, cum legiti-

15 mis documentis in processu probatis; nam qui dicit se exemptum ex aliqua qualitate, debet talem qualitatem exemptionis probare, *l. non*

16 *ignorat, C. de iis qui accus. non poss. l. Divus, ff. de mil. test. Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 10. num. 3. & seqq. de Mar. d. alleg. 94. num. 18. & 19. Sanfel. d. decis. 291. n. 20.*

17 In-

17 Interim verò, quòd Regia Audientia aliquē
citat, vel capit, non contravanit *d. Reg. Prag.*
qoia cum non habet pro exempto, nec sub aliena
jurisdictione; sed quia est io Provincia, habet intentionem fundatam jurisdictionis ordinariæ in omnes Subditos Proviociales, & qui se asserunt exemptos tenentur comparere, & probare qualitates, quæ ipsos faciunt exemptos,
18 & interim cum sit fundata jurisdictin Reg. Audiantiæ ipsa procedit, & cognoscit *Carav. rit.205.num.4. & 135. Muscat.in prax.S.C.glos. comparentes num.11. Fran.decis.189. de Mar. d. alleg.94.num.24.cum seqq. Capibl.de Baron.pra. 8.p.2.num.85. Campan.de forind.resol.5. n.3. & resol.19.n.3.*

19 Unde post *d.prag.2.* quæ fuit promulgata in anno 1468. fuit declaratum per Collaterale Consiliū in anoo 1595. quòd Reg. Audientiæ possunt destinare Commissarios ad capieodas informationes, etiam in Terris Baronalibus, pro delictis ibi patratia, & postea decernere super remissione, ut ex *apostilla ad pragmat.7. dict. titul. ubi de delict. quis conven. pos.* comque, non possit tractari de remissiooe causarum, nisi Reo io vinculis constituto, ut diximos io hoc *cap.n.8.* necessariò dicendum est, quod *d.pragm.* permisit Regiæ Audieotiæ carcerare Subditos Baronis; quo usque ei constet eos esse tales, quales se asserunt.

20 Nec supradictis obstat alia *prag. quæ est 8. de citat.* nam illa loquitur, ut non possior citari exteri, ibi *contro forastieri*; nos verò dicimus posse citari Subditos Provinciales, undè banc opinionem tenet *Capibl.de Baron.p.2.cap.49.à num.1.cum seqq.* sed noo per supra dicta media, tamen dicit ità fuisse ordinatum per Collaterale Cōsilium io contradictorio cum Barone, & aliud simile rescriptum Ducis de Arços, tunc Regni Protegis, citat *Campan. de forindicat. resol.5.n.3.*

21 Variæ enim possent esse causæ, quæ esseot impedimeoti remissiooi petitæ; puta quandō causa esset gravis, vel adesset timor, oe justitia integrè administretur, *Tap.tom.1. jur.reg.lib.2.tit. de offic.magistr.Justit.num.33.vers. recursum habuerunt, Pont.de potest. Proreg.tit.de elect. Official.§.1.num.19.& 24. Thor.in compen.decis.par. 1.verb.Vassallus Baronis, fol.508.in fin. & par.3. verb.remissio inquisiti, fol.87. Mastrill.decis.147.*
22 *num.32.33.& 34. Prat.pract.obser.cap.3.num.5.*
vel tali casu remittitur causa Baroni, qui eligat Iudicem in Civitate, & procedat cum ioterventu Regii Fisci, *Tap.Thor.& Prat.in locis supra citatis.*

23 Similitèr nō remittitur causa Baroni, si carceratus esset innocens, *Sanfel.decis.64.nu.4. Rov. in prag.1 ubi de del.num.41.* vel esset delictum,
24 pro quo noo competeret remissio, puta si ioquisitus esset disrobator stratarum publicarum, vel publicus latro, quod cavetur de jure Regni, per *prag.5.ubi de del.quis conv.deb.*

25 Sed publici latrones de jure communi remittūtur ad Barnoes, *Clar.quæst.38.nu.15. Boss. de furt.num.18. Covar.var.lib.2.cap. 20. nu.15. & pract.qq.cap.11.num.9. Mastril.decis.147.n. 6.* ubi dicit hanc opinioem esse de jure veriorem; licèt ipse nullam differentiam faciat inter
26 publicos latroes, & viarum disrobatores, quī differuot ioterse, ut latè dicemus, *tit.9. cap.3. num.92. cum seqq.*

27 Sic in crimine læsæ Majestatis non competit Baroni remissio, ut dicemus *tit.5.in rub.*

28 Alius casus, in qoibus noo competit Baronibus remissio Vassallorum, videas apud *Borrell.in add.ad Bellug.in spec.Princip.rub.11.§.ex quo,* qui enumerat 130. casus, & apud *Mastrill. decis.147.& de magistr.lib.4.cap.16.à n.215.*

Ac proinde fatendum necessario est, quòd Regiæ Audientię possunt cognoscere omoes Subditos proviociales, & qui dicunt se exemptos, tenentur personalitèr comparere, & petere remissiones.

Quod etiam redundat in beneficium Subditorum, qui si à Potentibus opprimantur, possunt defendi à Regiis Audieotiis, ubi possunt se di-
29 rigere, ut subleventur ab oppressiooibus, quòd proprium est Superiorum succurrere Subditis, *l.si quis in hoc genus in fin. C. de Episc. & Cler. Covar. pract.quæst.cap.10. Farin.quæst.97. cas.4.* quòd noo potuissent obtinere si potestas Regiarum Audientiarum non se extenderet in carcerando, & citando quoscumque Subditos provinciales.

S U M M A R I U M.

1 *Regiæ Audientiæ cognoscunt de omnibus causis, de quibus M.C. procedit ex præeminentia.*
2 *Quid importet cognoscere de aliqua causa ex præminentia?*
3 *Prærogativæ M.C à quibus DD. recensentur, ennumerantur 14. preæminentiæ, num.4. quæ recesserunt ab Aulu, & quæ hodie vigent? num.7. & 23. recensentur aliæ, n.24.*
5 *Tribunal Regiæ Audientiæ cognoscit de clericatu pro sui instructione.*
6 *Curiæ baronales, vel demaniales non possunt cognoscere de clericatu.*
8 *M.C.& Reg. Audientiæ non possunt cognoscere de causis feudalibus, sed solum S.R.C.*
9 *Reg. Audientiæ Idrunti potest ex privilegio cognoscere de causis feudalibus.*
10 *Feudales causæ, in quibus adest interesse Fisci remittuntur ad Reg.Cameram.*
11 *Articulus, an res sit feudalis per S.C. remittitur decidendus ad Reg.Cameram.*
12 *Qualibet Curia cognoscit de causis liquidationis instrumenti.*
13 *Appellationes gradatim interponuntur ad Iudices secūdarum causarum, ad Regias Audientias, ad M.C.V.& ad S.R.C.*
14 *Barones in Regno habent quatuor literas arbitra-*

trarias,& possunt componere,& permutare pœnas.

15 *Pœna talionis hodiè non est in usu, & pœna Calumniatorum recensentur.*

16 *Curia qualibet cognoscit de excomunicationi,ad finem repellendi agentem à judicio.*

17 *Qualibet Curia in Regno cognoscit de delictis clandestinis.*

18 *Similiter cognoscit de apochis banchalibus.*

19 *Vassalli conventi pro apochis banchalibus, non possunt petere remissiones, nisi prius recognitis apochis.*

20 *Persona miserabiles habent privilegium eligendi,& variandi forum.*

21 *De Jure Regni tenentur prestare juramentum per horrescentia.*

22 *Possunt variare,& revariare usque ad tres vices.*

23 *Tribunalia Collegiata tantùm possunt condemnare ad mortem,de Jure Regni eum indiciis indubitatis.*

26 *Appellatio à decretis sindicatorum interponitur ex praeminentia,ad Reg. Audientias, vel ad M.C.non verò ad Curias demaniales,vel Baronales.*

27 *Regia Audientia, quando, & in quibus delictis possint procedere ad modum belli?*

28 *Reg. Audientia non tenentur obedire provisionibus M. C. quando procedunt ad modum belli.*

29 *Procedere ad torturam ex processu informativo, & procedere ad modum belli, in quo differunt?*

30 *Praeminentia M.C. torquendi ex processu informativo cessat post illatam torturam.*

31 *Regia Audientia possunt concedere guidatica.*

32 *M.C.non potest concedere guidatica.*

33 *Regia Audientia ex praeminentia cognoscunt de indulto,quod denegatur Curiis inferioribus.*

34 *Non remittunt ad Baronos inquisitos de receptatione Bannitorum.*

35 *De crimine lenocinii omnes Curia cognoscunt.*

CAPUT XI.

Quæ nam sint causæ, de quibus Regiæ Audientiæ possint cognoscere ex præeminentia?

1 Supra hoc *eod.tit.cap.1. num* 9. & *cap.10. nu.2.* diximus, quòd Regiæ Audientiæ cognoscunt de omnibus illis causis,de quibus M.C.V.cognoscit ex præeminentia,in quibus nulla alia Curia in-

2 ferior cognoscere potest:nam hoc importat cognoscere de causa ex præeminentia, quod scilicet alia Curia cognoscere de tali causa non

3 possit *Carav.rit.47. num.1.* opere pretium est recensere omnes causas,de quibus ex privilegio Serenissimorum retro Regum hujus Regni dicta M.C.cognoscere possit ex præeminentia, & quæ sunt hodie in viridi observantia;talesque præeminentiæ sparsim enumerantur,partim ab *Affl.in Const.Reg.statuimus de off.mag. Just.nu. 2. in Constit.M.C.nostra num.2.* & *in Const.Magister Justitiarius in princip.* partim à *Frscc. de subfeud.lib.1.tit.de off.Mag.Just.* de multis meminit *Carav.rit.47.49.52.54.61.& 130.*& de aliquibus mentionem faciunt,*Capibl.de Baron. prag.8.p.1.* & *de Marin.resol. quotid. lib.1.cap. 338.num.4.* ex quorum DD. dictis colliguntur

4 quatuordecim præeminentiæ dictæ M. C. V. Primo cognoscere de feudis quaternatis, II. de liquidatione Instrumentorum,III.de causis appellationum, IV. de pœnis fiscalibus,V.de pœna talionis, VI.de excomunicatione, non uti excomunicatione, sed ad finem repellendi excomunicatum à judicio, ut infrà, VII. de homicidiis clandestinis, VIII. de apochis Bancalibus,IX.de causis miserabilium personarum, X.de delictis Officialium, XI.de privato carcere, XII. de guerramora, XIII. de tortura ex processu informativo,& XIV.non remittere citatos super apocha Banchali,nisi facta recognitione, quibus adde aliam,videlicet cognoscere de clericatu ex *ritu 65.& 235.*quam cognitio-

5 nem solummodo facit idem Tribunal pro sui instructione, ad dignoscendum, an reus fuerit Clericus,vel ne;ad hoc statim,ac Clericum esse cognoverit, absque ulla mora interposita, eundem Clericum suo competenti Iudici Ecclesiastico consignet *Franch. decis.189. Sanfel. decis.7.num.15.& decis.10.num.6. Marin.resol. quotid.lib.1.cap.203. nu.16. in fin Petr.super dictis ritib.65 & 235.* Sed contra prædictos ritus scripserunt infrascripti *DD. Gram. decis.29. & 61.& cons.1.post decis.idem Franch.d.decis.189. & decis.329.num.4.& 9 idem Marin.resol. quotid.tom.3.allg.124.num.15.& seqq. Merl.contr. forens.lib.1.cap.40.num.8.Rovit.decis.44.num.1. Sperell dec.for.Eccles.17.num.10.cum.seqq.* aliique adducti per *de Luc.in tract. de ser. comper. tom.3.discep.64.num.2.* Verùm quod etiam de jure canonico possit Judex Secularis summariè se informare de clericatu ad finem remittendi, tenuerunt *Archidiac. in cap. frequens 60. dist. Ant.de Butr.in cap.tuam de ord.cognit. Nigr.in extravag.Clemen.7.glos.privil.n.287.*

6 Hanc tamen cognitionem non possunt habere Curiæ inferiores, ut ex ordinibus qui passim expediuntur per Collateralc Consilium;nõ obstantibus iis, quæ scripsit *Orland. Franeus in allegat.inserta per de Marin. resol.forens. tom.3 allegat.38.* quod scilicet in Regno etiam Curiæ Baronales possint cognoscere de clericatu,quia contrarium est verum,& observatur in Praxi.

7 Ex

7 Ex supradictis præeminentiis, aliquæ recesserunt ab Aula, & aliquæ non possunt amplius vocari præeminentiæ, quia de dictis causis cognoscunt aliæ Curiæ inferiores. Itaque hodie ex prædictis paucæ præeminentiæ remanent in suo robore, & sigillatim singulas discutiendo.

8 Primò de causis feodalibus non possunt amplius cognoscere, nec Regiæ Audientiæ, nec M. C. V. sed de illis est Iudex competens S.C. *prag 3. de assic. S. C.* Invenio tamen Regiam Audientiam Idruntiex privilegio posse cognoscere de causis feudalibus, de quo privilegio mentionem faciunt *Frecc. lib. 3. de subfeud. tit. de differ. int. feud. quatern. & de tabu. num. 8. differ. 4. Carav. rit. 50 num. 6. Muscat. in prax. S.C. lib. 1. par. 1. gloss. campetens num. 96. & lib. 2. par. 1. glos. tenebitur num. 14. Ravit. in pragm. 9. de feud. num. 47.*

10 Quintimo si in causa feudali vertente in S.C. adest interesse Regii Fisci, talis causa remittitur ad Regiam Cameram, *Peregr. de iure Fisci lib. 7. num. 1. Carlev. de iud. num. 703. Galeat. con-*

11 *trov. 24. lib. 1.* & sin dicto S. C. oritur dubium, an res ibi litigiosa sit feudalis, vel nè, remittitur articulus decidendus ad Regiam Cameram, & eo deciso, S.C. procedit ad ulteriora, *Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 146. n. 4.*

12 II. De causis liquidationum Instrumentorum, non solùm cognoscit hodie M.C.V. sed omnes Curiæ tàm demaniales, quàm baronales, *Frecc. d. tit. de assic. mag. Iust. num. 40. Paris de Put. de sindic. verb. instrumentum cap. 1. Tap. rit. 166. glos. 1. rub. Item quod si debitores vers. adde, & num. 6. lib. 3. Iur. Regni rub. 45. Rov. in prag. 1. de off. Bajul. sub num 33. Sanfel. decis. 350. nu. 5. Carlev. de iud. tam. 2. disput. iur. lib. 1. tit. 3. disp. 13. num. 20* & adest *prag. 6. §. 14. de offic. Iullit.* quæ loquitur de Regiis Audientiis, & sic hodie non est prærogativa M.C.V.

13 III. Causæ appellationum hodie non deferuntur solùm M.C.V. & sic non est præeminentia, sed appellationes gradatim interponuntur à Curiis baronalibus, ad Iudices secundarū causarum, *Carav. rit. 51. num. 1. Pet. d. rit. num. 3.* à quorum sententiis appellatur ad Regias Audientias, *prag. 7. de off. S.R.C.* & ab eis ad M.C.V, & denique ad S.C. *Muscatel. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. glos. in forma n. 111.*

14 IV. De pœnis fiscalibus hodie non solùm cognoscit dicta M.C. sed omnes Barones, qui ob quatuor literas arbitrarias, quas habent, possunt pœnas componere, permutare, & sibi applicare, *Carav. rit. 47. num. 8. Franc. dec. 170. Sanfel. decis. 348. num. 19. & 37. Rov. in rub. de abolitie. num 11.*

15 V. Pœna talionis hodie recessit ab Aula, & amplius non est in usu, nec in M.C.V. nec in aliis Curiis, *Farin. quæst. 16. num. 3. Barrell. de magistr. lib. 2. cap. 8. num. 255. cum seqq. Duen. reg. 27. Tasson. de antefat. vers. 11.* & sic hodie non tenetur accusator ad similitudinem simplicil, si crimen oppositum non probavit, quemadmodum tenebatur, quando pœna talionis erat in usu; sed solum si accusator, vel quærelans vult in judicio audiri, & facere partem, tenetur comparere, & potest per quærelantem adstriogi ad præstandum cautionem de expensis, *l. 3. C. de his qui accus. l. 2. C. de exib. Bertaz. consil. crim. 114. num. 4. Maran. in spec. par. 6. & ult. par. princip. sub num. 12.* Verum si accusator falsa crimina scientèr contra aliquem deducit, dicitur verus calumniator, & etiam hodie uti calumniator punitur, pro ut in exemplis relatis à *Jovi. lib. 6. histor. a Clar. §. fin. quæst. 81. ad fin. vers. scias tamen a Boss. in tit. de fals. nu. 171. vers. quod volui à Cabal. res. crimin. cas. 166. a Sanfel. decis. 374. à Thor. in camp. decis. verb. accusans, fol. 17.* ubi etiam adducit alium casum relatum à *Parid. de Put.* & dicit *Caren. de assic. S. inquis. par. 3. tit. 1. num. 7. & seq.* posse dari casum, in quo verus calumniator puniatur pœna mortis. Sed præsumptus calumniator, idest ille, qui vera crimina contra aliquem in judicio deducit, quæ non possunt constare ex defectu probationum, condemnatur solùm ad damna, expensas, & interesse, *Boss. de pravaricat. num. 8. Cabal. resol. crim. cas. 205. Far. quæst. 16. num. 13 Sanfel. decis. 54 num. 9. Thes. quæst. forens. lib. 1. quæst. 45. nu. 5.* à qua expensarum condemnatione liberatur, quoties habuit justā causam litigandi, vel subministravit contra Reum indicia ad torturam, *Bertaz. consil. 212. Carav. rit. 297. num. 4. Sanfel. d. decis. 54. a nu. 10. cum seqq. Thor. in suppl. verb. accusator, sive denunciator Canciol. verb. accusatio à num. 5. cum seqq.* qui plures adducit.

16 VI. M.C. non potest cognoscere de excommunicatione, sed solùm repellit excommunicatum ab agendo, *Carav. rit. 61. num. 1.* quod cavetur de jure canonico in *c. dilecti filii, & cap. exceptionem de except.* & hoc modo ad finem repellendi agentem à judicio, non solùm M. C. V. sed omnia alia Tribunalia laicalia possunt de hoc incidentèr cognoscere *Pet. d. rit. 61. num. 1. de Marin. tam 3. in fine fol. 990. vers. dum esset opposita*, qui adducit decretum S.C. collectum à *Io. Ang. Pisanel.*

17 VII. De delictis clandestinis hodie omnes Curiæ Regni cognoscunt, nec unquàm legimus M.C. ad se avocasse causam, sub prætexto, quod homicidium erat clandestinum.

18 VIII. De apocis banchalibus cognoscunt hodie, tàm Curiæ demaniales, quàm Baronales *Capibl. de Baron. prag 8. parte septima n. 87.*

19 Et licet conventis Vassallis Baronum in M.C.V. denegetur remissio Baronibus, nisi recognitis prius apochis, & facto deposito per debitorē, vel eo in vinculis constituto *Franc. decis. 590. num. 3. Ravit. in prag. 63. num. 39. cum seqq. usque ad 51 de offic Procur. Cæsar.* & hoc spectar ad 14. præminentiam, supra recensitam, *hac capite num. 4.* tamen hæc prærogativa est concessa apochis banchalibus; nō verò M.C.V. quia

quia si cognitio dictatum apocharum bancha-
lium spectaret solùm ad dictam M. C. V: non
possent aliæ Curiæ de illis cognoscere, & ta-
men contrarium practicatur.

20 IX. Privilegium elargitum personis misera-
bilibus eligendi, & variandi forum, & ad earũ
libitum eligendi in forum M. C. non est præro-
gativa concessa dictæ M. C. ut advertit *Affl. in
Const. Reg. Statuimus num* 13. *in fin.* sed est pri-
vilegiom elargitum dictis personis miserabili-
bus à jure communi in *l. unica, C. quand. Imp. in*
21 *ter Pupil. & Vid.* & in hoc solum variat *d. Const.
Statuimus à d. l. un.* quia per dictam Constito-
tionem requiritur, quod persona miserabilis
præstet juramentum perhorrescentiæ, quod nõ
requirit *d. l. un.* ut advertunt *Merl. centr. for.* 89.
num. 7. *lib.* 1. *Camp. de forind cap.* 14. *num.* 1. cæ-
terum persona privilegiata potest variare, &
22 revariare forum M. C. V. & eligere in forum
Tribunal suæ originis, & in praxi admittitur
tèr variatio, & non ultra *Caravit. rit.* 233. *a n.* 9.
Sanfel. dec. 278. *Neva. de elect. for.* 30. *num.* 10. &
sic non est præeminentia dictæ M.C.V.

23 Itaq; ex omnibus præeminentiis *d. num.* 4.
per nos enarratis, hodie remansæ sunt quinque
videlicet; Primò cognoscere de delictis Offi-
cialium; Secundò inferre torturam ex processu
informativo; Tertiò cognoscere de privato car-
cere; Quartò cognoscere de guerra mota; &
Quintò cognoscere de clericatu modo quo su-
pra, de quibus præeminẽtiis infra sigillatim di-
cemus ordine titulorum, pro majori claritate.

24 Sed ego alias addo præeminentias, quæ ho-
die sunt in viridi observantia, quarum aliquæ
sunt elargitæ, tàm Tribunali M.C.V. quàm Re-
giis Audientiis, aliquæ verò solùm Regiis Au-
dientiis, de quibus nec eadem M. C. cognosce-
re potest.

25 Primò condemnare Reos ad mortem ex indi-
tiis indubitatis, talis præeminentia concessa
est solum Tribunalibus collegiatis, & sic æque
M. C. & Regiis Audientiis, privativè quoàd
alias Curias demaniales, & baronales *prag.* 12.
de offic. jud. de quo latè dicemus in *tit. de con-
demnatis ex inditiis indubitatis.*

26 Secundò causæ appellationum à decretis
Sindicatorum deferuntur ad Regias Audien-
tias viciniores, vel ad M.C.V. non verò ad Ju-
dices secundarum causarum, vel ad Curias de-
maniales, *Caravit. tit.* 295. *num.* 23. *Rov. in prag.*
1. *de sind. Official. num.* 48. de quo latè dicemus
in *tit. de sind. Official.* & sic est præeminentia
Reg. Audientiarũ, & M.C.V. cognoscere de di-
ctis appellationibus, privativè quoàd alias
Curias.

27 Tertiò Reg. Audientiæ procedunt ad modũ
belli in causis contra Exules, in delictis viæ pu-
blicæ, & in raeaptis, virtute novissimæ *prag.* 30.
§. 21. *&* §. 29. *de Exul.* & in dictis casibus, non
est necesse obtinere potestatem à Reg. Prorege,
quia dicta potestas descendit à dicta *pragm.* si
vero Præsidibus Provincialibus cõceditur talis
potestas procedẽdi ad modũ belli à Reg. Prore-
ge, pro ut practicari dicũt *Pont. de potest. Prorег.
tit.* 5. *de provis. fier. fol.* §. 4. *n.* 1. *Rovit. in rub. de off.
jud. nu.* 2. *Thor. in add. ad Jo. Grand. de bel. Exul.
prad. agere sub num.* 2. *vers. & ita cernitur, & in
C. rer. jud. cap.* 18. *num.* 10. *&* 11. & tunc pro-
cedunt dicto modo in omnibus casibus, enu-
meratis in *prag.* 10. §. 48. *de off. jud.* & sic talis
præeminentia competit privativè Regiis Au-
dientiis, quoàd alias Curias, etiam ad M. C.
cujus provisionibus non tenetur obedire, quã-
do tali modo procedit *Rov. d. num.* 2. & dicemus
hoc tit. c. 14. *num.* 2. & licèt M.C. habeat præe-
minentiam procedendi ad torturam ex proces-
su informativo; tamen diverso modo procedi-
29 tur, quando M.C. in aliqua causa infert tortu-
ram ex processu informativo, & quando per
Regias Audientias proceditur ad modum bel-
li; nam in primo casu illata tortura ex processu
30 informativo, cessat præeminentia M. C. V. &
in causa proceditur ordinariè, sed quando
proceditur ad modum belli, semper proceditur
extraordinario modo ad ulteriora, sive reus ne-
gaverit, sive fuerit confessus *Nig. in cap. Reg. si
cum Sceleratis in fin. Scagl. alleg.* 1. *num.* 8. & de
hoc latè dicemus in *tit. de mod. proced. ad mod.
belli* ad ibi tradita te remitto.

31 Quartò Regiæ Audientię possunt concede-
re guidatica *prag.* 3. *de guid. prag.* 10. §. 71. *de
32 off. jud.* à contrario sensu, quod est prohibitum
eidem M.C.V. *prag.* 3. *de guid.* & sic talis pote-
stas competit ex præeminẽtia dictis Reg. Aud.
de quo vide per nos exarata in *tit. de guidat.*

33 Quintò Regię Audientię cognoscunt ex
pręeminentia de indultis, quod cæteris Cu-
riis demanialibus, & baronalibus est prohibi-
tum, *Caravit. super pragm. de exul. num.* 40. *Ma-
str. de indul. cap.* 45. *nu.* 2. *Capibl. de Baron. prag.* 6.
num. 149. de quo dicemus in *tit. de indul.* ibi te
remitto.

34 Septimò Regiæ Audientiæ cognoscont, pri-
vativè quoàd alias Curias de causis recepta-
torum Bannitorum, quas non remittunt ad
Curias baronales, *Franch. dec.* 470. *Rov. in prag.*
1. *de recept. deli. nu.* 14. *&* *prag.* 2. *ubi de del. n.* 13.
& ita unitis Tribunalibus S.R.C. & Collateralis
Consilii, decisum refert *Sanfel. decis.* 63. *num.* 8.
de quo latè dicemus in *tit. de recept. Bannit.*

35 Scio etiam adesse *prag.* 1. *sub tit. de lenocin.* per
quam videtur concessa facultas soli M.C.V. co-
gnoscendi de crimine lenocinii, verum quòd
etiam attenta *d. pragm.* omnes Curiæ, etiam Ba-
ronales possint de tali crimine cognoscere, te-
net *Capibl. de Baron. tom.* 2. *cap.* 29. *num.* 2. ideo
cognitionem talis delicti non pono pro præ-
rogativa.

S U M M A R I U M.

1 *Causæ principales non possunt expediri per Au-*

di-

ditoret domi, sed in Tribunali.

2 *Acta ordinatoria, & provisiones ordinaria possunt expediri domi.*

3 *Auditores, tempore quo commeantur per Provinciam, debent incumbere negotio commisso, sed in aliis causis possunt expedire decreta provisionalia, & n. 4.*

5 *Causa in Regia Audientia non possunt decidi, absque interventu duorum Auditorum. Explicatur doctrina Carav. n. 6. 9. 10. & 11. & quid si adsit consensus Partium in civilibus, & Fisci in criminalibus? n. 12.*

7 *Duo Auditores non possunt simul exire per Provinciam, licèt habeant licentiam S. E. & de ratione.*

8 *Decretum torturę non potest fieri in Reg. Audientia, nisi saltem a duobus Auditoribus.*

13 *Vota Auditorum in decisionibus causarum criminalium, an debeant inclinare ad aquitatem, vel ad rigorem?*

14 *Causa in Reg. Audientia ab Auditoribus, quo ordine decidantur?*

15 *Liber votorum in Trib. Regia Audientia conservatur ab Auditore juniore.*

16 *Pœna mitior exequenda est inter plures, à diversis Judicibus indictas.*

17 *Majori summa minor inest.*

18 *Sententia trium Judicum diversa super eodem facto non valent.*

19 *Sententia mortis non est exequenda, nisi accedant vota majoris partis votantium.*

20 *Paritas inter Auditores quomodo decidatur? & num. 21. & 23. quomodo decidatur in M.C. nu. 24. est evitanda n. 25.*

22 *Fiscalis decidit paritatem inter Auditores in causis civilibus.*

26 *Lites non debent esse immortales.*

27 *Audientia Regia qualibet mense tenentur mittere listam S. E. carceratorum.*

28 *Debent visitare qualibet die Sabati carceratos Gubernatoris loci.*

29 *Visitatio carceratorum in M.C.V quando, à quibus, & ad quem finem fiat?*

30 *Pœna perpetui carceris, non imponitur de jure civili, nisi servis, non autem hominibus liberis, contrarium de Jure Reg. n. 32.*

31 *Carcer datur ad custodiam, non ad pœnam.*

33 *Pœna perpetui carceris dicitur capitalis, & est loco pœna deporeationis.*

34 *Carceratio minuit tempus condemnationis.*

35 *Carcer multa affert incommoda.*

36 *Carcer diutina prodest ante sententiam ad leniendam pœnam.*

CAPUT XII.

Causæ in Reg. Audientiis, ubi, quomodo, & cum quo Auditorum numero sint tractandę? & de votorum paritate.

1 EXpeditio causæ principalis, non potest ab Auditore Cōmissario domi tractari, sed omnes causæ sunt expediendæ in Tribunali, & in Rota ipsius Regiæ Audientiæ, §. *sedebunt, Anth. de Judic. cap fin. de re jud. in 6. Mara. p. 6. rub. & demum profert. sententia, num. 48. & in Reg.* adest *prag. 6. §. 23. de Offic. Jud.* quæ *prag.* licèt loquatur etiam de actis, quòd debeant expediri in Tribunali; tamèn intelligitur, quoties inter Partes adest contradictio, & adest gravamen de eo, quòd fuit per Auditorem domi decretum, aliàs esset magnum inconveniens, si omnes provisiones ordinariæ, & omnia acta ordinatoria essent explenda in Tribunali in bancha Regiæ Audientiæ. Impediretur expeditio litium, & litigantes nimium defaticarentur, adest in puncto doctrina *Vivi. decis. 37. à num. 14. cum seqq.*
3 qui dicit, quòd licèt per *prag. 8. de Offic. Just.* in
antiquis sit statutum, quòd quando Auditores
commeantur per Provinciam, non possunt se
intromittere prò alio negotio, præterquam prò
4 commisso, & cavetur, quoque per *prag. 10. §. 28.*
de Offic. Jud. tamen intelligitur, quòd non possint causas expedire; non verò quòd non possint facere decreta provisionalia, & expedire citationes contra inquisitos.

5 Cui decisioni causarum ad minus debent intervenire duo Auditores; nam licèt *Cara. rit.*
6 53. *num. 1. & 2.* teneat, quòd unus Auditor in
Tribunali possit causas decidere civiles, & criminales, cum interventu Fisci, ex quò Auditores Provinciales habent insolidum jurisdictionem; tamèn hodiè stante *prag. 10. §. 2. de Offic. Jud.* puto non posse decidi causas in Regia Audientia, nisi saltem cum interventu duorum Auditorum; nam dicit *d. prag.* quòd si eodem
7 tempore duo Auditores obtinent licentiam à
Prorege eundi per Provinciam, prò negotiis ipsis respectivè commissis, non possunt simùl discedere, sed unus tantū, & uno reverso, potest alter exire, assignatur ratio in *d. prag.* ne Tribunal remaneat cum uno Auditore, & ita causarum expeditio retardetur, igitur *prag.* supponit non posse expediri causas in Regia Audientia per unum Auditorem; probatur etiam per di-

ctam *pragm.* 10.§.22.*de Offic. Iud.* ubi habetur,
8 quòd decretum torturæ non potest fieri, nisi saltèm interveniant duo Auditores, ergò à fortiori expeditio causæ principalis, quæ potest continere majus gravamen.

9 Unde doctrina *Carav.* poterat procedere tẽporibus suis, in quib. aderant duo tantùm Auditores in qualibet Provincia, quorum unus equitabat, alter verò permanebat in Tribunali, &
10 in Principatu aderat unus, ut ex eodem *Cara.* diximus, *cap.* 1. *num.* 12. *hoc tit.* & sic non mirum si per unum Auditorem poterant tunc in Tribunali causæ expediri, non autem ad præ-
11 sens, quòd existunt tres Auditores in qualibet Provincia, de quibus, duo semper debent extare in loco Tribunalis, *d.prag.* 10.§.2.

12 Verùm si intervenit consensus Partium, & Fisci in causis criminalibus, & consensus utriusque Partis in causis civilibus, possunt expediri causæ in Tribunali per unum Auditorem, *Danz.depug.DD.tom.*1.*tit.de Offic. Audit.cap.*1. *num.*60.& 61.

13 Tempore quo Auditores votant causas criminales, debent habere ante oculos, *text. in cap. fin. de transf. in verb. in his verò*, cujus verba sunt, *In his verò, super quibus non invenitur expressum, procedas æquitate servata, semper in humaniorem partem declinando, secundùm personas, & causas, loca, & tempora postulare videris*, & Judex debet esse facilior in absolvendo, quàm in condemnando Reum, *l. Arrianus, ff.de act. & oblig. l. respiciendum, ff.de pœn. Cabal.cas.*257.*sub num.*1.*Giurb.cons.*34.*num.*35. *Rube. de validit. legal.cap.*24.*num.*17. & si probationes Rei, & Fisci sunt in pari causa, est con. Fiscum judicandum, & debet Judex Reum absolvere, *Masc. de probat.concl.*36.*num.*13.& 26.*Surd.cons.*173. *num.*57.*lib.*2.*Guaz.def.*29.*cap.*1.*num.*2. *Ant.de Ball.tract.var.lib.*3. *qu.*2.*num.*77. & *de Pont.in tract.de potest.Proreg.tit.de Provis.fier.sol. n.*34. hæc verba memoranda scripta reliquit, quas percepit ex *Divo Hieronimo*. *Miscenda est ergò lenitas cum severitate: faciendum est igitur quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur Subditi, neque nimia benignitate solvantur, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè saviens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens*, hæc de *Pont.* & debet in dubio Judex inclinare ad clementiam, *l.*5.*ff.de pœn. Herin.de fidejus.cap.*10.*n.*437.*Everard. Iun. cons.*16.*num.*42.*in fin. vol.*2. *Bertaz. cons.crim.* 49.*num.*35.& 516.*num.*8.*lib.*2. quià ut dicit *Antiph.* apud *Muret.orat* 11. clementiæ potest dari medela, non autem rigori, & hanc instructionem inter cætera dedit Invictissimus Carolus V. ejus filio Philippo II. tempore quò ei Regnum renunciavit, testatur *Meteran.in descrip.rer.belg.lib.*1.*pag.*34. & pluribus exemplis comprobat hanc sententiam, *Ioach. Steph. de Jurisd.lib.*2.*cap.*2.*num.*15. & impositio pœnarum capitalium debet esse ultimum remedium, §.*festinabis, Auth.de mand. Princip.cap.si miles, cap.cum Minister* 23.*quæst.*5. *Io. Fab.in proœm. Inst.de publ.Jud.*

14 Causæ verò in dictis Regiis Audientiis deciduntur hoc ordine, Commissarius primò votat, postea Auditor junior, & gradatim antiquior, *Afflict.decis.*1.*Ozas.decis.*1.*nu.*12. *Thesa. decis.*1.*num.*11. & si Omnes sunt concordes in votando, promulgatur decretum juxtà vota; si verò sint discordes, attenditur quòd major pars votavit, quæ vincit minorem, *l.si in tres, cum l. seq.ff.de Arbitr.* & ille Auditor, qui fuit contrarii voti, etiam debet se subscribere decreto, vel sententiæ, sed potest prò ejus cautela scri-
15 bere votum suum in libro vototum, qui conservatur ad hunc effectum in Tribunali, & claves, ubi dictus liber est clausus, conservantur per Auditorem juniorem, *prag.*5.*de Offic.Mag. Iust.prag.*10.§.45.*de Off.Iud.*

16 Sed si accidit, quòd in aliqua causa criminali votant tres Auditores, unus scilicet prò triremibus per quinquennium, alter prò exilio, per eundem temporis spatium; alter verò prò exilio per annum tantùm, est causa decidenda, & exequenda sententia in favorem Rei, *l.inter pares, ff.de re jud.* & debet exequi sententia prò anni exilio, ex quò in hoc tempore anni stetit etiam ille, qui votavit prò exilio per quinquennium, *l. diem proferre*, §.*si plures Arbitri ff. de recept. Arb.* ubi si ex tribus Arbitris, unus in
17 quindecim, alius in decem, alius in quinque condemnet, debent quinque prestari, quià in hanc summam Omnes conveniunt, & ità in puncto decisum testatur *Mastrill.decis.*183.

18 Si verò ex tribus Auditoribus unus condemnavit inquisitum in pœnam mortis, alius in pœnam exilii temporalis, tertius in pœnam pecuniariam, omnes remanent in suspenso, & est dirimenda paritas, *Rober. Tit. Burg. de loc.contro. lib.*1 *cap.*1.*Cabal.resol.crim.cas.*119.

19 Sed quando agitur de exequendo sententiam mortis, debet de necessitate concurrere major pars votorum: undè si ex septem Iudicibus, duo votant prò exilio, duo prò pœna pecuniaria, tres verò prò morte, non potest contra Reum exequi sententia mortis, quia ad eam infligendam requiruntur vota majoris partis Iudicum, & sic ex septem, quatuor debent votare prò morte: nam illi duo Iudices, qui votaverunt pro exilio, & alii duo qui, votaverunt prò pœna pecuniaria in eo convenerunt, ut Reus non esset ultimo supplicio plectẽdus, *Aul.Gell.lib.*9. *noct.Att.c.*15.*Cabal.d.cas.*119.*n.*1.2.& 3.

20 Eveniente casu, quòd in Tribunali Regiæ Audientiæ inter Auditores sit paritas votorum in aliqua causa, vota mittuntur ad Proregem, *prag.*5.*de Off. Iust.Pet.ad Gram.decis.*41.*nu.*15. *Thor.in comp.decis.par.*1.*verb.paritas*, qui delegat paritatem alicui Ministro, & ut plurimum Judici criminali, si causa fuerit criminalis; si ve-

verò civilis, Iudici civili, *Molfes. ad Conf. Neap. tom. 2. par. 10. quaest. 22. n. 13.*

21 Quod intelligit *Danz. de pug. DD. tom. 3. tit. de vot.* quòd tunc debeant mitti vota ad Proregem, quo tiès tertius Auditor non adesset in Provincia, vel non esset de brevi reversurus in Tribunali, aliàs existimat, quòd si Auditor esset in Provincia, deberet expectari tertius Auditor prò dirimenda paritate.

22 Imò per *apost. in d. prag. 5. de Offic. Iust.* habetur, quòd quando tres Auditores sunt discordes in causis civilibus, solet eligi Fisci Patronus.

23 Ego verò diversimodè vidi practicatum, quandoque fuerunt vota transmissa ad Proregem, quandoque fuit expectatus tertius Auditor; sed mihi semper placuit illa opinio, quòd vota transmittantur ad Proregem, nixus *d. prag.* 5. quę

24 clarè loquitur, & ità practicatur inconcusse in M.C. ubi si inter Judices sit paritas, non expectatur Judex impeditus prò dirimenda paritate, sed dentur adiuncti, & ità fuit practicatū in illa famigerata causa Antonii N. qui ictu scoppitti parvi vulneravit BenedictumNescl, ex quò vulnere postea fanus evasit; nam Iudices fuerūt in pari voto, & non obstante, quòd die sequenti accessit ad Tribunal Iudex D. Nicolaus Planelli olim Advocatus Fiscalis, & Collega meus in Regia Audientia Salerni, nunc Regius Consiliarius dignissimus, quia tempore quo causa fuit votata ægrotabat in lecto, non fuit paritas ab eo dirempta, sed fuerunt dati tres Regii Consiliarii prò adiunctis, v3. Petro, Chevarri, & Gascon, & novissimè in causa Emanuelis, N. fuit similitèr facta paritas, absente Regio Consiliario Bonito, & eo reverso ad M. C. fuerunt dati tres Regii Consil. prò adiunctis, inter quos unus fuit ipsemet Consiliarius Bonitus, & non est major ratio, cur ità debeat observari in M.C.V. non autem in Regiis Audientiis; nam eandem jurisdictionem habent Judices dictæ M. C. in toto Regno, ac habent Regii Auditores in Provinciis.

25 Moneo tamen Auditores, ut evitent quantū possunt paritates, & videant convenire inter eos: nam, experientia magistra, diremptiones paritatum æternantur, & non per menses, sed per annos, & annos dilatantur, & interim Rei macerantur in carceribus, & mallent infelices amplecti votum magis rigorosum, & eis hoc

26 non est permissum, & hoc modo lites fiunt immortales, quòd expresse prohibetur in *l. fin. C. de custod. Reor l. Iudices, C. de Episcop. audient.* Tot pragmaticæ, pusitæ sub *tit. de dilat.* fuerunt pro-

27 mulgatæ prò causarum expeditionibus. Tenentur Regiæ Audientiæ quolibet mense mittere notam S.E. de omnibus carceratis, & de statu causarum, ut per *Cap. Reg. Item quòd praedicti*, & hoc non ob alium finem, nisi prò causarum expeditionibus, & ad eundem finem, tenetur

28 unus ex Auditoribus, qualibet die Saturni visitare carceres Gubernatoris loci, ubi residet Regia Audientia *d. prag. 10. §. 9. Rov. in prag. 3. de visit. n. 28.* ubi dicit, quòd tempore quo Auditor accedit ad Carceres pro effectu prędicto, debet Capitaneus ei obviam ire, indutus honestè, & comptè, & Auditor haber primum locum, &

29 visitatio carceratorum in M.C.V. quæ fit singulis hebdomadis in die sabati per unum ex Dominis Regentib. Rég. Cancellariam, *prag. 1. de visit. capt.* & in tribus Paschatibus anni; hoc est Nativitatis Dom. Resurrectionis, & Pentecostes *Rov. in prag. 6. n. 3. de Offic. Mag. Iust.* non ob aliū finem fuit introducta, nisi prò celeri expeditione causarum, & prò sublevandis carceratis, ut testantur *Pon. de pot. Proreg. tit. de div. provis. nu. 10. Capyc. lat. decis. 177. num. 1.* De tali verò visitatione carceratorum, vide *Mastr. de Magistr. lib. 3. cap 6.*

30 Nam lex civilis abhorret carcerationem per longum tempus hominis liberi, *l. incredibile, C. de poen.* & solum servi, & liberti condemnantur ad pœnam carceris, *Bald. in l. 1. C. qui ad liber.*

31 *perve. non pof. Pon. consf. 73. num. 10. lib 1.* quia carceres, nō ad pœnā, sed ad custodiam fuerunt introductæ, *l. 1. ff de cust. Reor. cap. quamvis de*

32 *poen. in 6.* licèt in Reg. carcer detur etiā ad pœnā, & potest quis condemnari ad carceres perpetuas, vel annales, ut in *Const. Reg. His qui per inquisitionem,* ubi *Affl. in 5. notab. & Tap. n. 15. de Mar. resol. quotid lib. 2. cap. 5. num. 20.*

33 Et quia pœna perpetui carceris est capitalis, & æquiparatur pœnæ damnati ad metallum, & deportationis, *Pon. consf. 90. nu. 87. lib. 1. de Mar. d. cap. 5. num. 13. & 14. Tusc. pract. conclus. lit. P. conclus. 223. num. 13.* hinc fit, quòd si quis, post

34 quam fuit condemnatus remansit detentus in carcere, & per eum non stetit accedere ad locum pœnæ, ei excomputatur tempus carceris, ut tantundem illi pœna minoretur, *Franch. decis. 317 Cabal. resol. crim cas. 142. Cap. lat. d. decis. 177. nu. 21. Rovit. in prag. 1. num. 5. de rele-*

35 *gat. Giurb. consf. 30. in fin.* & habito respectu ad incōmoda, quæ carceratoobveniunt ex carcerstione juxta *tex. in l. omnes, C. de poen.* carcera-

36 tio prodest etiam ante sententiam, ad leviandam pœnam, seù ad eam tollendam, *l. si diutino, ff. de pan. Gomez. var. tom. 3. tit. de del. cap. 1. num. 6. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 10. num. 1. Tiraq. de pœn. temper. caus. 28. Farin. quaest. 10. Pegu. decis. 41. num. 2. Guaz. defens. 2. cap. 2 num. 18. Giurb. consf. 37. num. 46.* & attenta delictorum qualitate solet proferri sententia, vel quòd carcer cedat in pœnam, vel diminuendo condemnationem, *Franc. d. decis. 317. nu. 4. Cabal d. cas. 142. num. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Tribunal Regia Audientia est Index ordinarius in tota Provincia.*

2 *Omnes sententiæ, quæ debent exequi in Provincia, sunt præsentandæ in Reg. Audientia.*
3 *Citatio non potest expleri in aliena jurisdictione, absque licentia Ordinarii loci.*
4 *Citare est actus jurisdictionis.*
5 *Reg. Audientia, si videt sententiam Superioris esse subreptitiam, vel apertè nullam, potest supersedere, & Superiori rescribere.*
6 *Iudex exequutor potest cognoscere de fraude commissa, vel circa commissa, vel circa exequutionem, & num. 7.*
8 *Commissarii cujuscumque Tribunalis debent ostendere commissiones Iudici loci, & quid in litteris exequtorialibus?*
9 *Rescripta S.E. sunt præsentanda in Regia Audientia.*
10 *Reg. Audientia ex causa potest detinere rescriptum S.E. & eundem certiorem facere.*
11 *Princeps non debet turbari, quando Reg. Aud. supersedunt in exequendo.*
12 *Principe irato, præcipitantèr procedente, Regia Audientia debent remorari exequutionem.*
13 *Exequuteriatio fuit introducta ad finem, ut omnia per Regias Audientias examinentur, rescribendo S.E. ea, quæ occurrunt.*
14 *Regia Audientia tenetur concedere brachium sententiis latis per Curias æquales, vel inferiores.*
15 *Sententia non debet esse elusoria.*
16 *Iurisdictiones ad invicem sunt adiuvandæ.*
17 *Brachium per Iudicem æqualem, vel Superiorē non conceditur sententia, nisi præsentata copia omnium actorum.*
18 *Debet citari Pars in imploratione brachii.*
19 *Imploratio brachii concedenda est cum termino, quando exceptiones indigent probationibus.*
20 *Imploratio brachii concedenda est in crimine heresis, absque causæ cognitione.*
21 *Eodem modo est concedenda super accessoriis, & incidentibus, puta prò restitutione dotium.*
22 *Imploratio brachii non est concedenda absque actis, & causa cognitione sententia Iudicis Ecclesiastici contra laicos.*
23 *Sententia Curiæ Romanæ debent habere Reg. exequatur per Collaterale.*
24 *Scripturæ confectæ extra Regnum, debent præsentari in Collaterali, & obtineri Regium exequatur.*
25 *Privilegia S. M. debent exequuteriari per Reg. Collat. Consilium.*
26 *Circa implorationem brachii, Praxis notatur.*
27 *Degradatus Sacerdos, Curia sæculari traditus, an condemnatus, vel condemnandus, censeatur remissus? & n. 29. & 30.*
28 *Iudicium sanguinis prohibitum est exercere per Ecclesiasticos.*

CAPUT XIII.

Brachium an, quomodo, & quando sit per Regias Audientias concedendum sententiis latis per alienas Curias? & quid in rescriptis S.E.?

1 Quia Tribunal Reg. Audientiæ Provincialis, est Iudex ordinarius in tota Provincia, *Frecc. de subfeud. tit. de Offic. Mag. Iust. Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 37. num. 4. Danz. de pug. DD. tit. de potest. ad mod. bel. cap. 7. num. 15. tom. 1.* hinc ortum habuit, quòd omnes sententiæ promulgatæ per
2 Iudices alterius jurisdictionis, quæ petuntur exequi in dicta Provincia, debent in dicta Reg. Audientia præsentari, & ab ea obtinere brachium, *Gomez var. tom. 3. tit. de capt. num 25. Cancer. var. tom. 2. cap. 2. num. 216. Bovad. lib. 2. polit. cap. 20. num. 21.* & ut diximus hoc *eod. tit. cap. 8. n. 15.* nec etiam citatio potest fieri absque licentia Officialis ordinarii loci, ubi debet fieri dicta citatio; quia citare est actus jurisdictionis, qui non potest exerceri in alieno territorio, nisi de licentia Ordinarii loci, *l. eum Clericus, l. omnis §. si virò apparitor, C. de Epis. & Cler. Guid. Pap. decis. 275. num. 2. Trivis. decis. 10. num. 5. lib. 2. Giurb. cons. 52. n. 9.*
3 Sententiæ verò, quæ occurrunt præsentari in dicta Regia Audientia, possunt esse quatruplicis generis, vel Iudicis Superioris, vel æqualis, vel inferioris, vel Iudicis Ecclesiastici.
4 Primo casu Tribunal Regiæ Audientiæ est merus exequutor, nec potest cognoscere de viribus sententiæ præsentatæ, sed tenetur exequi jussum Superioris, *Cap. pastoralis §. pen. de Offic. Deleg. Innoc. in cap. 1. num. 2. vers. item si nosceres Rex, de Off. Ord. Farin. quæst. 97. num. 10.*
5 *Staib. fin. cons. 20. num. 1. 3. & 4.* tamen si sententia esset subreptitia, vel apertè esset nulla, tunc licèt Regiæ Audientiæ non possint pronunciare sententiam non esse exequendam; tamen possunt supersedere, certiorare, & relationem facere Iudici Superiori, *l. si Prætor §. Marcellus, ff. de Iud. Gram. decis. 107. num. 6. Cancer. var. lib. 2. cap. 15. num. 14 Mast. de jurisd. par. 1. cap. 52.*
6 *num. 29. cum seqq.* Nam Iudex exequutor potest cognoscere de fraude commissa, vel circà commissa, vel circà exequutionem, *cap. de cætero ext. de re jud.* cum ejus mat. ubi *Io. And. num. 6. Bellam. num. 3. Farin. d. quæst. 97. nu. 69.* & dicit *Specul in tit. de exeq. sent. §. fin. num. 11.* quem refert, & sequitur *Staib. Iun. contr. for. lib. 2. resol. 136.*

136.*num.* 19.quòd si coram Iudice exequutore
fuerint oppositæ aliquæ exceptiones, putà fal-
sitatis adversus sententiam exequendam, quòd
non tenetor eas admittere, cum non habeat co-
gnitionem; attamen poterit audire exceptio-
nes oppositas ad sui instenctionem, & si ei vide-
bitur aliquid substantiale, quod eum moveat
8 supersedere, & Superiori rescribere, & ad hunc
finem fuit edita, *prag.* 3.*de Com.* quæ arctat Com-
missarios cujuscumque Trib. Superioris, ostẽdere
Iudici loci cõmissiones, ad hoc ut ille videat si
sũt falsę, vel si adest fraus, sed litteris exequuto-
rialibus expeditis per Curias Superiores, non
est opus aliis exequutorialibus à Regia Au-
dientia, *prag.2.de Off.inst.*
9 Idem observatur in rescriptis S.E. quæ, quã-
do debent exequi in Provincia, debent per
Partes, ad quarum instantiam fuerunt concessa
præsentari in Regia Audientia, & peti illorum
exequutio, & si Regia Audientia videt ex illis
rescriptis lædi jus tertii, vel quòd ob aliquod
10 impedimentum non possunt exequi, quia præ-
sumitur Principem concedẽtem tale rescriptũ,
motum fuisse præter ejus intentionem, & ad
importunitatem supplicantium supersedetur
in exequutione dictorum rescriptorum, rescri-
bendo S.E. ea, quæ occurrunt Tribunali, *cap.si
quando*, ubi *Abb.Fel.& alii de rescrip. Cov.pract.
quæst.cap.35.num.6.Galeo.resp.fisc.21. ex nu.34.
Pon.decis.23.in princip.& cons.146.num.40. lib.
2.Capyc.Lat.decis.170.num.3. & decis.174.nu.*
11 1.*usque ad num.* 10. nec Princeps debet ex su-
persessione in exequendo turbari, quia hoc mo-
do Senatores legi, & Regi inserviunt, nam
multoties per importunitatem, & subreptio-
nem Princeps non concedenda concedit, sunt
formalia verba *Cap. Lat. d.decis.174. num* 8. &
12 dicit ad propositum idem, *de Pon. de potest.
Proreg.tit.de provis.fier.sol num.*33. quòd quan-
do Princeps videtur iratus, & præcipitantèr
procedit, Iudex debet detinere exequutionem,
citat *tex.in l.si vindicari, C.de pœn.* & ad hunc
13 finem fuit inventum, quòd rescripta S.E. exe-
quutorientur per Regias Audientias, ut hæc
omnia per dictas Reg. Audientias examinen-
tur, rescribendo Principi, ea quæ occurrunt, prò
ut de rescriptis S.M. quę debent exequutoriari
per Regni Proregem, ejusque Collaterale Cons.
testantur idem *Cap. Latr. d. decis. 174. num* 7.
Theod. alleg 86.*num.*1.*Rocc.resp.*100.*lib.*2.
14 Secundo verò casu, quo in Reg. Audientia
præsentantur sententiæ Tribunalis æqualis, vel
inferioris, qui exequutioni mandare non pos-
sunt quod judicaverunt; ex quo persona, aut
res, ubi est facienda exequutio est extra territo-
rium, tunc Regia Audientia requisita prò bra-
chio, tenetur illud concedere Iudici requirenti,
15 ne sententia reddatur elusoria, *Rol.à Vall.cons.
37.lib.1.Menoc.de arb.cas.452.Ricc.in prax.im-
plor.brac.Iud.secul.resol.207.cum seqq.Cap.Latr.*
26 *decis.*82.*num.*1.quia tenentur Iudices, alter al-
teri auxilium præstare, sivè sint seculares, sivè
Ecclesiastici, sivè alter secularis, alter Ecclesia-
sticus, *cap.1.de Offic.Ord. cap.dilecto, de sent. ex-
com.in 6.l.à divo Pio §.sententiam, ff. de re jud.
Cancer.var. tom.2.cap.15.nu.2. Bovad.polit.lib.
2.cap.17.num.186.Merl.contr.for.lib.2.cap.98.
num.*1.
17 Sed in tali casu non sufficit præsentare Re-
gię Audientiæ Iudici requisito pro brachio solã
sententiam, sed est præsentanda copia omniũ
actorum, super quibus orta fuit sententia, *Can-
cer.d.cap.15.num.13.& 14.Parlad.lib.2.rer.quo-
tid.cap.fin.§.2.num.2.& 3.Farin. quæst.11.sub n.
61.vers.limitat rursus, Cap.Lat.decis.82.num.* 8.
18 & debet Reg. Audientia citare Partem ad op-
ponendum, si habet aliquam exceptionem ad-
versus sententiam, *Oldrad.cons.89. Cancer.d.
cap.15.num.*13. & si Pars, contra quam petitur
exequutio opposuerit nullitatem sententiæ,
vel illius injustitiam, vel alias exceptiones, quæ
19 indigent probationibus, est dandus terminus
in causa, *Ricc.decis.116. par.3. Cap.Lat. d.decis.
82.Merl.contr.cent.2.cap.98.n.*12.
20 Tertio casu, quò in Regia Audientia præsen-
tatur sententia Tribunalis Ecclesiastici prò im-
ploratione brachii, tunc si continet materiam
merè spiritualem, & ad Ecclesiasticum Iudi-
cem omninò pertinentem, in qua Iudex laicus
non potest se ingerere, veluti si agatur de ma-
trimonio, de hæresi, & similibus; tunc Regia
Audientia requisita pro brachii imploratione
nullam causæ cognitionem adhibere potest,
quia est Iudex merus facti exequutor, *Affl. in
proam.Constit. Reg.quæst.26.num. 56. cum seqq.
Clar.§.fin.q.96.num.7.Gama decis. 207. num.6.
Scap.in tract.de jur.non scrip.lib.6.cap 132.Canc.
loc.cit.num.12. Sanfel.decis.239.num.4. vers.sed
veritas est, Farin.quæst.97.nu.103. & 104. Ma-
rin.res.quotid.lib.1.cap.204. Merlin.d. cap.98.*
21 *num.*36.ubi per totum dictum *caput* substinet,
quòd eodem modo, absque alia causæ cogni-
tione est concedendum brachium super acces-
soriis, & incidentibus rerum spiritualium, pu-
tà restitutionis dotium super separatione ma-
trimonii, & ità decisum refert per Collaterale
Consilium, cum interventu Quatuordecim Vo-
tantium, idem tenent *Thor. in comp. decis.p.3.
verb. fructus dotis, de Mar. resol. quotid. lib. 2.
cap.*112.
22 Si verò brachium, quod petit Iudex Eccle-
siasticus à Regia Audientia non est circa mate-
riam spectantem ad Iudicem Ecclesiasticum,
sed, vel processit contra laicum, in casu quo ipse
laicus voluntariè comparuit in Curia Ecclesia-
stica, in qua remansit condemnatus, vel agitur
de litteris exequutorialibus expeditis contrà
aliquem Regnicolam in Curia Romana, & pe-
titur illarum exequutio in Regia Audientia,
prò ut in casu adducto à *Cap.Lat. decis.*82. in
isto casu non est per Regiam Audientiam cõ-
cedendum brachium, nisi eidem exhibita co-
pia

pia actorum,& cognito de meritis rei judicatæ, & quando constat malè fuisse judicatum per dictam Curiam Ecclesiasticam conceditur terminus super imploratione brachii *Gram. cons. civil.109.Tap.in Const. Reg.De personis num.36. Farin.quæst.97.num.102.Gras.de effect.Cleric.effect.1.num.813.Sanfel.decis.239.num. 3. Capyc. Lat.decis.82. de Marin.resol. quotid. lib. 1, cap. 204.*

23 Sed exequutio sententiæ latæ in Curia Ro-
mana non potest peti in Regia Audientia, nec
Regia Audientia potest cognoscere de implo-
ratione brachii, nisi prius talis sententia fuerit
præsentata in Collaterali,& fuerit obtentum
Regium exequatur, *prag.5. de citat.* & tale Re-
gium exequatur requiritur , ne dum in senten-
tiis latis per Curiam Romanam,quæ præsentan-
24 tur in Regno, sed in omnibus aliis sententiis,
& scripturis extra Regnum confectis, quæ non
possunt præsentari in Regia Audientia , nisi
prius fuerit præsentatæ in Collaterali , & fuit
obtentum Regium exequatur, *prag.4.eod.tit.de*
25 *citat.*etiam si fuerint privilegia obtenta ab His-
paniarum Rege , in quibus quoque requiritur
Regium exequatur,*prag.1.de privil.inf.ann.exi-*
26 *ben.*super quibus sententiis latis in Curia Ro-
mana, sive alibi in pract.servatur,quòd Regium
Collaterale Cons. concedit Regium exequa-
tur , & addit verum respectu brachii adeat
M.C.V.sivè alium Iudicem competentem, de
quà pract. testatur, *Cap.Latro decis.82.in prin-
cip.*quò peracto Reg. Audientia cognoscit super
brachio implorato.

27 Eodem modo practicatur in exequutione
sententiæ degradationis latæ per Iudicem Ec-
clesiasticum ; nàm Reo degradato , & per Ec-
clesiasticum tradito Regiæ Audientiæ , ut eum
28 debitis pœnis puniat,ex quo judicium sangui-
nis prohibitum est exerceri per Ecclesiasticum,
*cap.Clericis , ne Clerici , vel Monachi.Innoc.in
cap qualiter,& quando de accusat.num.6.*tunc si
Reus fuit degradatus prò crimine seculari, &
29 traditus eidem Iudici laico, tenetur Iudex Ec-
clesiasticus consignare Regiæ Audientiæ pro-
cessum,super quò debet Regia Audientia benè
cõsiderare, an Reus mereatur pœnam mortis,&
si opus fuerit poterit recipere alios Testes ad de-
fensam, dato termino super novis, & imponere
pœnam,prò ut ipsi Regiæ Audientiæ videbitur
esse de justitia , non verò ad voluntatem Eccle-
siæ, *Franch.decis.571.Tap.in Const.Reg.De perso-
nis,num.36.Sanfel.decis.239. num.3.* ubi plures
casus practicatos adducit.

30 Si verò Reus est condemnatus prò crimine
mere Ecclesiastico,puta prò hæresi,tunc Regia
Audientia est merus exequutor,& nullam habet
cognitionem de sententia per Ecclesiasticum
lata, sed tenetur absque dilatione eam exequ-
utioni demandare,& degradatum ad ultimum
supplitium mittere, *Affl.in prælud. Const. Reg.
quæst.26.num.56 post Mundi Farinac. quæst.97.
num.202. Mart. de jurisd. par.1.cas.51. ex nu.
16 & par.4.cas.131.& 132.Carlev.de jud. disp.
11.quæst.7.sect.1.num.771. vers. eadem prorsus
resolutio, Sanfel.d.decis.239.num.4. vers.sed ve-
ritas est,*ubi *nu.14.vers.sequentes,* ponit exem-
pla procedendi in similibus casibus occurren-
tibus,*de Marin.resol.quotid.lib.1.cap.82.*ubi la-
boriosus *D.Rodoer.in add.*

S U M M A R I U M.

1 *Regia Audientia quando in causis procedunt ordinariè, tenentur obedire provisionibus M.C.*

2 *Regia Audientia non tenentur obedire provisionibus M.C. quando procedunt ex delegatione, vel ad modum belli.*

3 *Appellatur à Delegato ad Delegantem, non verò ad Iudices ordinarios.*

4 *Regia Audientia in quibus delictis possint procedere ex delegatione?*

5 *Decretum affirmativum assistentiæ exequutioni demandatur, non obstante appellatione.*

6 *Quòd procedit in omnibus Curiis Regni.*

7 *Sententia assistentia lata , quò ad caput adiudicationis impeditur per appellationem.*

8 *Sententia Audiẽtiarum Calabria,Idrunti,Barii, Aprutii , & Basilicata, exequuntur , quando continent condemnationem summæ duc.centum infrà, aliarum verò Audientiarum ducat. quinquaginta,n.9.*

10 *Sententia M.C.duc.150.inf. exequuntur , non obstante appellatione.*

11 *Casus in quibus non datur appellatio remissivè.*

C A P. U T XIV.

Regiæ Audientiæ, an , & quando teneantur observare provisiones M. C. V. & in quibus delictis procedant ex delegatione ?

1 QUando Regiæ Audientiæ in caussis procedunt ordinariè, & ab illorum decreto , sivè interloquutorio , sive diffinitivo fuerit appellatum ad M. C. V. per quam fuerunt relaxatæ provisiones tenentur Regiæ Audientiæ dictis provisionibus obedire, & observare in eis contenta , *Troys.rit. 1. num.52.Curav.rit.66.num.7.15. & 16. Rov. in rub.de Offic.Inst.n.1.*

2 Si verò in causa procedunt ex delegatione, vel ad modum belli, & per Partes gravatas recurritur ad M.C. V. à qua relaxantur provisiones

nes, non tenentur Regiæ Audientiæ dictis provisionibus obtemperare, & per eas reiiciuntur tales M.C. provisiones superſessoriales, vel inhibitoriales. *Rovit.d.rub.de Off.Iuſt.num.2. Pont. de poteſt.Proreg.tit.12. num.16. Danz.de pug. DD.tit.de pot.ad mod.bell cap.1. & cap.5. num. 2. Novar.dec.49. Burgi.de mod.proc. ex abrup.q. 52.num.14.* & interponitur decretum non admiſſe, quia proceditur ex delegatione, vel ad modum belli *Io.Grand.de bell.exul. ſpec. 46. &* 87. nàm à decretis, vel ſententiis Delegati, non appellatur ad Iudices ordinarios, ſed ad ipſum Principem, & ſic à Delegato ad Delegantem, *tot.tit.ff.quis, & a quò appell.l.2.l.eos C.de appell.l. prò Conſulibus in princip.l.præcipimus.ff.de appel. Guid.Pap.decif.37.num.2.de Mar.reſ.quotid.lib. 1.cap.150.num.6.* verum Prorex per Collaterale Conſilium in calce ſupplicium libellorum ſolet injungere M. C. V. ut ipſa loco reclamationis juſtitiam faciat, quæ, dato novo termino in gradu reclamationis, eoque compilato, cauſam expedit, & cognoſcit de prætenſo gravamine, & à tali decreto M.C. confirmante, vel reformante decretum Regiæ Audientiæ, non datur alius recurſus, nec reclamatio, *D. Cala de præem.M.C.cap.36 n.5.*

4 Cauſæ verò, in quibus Regiæ Audientiæ procedunt ex delegatione, ſunt contra committentes delicta cum armis igneis, vel illa aſportantes, *prag.24. de arm.* contra Vagabundos, *prag.6.§.e perche de Vagabund.* contra committentes falſitatem in fidibus crediti, *prag.12.de falſ.* contra Monetarios, & in omnibus caſibus comprehenſis, in *prag.44.de monet.* contra committentes delicta in via publica, *prag.30.§.21. de Exul.* contra committentes recapta, *d.§.21.* & contra Exules *d.prag.30.§.29.*

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus Regiæ Audientiæ procedũt in aliqua cauſa ordinariè, & tamen non tenentur obedire provisionibus inhibitorialibus M. C. V. ſed ſententiam exequutioni demandant, non obſtantibus proviſionibus dictæ M.C.V.

5 Primò, ſi per Reg. Audientias fuerit latum decretum affirmativum aſſiſtentiæ ad beneficium creditoris, tale decretum exequutioni demandatur, non obſtante appellatione, præſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis, *prag.1.de appell. Afflict.decif.262.nu.1. & decif. 356. Franch.decif.120. Rovit.in commen. ad dict. prag.2. Marin.ad Rever.decif.49.nu.3.* quæ *prag.* 2. non ſolùm habet locum in decretis M. C. V.
6 ſed omnium Tribunalium Regni, quia eſt lex univerſalis, & viget in omnibus Curiis Regni, *Carleval.de jud.lib.1.tit.3.diſput.24.ſub num.15.*
7 dummodò ſententia aſſiſtentiæ ſit lata, quoad caput adjudicationis, quia, ſi quoad caput venditionis, per appellationem impeditur exequutio decreti aſſiſtentiæ, *Franc.d.decif.120. Muſcat.in prax.S.C.par.7.gloſ. condemnando,nu. 113. & lib.2.par.3.gloſ.adjudicantur,n.9.*

8 Secundò, ſi ſententiæ Audientiarum Calabriæ, Idrunti, Barii, Aprutii, & Baſilicatæ continerent condemnationem ducatorum centum infra, & aliarum Audientiarum ducatorum
9 quinquaginta, illæ per dictas Regias Audientias poſſunt exequutioni demandari, non obſtante appellatione, & non obſtantibus literis inhibitorialibus expeditis per M. C. V. *prag.3.*
10 *& prag.7.§.2.de Off.S.R.C.* prò ut dicimus de decretis M.C.V. à ducatis centum quinquaginta infrà, nàm illa mandantur exequutioni, non obſtante appellatione interpoſita ad S. C. *d. prag.3.§.4.de Off.S.C. Franc.decif.703.* ubi explicat; quid agendum, ubi ſententia M.C. contineret ſummam duc. centum quinquaginta, nec plus, nec minus? & idem *Franc.decif.141.* explicat; quid ſi ſententia contineret ſummam duc. centum, una cum intereſſe?
11 Sunt alii caſus in jure, in quibus per appellationem non ſuſpenditur ſententia, de quibus dicemus infrà, *hoc tit.cap.18.* ad ibi tradita me remitto.

SUMMARIUM.

1 *Regia Audientia non poſſunt impedire poſſeſſionem Officii Gubernatoribus Regiis.*
2 *M.C. non poteſt procedere contra Regios Miniſtros abſque ordine S.E.*
3 *Poſſeſſio Officii Gubernatoribus Regiis, quomodò poſſit impediri?*
4 *Exceptio oriens ex eadem ſcriptura à Parte præſentata nunquam cenſetur excluſa.*
5 *Regia Audientia cognoſcunt de impedimentis oppoſitis adverſus poſſeſſionem Officialium Baronalium.*
6 *Regia Audientia cognoſcunt de Officialibus Baronalibus privativè quoàd M. C.V.*
7 *Actio opponendi contrà Officialem eſt popularis, & cuilibet de Populo competit.*
8 *Oppoſitio facta per particulares Officiali, poſt captam poſſeſſionem, eſt diſcutienda in judicio ordinario.*
9 *Officialis admiſſus ad Officium, non poteſt ab eo ſuſpendi per oppoſitiones contra eum factas.*
10 *Officialis, qui exercuit aliud Officium, non poteſt ad novum admitti, niſi exhibita liberatoria.*
11 *Univerſitas, ubi Officialis antea exercuit, poteſt ſe opponere, quòd non conſignetur ei poſſeſſio novi Officii, niſi exhibita liberatoria.*
12 *Gubernatores Regii debent præſentare liberatoriam in Regia Camera, quæ de ea tenetur facere fidem.*
13 *Civis non poteſt eſſe Gubernator in loco, ubi eſt natus, vel uxoratus, vel habet majorem partem bonorum, quid in Gubernatore Regio? n.14.*
15 *Gubernator debet ſcire legere, & ſcribere, aliàs non poteſt admitti ad Officium.*
16 *Non poteſt ſe ſubſcribere cum ſtampiglia, abſque licentia S.E. aliàs poteſt criminaliter proceſſari.*
17 *Illiterati poſſunt eſſe Gubernatores.*

18 *Offi-*

18 *Officialis in ingressu Officii tenetur jurare, quòd ab eo nihil datum, vel promissum est prò Officio obtinendo.*

19 *Officiales Regii tenētur præstare juramentum in manibus unius ex Reg. Regiam Cancell.*

20 *Officia habentia justitiæ administrationem, non possunt vendi, & quid à Rege, & Papa? & n. 21.*

22 *Officialis in principio Officii tenetur præstare cautionem de parendo sindicatui, quid eo finito? num. 23. & quid de cautione de solvendo judicatum? n. 24.*

25 *Ecclesiastici non possunt esse Officiales Regii, delinquentes in Officio remittuntur ad Iudicem Ecclesiasticum, num. 26.*

27 *Milites cruciferi cujuscumque ordinis, an sint verè Ecclesiastici? & n. 28. & 29.*

30 *Exteri non subditi Regi nostro, non possunt esse Officiales.*

31 *Excommunicatus, non potest esse Officialis.*

32 *Nec Spurius.*

33 *Nec Minor.*

34 *Quid de infirmo, & surdo?*

35 *Infamis non potest esse Officialis.*

36 *Nec electus contra capitula Universitatis.*

37 *Nec remotus ob delictum.*

38 *Nec inquisitus.*

CAPUT XV.

Regiæ Audientiæ an valeant retardare possessionem Officii Gubernatoribus destinatis Curiis Provincialibus? & latè de causis impedientibus possessionem Officii.

1 REgiæ Audientiæ non possunt impedire possessionem Officii Gubernatori Regio electo à Protege, nec etiam si ei præsententur provisiones cujuslibet Tribunalis Superio-
2 ris, ad effectum impediendi talem possessionem; nàm nec etiam M. C. potest apponere manus contra Regios Ministros, absque ordine S. E. *Sarg. de Neap. Illustr. cap. 17. num. 38. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap 7. num. 6. Petr. rit. 49. nu. 10. prag. 2. de Offic. ad Reg. Majest. spect.*

3 Sed cautela datur Partibus, quòd antequam apponitur sigillum in literis patentalibus, expeditis ad favorem Regii Gubernatoris, fiat empara dicto sigillo, & quando agitur de cancellando emparam, tunc auditur in Collaterali ille, qui fecit emparam, prò ut similem practicam refert *Fontan. de pact. nup. glos. 10. claus. 4. par. 1. num. 95.* si verò sigillum fuerit appositum, potest Pars opponens, antequam Officialis electus accedat ad locum Officii prò capienda possessione supplicem libellum porrigere S. E. & narrare causas impedimenti, qui si remittitur ad jus, & justitiam, tunc auditur contradictor, aliàs nullo modo potest impediri possessio Officii Officialibus à Prorege destinatis, excepto si litteræ patentales non essent expeditæ in debita forma, & Gubernator intenderet cum illis capere possessionem Officii; nàm in tali casu, quousque dictæ literæ patentales sint expeditæ in forma valida, potest per eos, ad quos spectat, dicta possessio impediri; quia cum talis exceptio oriatur ex ventre earundem litterarum patentalium, Officialis illas producendo, videtur ipsemet producere impedimentum contra se ipsum; nàm quamvis rejiciatur quælibet
4 exceptio, non censetur exclusa illa exceptio, quæ oritur ex eadem scriptura, quæ præseo tatur, *de Fran. decis. 623. nu. 1. vers. apparebit enim, Giurb. dec. 100. n. 8. Sanf. dec. 151. nu. 4. & decis. 162. a num. 7. cum seqq.*

5 Si verò electio Officialis fuisset facta à Barone, & tunc, stantibus legitimis impedimentis, & exceptionibus, possunt Regiæ Audientiæ se intromittere, & impedire, ne Officialis capiat possessionem Officii, & introducitur causa in dicta Regia Audientia, ubi ventilatur, si dicta oppositio sit justa, & militet, vel ne, *Cabed. decis. 112. Fontan. d. Claus. 4. num. 95.* nàm Regiæ
6 Audientiæ cognoscunt de Officialibus Provincialibus Baronalibus privativè, quoàd M. C. V. ut in *Const. Reg.* incip. *Et si generalis*, impressa per *Affl. in Const. Capitaneorum, num. 7. Danz. de pug. DD. tom. 1. tit. de praem. Reg. Aud. cap. 1.*

7 Quilibet de Populo potest admitti ad opponendum contra Officialem, ad finem illi impediendi possessionem Officii, quia est actio popularis, *l. 1. ff. de popul. act. Franch. decis. 609. Cabed. decis. Portugal. 112. num. 2. par 1. & decis. 84. num. 16. par. 2.* tamen si major pars Decurionum con-
8 signaverint possessionem Officii, est valida possessio, & est attendendum quod à majori parte actum fuit, & postea ad instantiam particularis erit discutiendum in plenario judicio coram Regia Audientia, si objectio subsistat, *Cabed. decis. 102. Fontan. de pact. nupt. par. 1. claus. 4. glos. 10. num. 9. Capibl. de Baron. par. 2. cap. 15. nu. 1. cum seqq.*

9 Debetque talis oppositio fieri Officiali ante captam possessionem, nam eo admisso, non potest exercitium interdici, sed coram Superiore est tractanda oppositio, si subsistat, nec ne in judicio ordinario, & interim suspendi nequit, *Covar. var. resol. lib. 1. cap. 16. num. 11. Ann. cons. 80. num. 24. Carav. rit. 295. num. 11. vers. nota istud, & nu. 22. Rovit. in pragm. 2. de adm. Univ. num. 43.*

Causæ verò, quæ possunt opponi contra Officialem ad finem impediendi possessionem
10 Officii, sunt plures. Primò si exercuit Officium

in

in alio loco, non poteſt ad novum Officium
admitti, niſi exhibitis literis liberatorialibus
illius loci, ubi prius adminiſtravit, aliàs poteſt
impediri Officii poſſeſſio, *l. neminem, C. de ſu-
ſcipt. lib* 10. & in Reg. adeſt *rit.* 295. & talis op-
11 poſitio exhibitionis literarum liberatorialium,
non ſolùm poteſt fieri ab illa Univerſitate, in
qua aliquis fuit deſtinatus Officialis; ſed etiam
ab illa Univerſitate, ſeù hominibus, ubi antea
exercuit Officium, quia illis magis intereſt ut
non admittatur Officialis, quam iſtis, ex quo
ibi Officialis malè ſe geſſit, hic verò non dum
Carav. d. rit. 295. *num.* 9. *&* 10. ſed quoàd Offi-
ciales Regios, per *prag.* 41. *de off. Proc. prag* 1. §.
12 6. *de off. Iud. & prag.* 3. *de off. Iuſt.* eſt cautum,
quòd literæ liberatoriales debeant præſentari
in Regia Camera, quæ de hoc debet fidem fa-
cere in literis patentalibus novi Officii.
13 Secundò contradici poteſt Officiali poſſeſſio
Officii, ſi ſit Civis illius loci, ubi fuerit electus
Officialis, vel ibi habeat majorem partem ſuo-
rum bonorum, vel Uxorem duxerit, *l. fin. C. de
crim. ſacrileg. l. fin. C. de Offic. Rect. Prav. l. hi qui, &
l. ſi cui, ff. ex quib. cauſ. major. l. ſi eadem, ff. de Off.
Aſſeſſ. Marſil. ſing.* 533. *Maſtril. de magiſtr. lib.*
2. *cap.* 7. *Marc. decis.* 633. & in Reg. adeſt *Conſt.
Iuſtitiarii per Provinc. & Conſt. Magiſtri Iuſti-
tiarii*, ubi *Affl. Cap. Reg. ut cum nihil*, ubi *Nig. n.*
14 9. quæ oppoſitio male fit contra Gubernato-
res Regios, & Præſides Provinciales, qui conſti-
tuuntur per S. E. qui poteſt leges, & Conſtitu-
tiones derogare, & ſervatum vidimus in Tri-
buno Militum Fimiano, qui fuit Præſes in Pro-
vincia Materæ, ubi erat ortus.
15 Tertiò contradici poteſt Gubernatori poſ-
ſeſſio Officii, ſi neſciat, neque legere, neque ſcri-
bere ſuum proprium nomen, quia eſſet dedecus
juriſdictionis habere ſimiles perſonas, *Capibl.*
16 *de Baron. tom.* 2. *cap.* 17. *num.* 11. *&* 12. nec po-
teſt Officialis ſe ſubſcribere cum ſtampiglia ſi-
ne Regis diſpenſatione, etiam ſi laboret mor-
bo chiragrico, & contra faciens, poteſt crimi-
naliter proceſſari, *Rocc. de Offic. rub.* 4. *tit. de*
17 *ſubſt. in Offic. num.* 31. *&* 32. non tamen eſt ne-
ceſſe, quòd Gubernator ſit Doctor, vel Iuris pe-
ritus; nam etiam illiterati poſſunt eſſe tales, *l.
certi juris, C. de jud. l. expertes, C. de decur. lib.* 10.
ſed iſtis dantur Aſſeſſores literati, cum quorum
conſiliu judicare tenentur *Simanc. de Republ.
lib.* 9. *cap.* 10. *num.* 1. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 2.
cap. 3 *num.* 49. *&* 50.
18 Quartò, ſi in ingreſſu Officii non juravit,
quòd ab eo nihil datum, vel promiſſum fuit
pro tali officio obtinendo, *l. ſancimus fin. C. ad l.
Iul. repet.* & in Reg. adeſt *Conſt. Paritatem*, ubi
Affl. & *Cap. item recipiant*, ubi *Nig. nu.* 15. *Boſſ.
in pract. tit. de ambitioſ. nu.* 6. *Maſtr. de magiſtr.
lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 36. *Bovad. lib.* 1. *polit. cap.* 14.
19 *num.* 15. ſed quoàd Officiales Regios in Reg.
tenentur illi præſtare juramentum in manibus
unius ex Regentibus Reg. Cancell. & de hoc fit
20 actus in literis patentalibus, *prag.* 4. *de Official.*
nam Officia juſtitiæ non debent vendi, *Pan. de
poteſt. Proreg. tit. de Elect. Offic. Staib. reſol. for. lib.*
1. *cap.* 100. quòd cum ſit de jure poſitivo, non
21 verò de jure divino; quia Papa, & Rex ſunt ſu-
pra jus poſitivum, poſſunt mediante pecunia
vendere officia juſtitiæ, ſed male faciunt, ſi hoc
faciunt, quia ex hoc proveniunt multa mala, de
quibus *Pont. loc. cit. num.* 9. *&* 10. & dicemus in
tit. 2. *cap.* 2. *num.* 18. *cum ſeqq.*
22 Quintò impeditur Officii poſſeſſio, ſi in
principio Officii Officialis non præſtiterit cau-
tionẽ de parendo ſindicatui, *prag.* 1. § 6. *de Off.
Iudic. prag.* 2. *de Off. Iuſt.* ſed nõ tenetur præſtare
23 cautionẽ de judicatũ ſolvendo, ut cõtra *Muſc.*
defendit *de Mari. reſ. quot. lib.* 1. *cap* 284. *n.* 12. *&*
24 13. qui *num.* 11. defendit ſimiliter, quòd talis
fidejuſſio ſi non fuit ab initio pręſtita, non po-
teſt peti finito officio.
25 Sextò impeditur Officiali electo Officii poſ-
ſeſſio, ſi ſit Eccleſiaſticus, vel aliter exemptus à
juriſdictione Regis, *Prapoſ. in cau. bis ergò, num.*
3. *diſ.* 33. *Franch. decis.* 479. *à nu.* 3. *cum ſeqq. Ca-
bal. reſol. crim. caſ.* 64. *Graſ. effect. cleric.* 13. *Ma-
ſtr. de magiſtr. lib.* 2. *cap.* 6. & 10 Reg. hoc cavetur
per *Conſt. Clerici quoq.* per *Cap. Ut cum nihil*, &
per *Prag.* 1. *de Eccleſ. Perſon.* ubi *Rov. à num.* 1.
26 *cum ſeqq.* ne poſtea delinquentes in Officio
petant remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum,
quę eis denegari non poteſt, *Ann. ſing.* 408.
Clar. quaſt. 36. *verſ. pone, Gram. vot.* 18. *Franch.
decis.* 400. *Rov. decis.* 20. *de Mar. reſol. quotid. cap.*
27 53. *circa finem*, & inter perſonas Eccleſiaſticas
connumerantur Milites cruciferi cujuſcumque
ordinis, *Gratian. diſcept. for. cap.* 880. *Flor. Diaz.
lib* 2. *variar. quaſt.* 21. § 4. *à num.* 174. *Rov. in d.
prag.* 1. *num.* 4. nam iſti Milites ſunt vere Reli-
28 gioſi, & exempti à juriſdictione laicali, pro ut
de Militibus Hieroſolymitanis probant *Cabal.
reſ. crim. caſ.* 64. *Fran. decis.* 479. *Guaz. ad def. reo.
def.* 1. *cap.* 23. *Camil. de Med conſ.* 119. *Sanfel. de-
29 ciſ.* 251. & de Militibus S. Jacobi de ſpada, Al-
cantaræ, & Calatravæ, probant *Maſtr. decis.*
290. *de Mar. reſol. quotid. lib.* 1. *cap.* 44. ſed quòd
iſti Miles S. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ
poſſint cognoſci à Judicibus laicis in Regno
noſtro, tenet *Bellug. in ſpec. Princip. rub.* 11. §.
videndum à num. 16. quia Rex Hiſp. uti Caput
ordinum equeſtrium poteſt cauſas Equitum
delegare, *Carl. de jud. lib.* 5. *diſp.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 3.
num. 435.
30 Septimò ob eandem rationem impeditur poſ-
ſeſſio Officii, ſi perſona electa non ſit ſubdita
Domino Regi noſtro, *Franch. decis.* 479. *num.*
1. *&* 2. *Caſt. de remed. ſubſid. remed.* 68. & in Reg.
adſunt plura Capitula, de quibus *Racc. de Off.
tit. de Offic. & benef. rub.* 2. *num.* 13.
31 Octavò impeditur Officii poſſeſſio, ſi fuerit
oppoſitum, electum eſſe excommunicatum: nam
Excomunicatus, non ſolùm non poteſt admit-
ti in Officialem; ſed ſi reperiatur admiſſus, ſta-

tim debet removeri, *Rip.resp.21.tit. de rescript. Guttier.pract.quaest.lib.1.cap.1.nu.74.75. & 76. Vant.de null.ex def.jurisd.nu.137.Revit.in prag. 1.de Eccl.pers.num.5.*

32 Nonò impeditur Officii possessio, si Electus fuerit spurius, qui non potest ad Officia admitti, *Covar.pract.cap.19.num.6.Capyc.dec.31.num. 7.Pasch.de pat.pot.par.2.cap.4. Mastr.de magist. lib.2.cap.12.n.37.*

33 Decimò impeditur Officii possessio, si fuerit oppositum electum esse minorem, nam quis non potest esse Officialis, nisi sit annorum viginti, *l. cum lege; ff.de recep.arb. Capibl.de Baron.lib.2. cap.25.nu.14.cum seq.* & impuberes prohibentur esse Officiales ad *tex.in l.cum Praetor, ff. de jud.Mastr.de magistr.lib.2. cap.5.* qui *num* 50. dicit, quòd in Reg.Neap.respectu Officialium Regiorum nulla lege cavetur circa Magistratuum aetatem.

34 XI. Potest impediri Officiali possessio, si sit caecus infirmus, vel surdus omninò, aliàs si esset surdaster tantùm, qui audiret, sed tardè, non potest uti inhabilis removeri, *l.fin.ff.de leg. tut.l. un.C.qui morb.se escus.l.1. §.meine, ff. de tutel. Fontan.de pact.nup.claus.4.glos.10.par.1. tom.1. num.56.Petr.Gregor.lib.4.sintagm.jur.cap.9.nu. 7.& seq.Mastrill.de magistr.lib.2.cap.10.*

35 XII. Si Officialis electus est indignus, vel infamis, potest ei impediri Officii possessio, *l.1.C.de infam.lib.11.l.2. C.de dig.lib.12.cap. infamibus de reg.jur.in 6.Gram.decis.139.num.2. Gutierez.lib.1.pract.quaest. 39. num. 13. Ravit. in prag.3.de Milit.num.21.30.& 31.Giurb.cons. 44.num.7.*

36 XIII. Si Officialis sit electus contra Capitula, e Privilegia Universitatis, potest ei denegari possessio Officii, *Capibl.de Baron. pragm. 5. num.164.*

37 XIV. Qui semel in Officio deliquit, & ob delictum fuit Officio privatus, non potest ad illud idem Officium redire, nec ad aliud promoveri, *l.2.C.de palat.lib.12 l quicumque, C.de div.Off.& apparit.lib.12.l.Iudices, C. de dign.lib. 12.l.si quid C.de suscept.lib.10.prag.8.de Off.Iud. Pon.de pot.Proreg.tit.de elect.Offici.§.5.nu.1.cum seqq.* latè *Mastr.de magist.lib.2.cap.9.Capibl.d. prag.5.num.85.cum seqq.*

38 XV. Inquisitus pro aliquo delicto si fuerit electus Officialis, potest ei impediri Officii possessio, *l.un.C.de Reis postul.lib.10.l.reus ff.de mun.& honor.Rov.in prag.5.de admin. Univers. num.35.Roccus lib.2.resp.67.num.7.*

S U M M A R I U M.

1 *Remedia Cap.Regni Charitatis affectus, & alia, quare fuerunt in Reg.introducta?*
2 *Remedia Cap. Reg. non dicuntur verè judicia.*
3 *Remedia Capitulis Reg. similia, in quibus regionibus vigeant?*
4 *Rex suae partes interponit ad sedandes tumultue inter Regnicolas.*
5 *Acta super remediis Cap. Reg. non intimantur Clericis.*
6 *Laicus nullam habet jurisdictionem contra Clericum.*
7 *Clerici non possunt cognosci à Iudice laico, etiam de consensu Episcopi.*
8 *Citatio per adictum expeditur quando agitur remed.Cap.Reg.& quare? n.11.*
9 *Persona ecclesiastica comparente, cessant remed. Cap.Reg.*
10 *Praxis concedendi remedia Capitulorum Reg. quae nam sit; & quomodò practicetur? decisio in causa.n.17.*
12 *Citatio per adictum super remed.Cap. Reg. affigitur in loco differentia.*
13 *Testee, quando agitur virtute Cap.Reg.debent citari.*
14 *Principalis ad videndum juramenta Testium quando agitur virt.dictor. Cap. an debeat notificari?*
15 *Remedium Cap.Reg.conceditur possessori juste, & ejecto cum violentia.n.17.*
18 *S.C.potest precedere super remed.Cap.Reg.absque memoriali S.E.*
19 *M.C.poterit cognoscere super dictis remediis.*
20 *Regia Audientia similiter absque memoriali S.E.possunt cognoscere super remediis Capitulorum Regni.*
21 *Cap.Reg.in quibus fuerunt introducta remedia conservandi possessionem, & non turbandi suma directa Justitiariis Provinciarum.*
22 *Auther recedit ab opinione Reg.Tap.& Prat.*
23 *Curia Justitiarii est Curia Regiarum Audientiarum.*
24 *Magistri Justitiarii praeminentia quae sint hodie, & cui Tribunali competant?*
25 *S.C.cognoscit de feudis.*

C A P U T XVI.

Remedia Cap. Reg. quare fuerunt introducta? quomodo practicentur? & an super dictis remediis Regiae Audientiae possint procedere.

1 REmedia *Cap. Regni* incip. *Charitatis affectus, & Omnis pradatio*, fuerunt edita à Rege Roberto in Regno pro laicis, qui de facto, nullo titulo spoliantur, & turbantur auctoritate propria, nullo juris ordine praecedente possessione suorum bonorum

rum à persoois Ecclesiasticis, & extant tria alia,
Capitula v3. Finis præceptichåritas,Cap. Ad Regale fastigium, & *Cap. Ad præcedentes*, qui lo-
2 quuntur, quando Clericos turbatur à Clerico,
vel laicus à laico, in quibus Capitulis Rex suum
Regale præsidium concedit Clerico oppresso,
vel laico oppressu à Clerico, nun per viam cu-
gnitionis judiciariæ, sed per mudum extraordi-
nariæ defensiunis, quia oon est verè judicium,
sed quædam extraordinaria coguitiu pru quie-
te Regni, nè vis fiat oppresso, *Capyc. Latr. decis. 69.num.7.*

3 Quæ remedia salutifera vigent apùd plures
Europæ Principatus, v3. in Hispania, in Gallia,
in Imperio, Venetiis, Mediolani, Subaudię, &
in Lusitania, ut referuot *Pratus discept. for. lib. 3 cap.43.num.19. & observ.57. num. 22. Capyc. Lat.decis.69.nu.6.* & de jure can. adsunt, *tex.in cap.petimus 11.quæst.1. cap.quidam Monachi 16.quæst.1.* ubi dicitur quòd Rectur Provinciæ
pussit adiri, ut præstet pręsidium, & ejus bra-
chium contrà tales invasores, & dicit Rex Ro-
bertus in *d.Cap.Charitatis*, quòd huc est de jure
Divinu, ibi *nam omnis gemens à Saule vexatus, dum à facie persequentis impellitur, Regi David tuto præsidio præsentatur.*

4 Interest enim Regi in sua jurisdictione evi-
tare tumultus, cumpescere viulentias, & quie-
tem tueri, neque Rex se intromittit circa cugni-
tionem ipsiusrei, sed tantùm manu sua upera-
tur, ut quisque adeat suum Judicem, & interim
laicis nun fiat injuria, nec gravamen aliquod,
Affl.decis.24.Mastr.de magist.lib.3. cap.4. à nu. 7.cum seqq.Giurb.cons.1.num.15. & 16. Salg.de Reg.protect.in epit.proæm.a princ. Borrell.de præstant.Reg.Cattol.cap.9.n.7.& 26.

5 Unde acta, quę fiunt super remediis dictu-
rum Capitulorum Regni, non intimantur per-
sunis Ecclesiasticis; nam si nominatim Clericus
citaretur, citatio esset nulla, & nullus processus
6 *Affl.decis.85.num.1.* quia Iudex laicus nullam,
habet jurisdictiunem contra Clericum, *cap.si diligenti.de for.comp.cap. si Iudex laicus, de sent. excom.in 6.Franch.decis.40.Giron. de privileg.n. 227.Sesse de inhibit.cap.5.§.6.num.6.& 7.& decis.113.num.66.* etiàm si consensus Episcopi in-
7 terveniat, *Viv.decis.125.num.1. Giurb.cons.67.*
8 *num. 29.* & ob hanc causam expeditur citatio
per ædictum, si quis sua putaverit interesse, *Afflict.decis.14.num.6.& decis.85.nu.1. Marcian. cons.43.num.6.lib.2.Prat.obser.pract.57.nu. 28. & lib.3.discep.for.cap.43. num.52.& 53. Staib. resol.for.lib.1.resol.39.in princip.*

9 Undè si persuna Ecclesiastica citata per ædi-
ctum compareat, & asserat se nun spoliasse,
sed jure permittente possidere, cessat remedium
Capitulorum Regni, non agitur amplius ex-
traordinariu modo, sed juris ordine servato,
Tap.in rub.quando Rex in pers.Eccles.n.4. Capic. Lat.d.decis.69.n.9.& in fin.

10 Praxis verò impetrandi dicta remedia Capi-
tulorum Regni ea est, porrigitur memoriale S.
E. in quo exponitur de viulentia, & in eo in-
statur non turbari, & conservari in possessione,
tale memoriale remittitur Præsidi S.C. à quo
committitur uni ex Regiis Consiliariis, per
quem fit decretum, quòd capiatur informatio
circa contenta remedia Capitulurum Regni,
postmudum expeditur citatiu per ædictum, ut
11 si quis sua putaverit interesse, compareat, *Staib.d.resol.39. in princ. Prat.d.obser.57. num.28.*
12 quæ citatio affigitur in loco differentiæ, *Tap. Jus Reg.lib.3.tit.quando Rex int. person. Eccles. fol.28.num.8.Rocc.resp.36.num.1.lib.2.* quo pe-
racto accusantur contumaciæ, fit electio Exami-
13 natoris, & expeditur citatio ad Testes, qui Te-
stes debent etiam notificari, quandu agitur mo-
do supradicto, aliàs processus est nullus, *Tap. super dictis Cap.in 3.lib.Iur.Reg.fol.29.num.9.* &
14 si agitur inter laicus debet etiam requiri Pars
ad videndum Testium juramenta, & ita intel-
ligitur *prag.1.de conservator.* nàm si laicus age-
ret contra Clericum virtute dicturum Capitu-
lorum, nun posset illum citare, aliàs processus
esset nullus ex defectu jurisdictiunis, ut supra di-
ximus, *num.6.& 7.* examinantur Testes, tùm
super possessione, vel legitima detentione rei il-
lius, à quo petitur Regale præsidium, quod est
15 requisitum necessariom, aliàs si quis nun pos-
sidet, nun potest ubtinere, *Franch.decis.163.Affl.decis.363.Muscatel.in praxi S.C.p.1.glos.sententia,num.94.vers.sed quæso, Pont.cons.96.Rocc. d.resp.36.num.8.lib.2.* tùm etiam de violentia
16 ei illata, & de spolio, quod est quoque requisi-
tum necessarium, aliàs remedia dictorum Ca-
pitolorum locum nun habent, *Nig.in d.cap.ad Regale fastigium,num.11. Ann.alleg.7. num.7. Franch.decis.701.num.1. Affl.decis.2. & 24. nu. 6.& 7.* & hoc probatu interponitur decretum,
per S.C. Esse concedendum Regale præsidium,
Cap.Lat.decis.69.num.1.Sanfel.in prax.jud.sect. 30. sic fuit practicatum per S.C. in anno 1672.
17 ad relatiunem Regii Consiliarii Martini, in
causa patrimonii quondam Didaci Venosa, qui
cum ab hac vita discessisset, fuerunt de facto ab
Hospitali Pacis apposita sua insignia in qui-
busdam domibus dicti Didaei, & habito per
me, uti Curatore dicti patrimonii recursu in
Collaterali Consilio, fuit memoriale remissum
Præsidi S.C. & per eum dicto Consiliario Mar-
tinu, & modo quo supra servato, fuit ordina-
tum per S.C. Esse concedendum Regale præsi-
dium, & fuerunt arma dicti Hospitalis sublata,
processus est in Banca olim Dominici Martini.

Et quamvis, ut vides tali modo in similibus
causis fuit processum, quando implorantur re-
media dicturum Capit.Reg. tamen absque me-
moriali porrecto S.E. poterit Sacrum Consilium
18 procedere; quemadmodum poterit etiam pru-
cedere M.C.V. absque commissione Collatera-
19 lis Consilii; ut fuisse servatum tempore suo, re-
fert *Fran.decis.163.num 19.*

20 Reg.Aud.similitèr possunt procedere super
dictis remediis *Capit.Reg.* licèt oō præcedat me-
moriale porrectum S.E.& ab eod. remissū dictis
Regiis Audientiis, *Capyc.in invest. feud. verb.
feuda Officiorum, vers.Reges,col.10. Nig. in Cap.
ad Regale fastigium,num.13. vers.& per istum,
Franch.d.decis.263.num.19.Musc.in praxi S. C.*
21 *glos.sententia,num.*101.& verè *d.Cap. Reg.* quo-
rum virtote fuerunt introducta dicta remedia,
sunt directa Iustitiariis Provinciarum, ut in
*Cap.ad Regale fastigium Cap.ad Præsidentis, Cap.
Charitatis affectus,& Cap.Finis præcepti charitas,*
& sic patet, qoòd pro Regiis Audientiis fuerunt
edita,& postea in S.C.& in M.C.practitata.
22 Et licèt *Tap.in Comm. ad Cap. Finis præcepti
num.*11.*vers.& in quantum*, & cum eo *Prat.
pract.obser.*57.*à num.* 33.*usque ad* 38. teneant
contrarium.

Tamen cum pace tantorum Virorum non
recedo à supradicta opinione, qoia ratio à *Prat.*
considerata non me movet; nam dicit *Prat.*
quòd *Cap.Reg.Finis præcepti Charitas* dirigitur
Magistro Iustitiario, tamquàm Tribunali Su-
premo, quia tunc temporis non erat erectum
S.C.sed hodiè, quia S.C. est Tribunal Supremū,
& procedit io omnibus causis, de quibus ex
præeminentia poterat cognoscere dicta Curia
Magistri Iustitiarii, debet solùm procedere S.
C.super dictis remed. *Cap. Reg.* hæc ratio oon
satisfacit.
23 Si quidèm duobus modis Respondetur. Pri-
mò, quòd dictum *Cap.* non est directum Magi-
stro Iustitiario, sed Iustitiario; quemadmodum
alia *Cap.* supra recensita, *num.*22. & Curia Iusti-
tiarii est Curia Regiarum Audientiarum, Cu-
ria verò Magistri Iustitiarii est M. C.V. ut di-
ximus latè *hoc tit.cap.*1,*n.*5.*& n.*25.
24 Secundò Respondetur, quòd præeminentiæ
Magistri Iustitiarii, partim recesserunt ab Aula,
partim fuerunt communicatæ aliis Curiis, &
partim sunt in suo robore, ut dixi hoc eodem
*tit.cap.*11. ubi recensuimus omnes illas præro-
gativas, quæ hodie sunt in viridi observantia,
de quibus cognoscit M.C.non verò S.C.& licèt
25 S.C.cognoscat de feudis, de quib. prius cogno-
scebat M.C.hoc est, quia ità fuit ordinatum per
Reg.Alphonsum *in prag.*3 *de Off.S.C.* sed non
propterea sequitur, quòd solum S.C.cognoscat
de illis causis, de quibus M.C. ex præeminentia
poterat cognoscere.

Scio tamen *Revit.in rub.de Off.Iust.num.*1 *à
Prat.* tamèn noo citatum, tenuisse opinionem
negativam, quòd Regiæ Audientiæ oon pos-
sint se intromittere circa remedia dictorum
Cap.Reg. sed aliam non adducit rationem, nec
auctoritatem, oisi quasdam provisiones, quas
dicit fuisse expeditas, sub die 28. Martii 1607.
de quibus fit mentio in *apost. ad prag.* 1. *de con-
ser.* Tu tameo considera, si dictæ provisiones
possunt derogare dicta *Capitula Regni*; quæ
sunt directa Regiis Audieotiis.

S V M M A R I V M.

1 *Fisci Patroni Officium in causis criminalibus de
jure Rom incognitus erat,& n.*6.
2 *Fiscus non se ingerit, ubi de crimine agitur.*
3 *Fisci nomen intelligitur de Fisco patrimoniali.*
4 *Fisci nomen unde sit dictum?*
5 *Septimus Severus ante adeptum imperium exer-
cuit munus Advocati Fiscalis.*
7 *Fisci Patroni Reg. Audientiar. quæ sit origo?*
8 *Fiscum habent tantum Domini Superiorem non
recognoscentes.*
9 *Fiscum habent Papa, Imperator, & Rex, & nu.
10.& *11.
12 *Fiscum non habent Barones in suis terris, sed Fi-
sci Coadiutorem,& de ejusdem Officio?*
13 *Fiscus unus est in Provincia.*
14 *Fiscus Provinciæ, si vult, potest intervenire in
omnibus causis criminalibus, quæ agitantur
in Curiis Provinciæ.*
15 *Episcopi non habent Fiscum.*
16 *Fiscus non habet jurisdictionem.*
17 *An possit ordinare carcerationem?*
18 *Captura facta de ordine Iudicis non habentis ju-
risdictionem est nulla.*
19 *Fiscus an possit procedere ad examen Testium,
& illis deferre juramentum? & num.* 20.
& 21.
22 *Fiscus absentibus Auditoribus an possit causas
expedire?& n.*23.
24 *Censicare acta ordinatoria est actus jurisdictio-
nis.*
25 *Fiscus, an possit in civilibus dirimere paritatem
Auditorum?& num.*26.
27 *Ad Principem spectat influere jurisdictionem,
remissivè.*
28 *Fiscus potest intervenire in examine Testium,&
juramento, quod eis datur,& potest eis dare in-
terrogatoria, n.*29.
30 *Fiscus in omnibus est audiendus, in quibus agi-
tur de ejus interesse.*
31 *Etiam in causis Militum.*
32 *Sententia lata contra Fiscum, ipso inaudito, sunt
nulla.*
33 *Auditor ultimus intervenit pro Fiscali, absente
Advocato Fiscali.*
34 *Fiscus debet audiri in compositionibus,& in de-
cretis, quòd dentur defensiones intus carceres,
num.*35.*& in decreto quòd non procedatur ex
processu informativo, num.* 36. *debet inter-
venire in loco torturæ, num.* 37.*& debet au-
diri in habilitationibus, n.*38.
39 *Debet videre articulos factos ab inquisito.*
40 *Articuli cōtinentes defensionē absentis sunt ad-
mittendi, item articuli objectivi, num.*41. *sed
non impertinentes, n.*42.
43 *Articulans quando videatur fateri articulata?*

C A-

CAPUT XVII.

De Advocati Fiscalis origine, & an habeat jurisdictionem?

1 FIsci Patronus, qui criminibus vacat, aotiquo Romaoorum jure cognitus non
fuit; nàm *tex. in l. 1. & 2. C.*
2 *de jur. Fis.* dicit, quòd cum agitur de crimine, Fiscus nō
3 se ingerit, & quando in jure fit mentio de Fisco, iotelligitur de Fisco patrimoniali, *Brisson. de verb. qua de jus pertin. sign. lib. 2. Recc. de Offic. tit. de praceden. int. Reg. Trib. sub. 5. §. 7. à num 20. cum seqq.* cujus nomen tra-
4 ctum ab eo est, quòd cophinis, & sportellis sparteis antiquitùs pecuniæ conditę adservarentur;
5 & dicitur Ærarius publici thesauri, *Galeo. resp. Fis. 2. num. 10.* cujus Advocati Fiscalis patrimonii antiqua, & celebris est origo, quia legitur Septimum Severum ante adeptum Imperium exercuisse munus Advocati Fiscalis, *Tiraq. de nobil. cap. 6. nu. 22. in fin.* & licèt *Surg. de Neap.*
6 *illust.* teneat, quòd etiam Fiscus criminum fuit cognitus de jure civili, tamen eum valide impugnat *Ferd. Rov. in ejus alleg.* inserta per *de Mar. res. quotid. lib. 1. cap. 202. à num. 9. cum seqq.*
7 Sed quòd attinet ad Fisci Patronum Regiarum Audientiarum in Regno. Aderat ille tempore Federici II. in Curia Iustitiarii, qui creabatur ab eod. Imperatore, ut in *Const. Præses Pro-*
8 *vinciæ*, ubi *Affl. num. 19.* nàm Domini non habentes Superiores tantùm possunt creare Fiscū, *l. 1. C. de bon. vacant. Bart. in l. 2. in princip. ff. de*
9 *Iur. Fisc. Affl. in prælud. Const. Reg. quæst. 15. nu. 2. & 3 Ann. sing. 220. Pereg. de jure Fis. lib. 1. tit. 1. num. 4.* undè Papa dicitur habere Fiscum,
10 *Bald. in cap. 1. de feud. March.* Imperator dicitur habere Fiscum, *And. de Isern. in prælud. Const. Reg.*
11 *11. colum.* Rex dicitur habere Fiscum, *DD. in l. 1. C. de bon. vacan. & in l. 1. C. de Iur. Fisc.* ubi *Cujac. de sig. fis. Foller. super pragm. 5. de administr.*
12 *Univers.* & ob hanc rationem Barones in suis Terris non habent Fiscum, sed habent Curiæ Coadiutorem, qui intervenit loco Accusatoris, & habet potestatem comparendi, impiognandi, & Testes examinandi, & est citandus in omnibus, *Ann. sing. 97. Viv. decis. 378. Carav. rit. 17. num. 13. Novar. de gravamin. Vassall. tom. 1. grava. 159. num. 3 Sanfel. decis. 384. num. 51. Mastr. de indul. quæst. 36. num 16. Capibl. de Baron. prag. 8. par. 1. num. 24.* sed non potest Fiscalis appella-
13 ri, *Nig. in Cap. Reg. Plerumque, num. 9.* quia unus est Fiscus in qualibet Provincia, qui creatur à Principe, *Pon. de potest. Proreg. tit. de provis. fier. fol. §. 4. num. 65.*
14 Unde Advocatus Fiscalis Provinciæ potest intervenire, si vult, in omnibus causis criminalibus, quæ agitantur in Curiis Provincialibus, *prag. 6. §. 30. de Off. Inst.* quæ licèt loquatur de Curia Civitatis Cusentiæ, tamen intelligitur de omnibus Curiis Provincialibus, ut ex *Bann.* relat. per *Rov. in prag. 3 de visit. Capt. n. 29.*
15 Nec Episcopi habent Fiscum, & eis non competit confiscatio bonorum, *Bald. in Auth. bona damnatorum, num. 1. C. de bon. prescrip. Oldrad. cons. 17. num. 2. Boss. tit. de Fisc. num. 8. Barbat. cons. 22. num. 13. & seq. lib. 3. Ursell. in exami. Apum, conclus. 139. n. 12. & 17.*
16 Sed Advocatus Fiscalis non habet jurisdictionem, *l. proxime, ff. de his, quæ in testam. delen. Bald. in cap. 1. §. ad hæc 4. col. de pac. juram. firman. Affl. super prælud. Const. Regn. quæst. 15. nu. 4. circ. med. Intrigl. singul. 63. lib. 2. Cavalcan. de brach. Reg. par. 3. num. 164. Guaz. ad defens. reor. defens. 14. cap. 1. num. 3. Burg. de mod. proced. ex abrup. q. c. 9. num. 4.* Doctissimus Dominus Don Blasius Altimar. Regius Consiliarius, & ex librorum impressione Celeberrimus *in tract. de nullitat. tom. 1. rubr. 9. quæst. 2 num 22.* undè non
17 potest ordinare carcerationem, inconsulta Regia Audientia, *Cavalc. d. tract. par. 4. num. 325. & seq. Guaz. def. 1. cap. 6. num. 4 & defens. 5. cap. 1. num. 4.* quòd fuit elargitum inter gratias huic Fidelissimæ Civitati ab Imperatore Carolo V. Ratisbonæ, anno 1572. ut in illius *Cap. 23.* incipiente, *item atteso lo Advocato Fiscale,* & si exercet actus jurisdictionales, potest uti suspectus recusari, pro ut fuit decisum die 16. Novembris 1679. per Regiam Iunctam Status in Personam Consiliarii Provenzale dictę Iunctæ Fiscalis, ad instantiam Dominici Bracati, penes Valente Actuarium assumptum, patrocinanie pro dicto Dominico, tunc Advocatorum Principe Francisco Andrea, nunc Regio Consiliario dignissimo, & Regiæ Cameræ Advocato Fiscali, & in Reg. adest *prag. 37. §. 24. de Offic.*
18 *Magis. Iustit.* & omnis captura, quæ est facta de mandato Iudicis, non habentis jurisdictionem, est nulla, *l. 2. ff. de orig. Iur.* allegatus per *Mars. in prac. crim. §. attingam, num. 77.* & in *tract. de bann. verb. capt. n. 51. Boer. decis. 115. sub num. 34. Farin. quæst. 27. n. 6.*
19 Et ex defectu jurisdictionis, nec etiam Advocatus Fiscalis potest procedere ad examen Testium, nec principalium inquisitorum, nec juramentum illis deferre, *Bursat. cons. 192. nu. 35. vol. 2. Guaz. def. 1. cap 6. à num. 1.* & in Reg. adest *prag. 6. n. 2 de Offic. Mag. Iust.* quæ loquitur per sequēt. verba. *item che nel esamine, così delli Principali inquisiti, come delli Testimonii del Fisco, & anche delle Parti, si debbia esaminare per lo Mastro d' Atti Principale della Causa, e non per Avocato, ò Procuratore Fiscale,* & idem disponitur in *pragm. 37. §. 24. eodem titul. de Offic. Magistr. Iustit.*

20 *stit*.unde nescio quomodo possit salvari opinio,
Danz.tom.1.cap.de Offic.Fisc.à nu.167.cum seqq.
qui tenuit, quòd possit recipi juramentum Te-
stium à Fiscali, si quidem loquitur contra com-
21 munem, & contrà *dictam prag.* quia dare ju-
ramentum est actus jurisdictionis, *cap.si quis Te-
stibus*, ubi *Abb.num.1.de Test. Clem.1. de Offic.
delegat.Trivis.decis.10.num.12. Giurb. cons.52.
num.11.* qua jurisdictione caret Advocatus Fi-
scalis.

22 Nec potest Fiscalis Provinciæ, absentibus
Auditoribus, exercere Officium Auditoris, nec
potest causas terminare, *prag.10.§.2. in apost.de
Off.. Iudic.* & sic corruunt dicta per eundem
23 *Danz.d.cap.de Offic.Fis.num.86.* qui tenet, quòd
absentibus Auditoribus possit Fiscus expedire
omnia acta ordinatoria; nam ultrà quòd loqui-
tur contra dictam *prag.* corruit ejus doctrina ex
24 alio capite, quia conficere acta ordinatoria,
est actus jurisdictionis, latè *Gizzarell.decis.24.*
qua caret Fiscus, unde idem *Danz.* sibi contra-
rius, *tom.3.tit.de vot.num.51.* dixit, quòd ex de-
fectu jurisdictionis, nec etiam in causis civili-
25 bus potest adhiberi Fiscalis pro dirimenda pa-
ritate orta inter Auditores, sed in hoc loqui-
tur etiam contra *prag.5. de Offic. Iustit. in apost.*
26 quæ dat potestatem Advocato Fiscali dirimen-
di paritatem ortam inter Auditores in causis ci-
vilibus, & benè potest Princeps infundere ju-
27 risdictionem ei, qui alitèr talem jurisdictionẽ
non habet, ut dicemus infra *hoc tit.cap.20.*

28 Potest tamẽ Fiscus, si vult, intervenire in exa-
mine Testiũ, & juramẽto, quod eis datur, *prag.4.
§.2.* & *prag.39. §. quanto all'intervenire de Offic.
Magi.Iustit.* quòd contrariũ est de jure com. quo
jure attento, est prohibitũ Fisco intervenire in
prima instantia in examine Testium produ-
ctorum ab inquisito, *Affl.in Const.Quæstiones la
2.num.2. vers.an in examinatione, Benintend.
dec.Bonon.60. Rov.in prag.39.§. quanto, de Offic.
Mag.Iust.* & potest dare Testibus interroga-
29 toria, quibus tenentur respondere, *prag.4.§.1.
& d.prag.39.§.5.& 9.eod.tit.Rocc.de Offic.tit.14.
§.14.n.66.*

30 Et in omni decreto, tàm interloqutorio, quàm
diffinitivo, in quo quovis modo potest tangi
Fiscale interesse, debet audiri, & intervenire
Advocatus Fiscalis, *prag.6.§.23. de Offic. Iust.*
31 debetque audiri, etiam in causis Militum, *Ro-
vit.in rub.de Offic.Iustit.num.4.* & si non fuerit
auditus, non possunt contra eum proferri de-
32 creta, vel sententiæ, aliàs sunt nulla, *DD.in l.
velamento, C.de postul. Rovit.in pragm.3. de Offic.
Mag.Iustit.num.3.* & adest *prag.36.de Offic. S.C.*
33 & Fiscali absente intervenit ejus loco pro Fi-
scali ultimus Auditor, *Novar.decis.33. num.4.
& in prag.10.§.53.num.239.de Off.Iud.*

34 Debetque Fiscalis de necessitate audiri in
compositionibus, quæ tractantur in Tribunali
de delictis, *d.prag.10.§.36.prag.3.§.2.in fin. de*
35 *Offic.Mag.Iust.* & in decretis, quòd dentur de-
fensiones extrà carceres, vel quòd non proceda-
36 tur ex processu informativo, *prag.20.§.39.de*
37 *Off.Mag.Iust.* & debet intervenire in loco tor-
turæ, *prag.39.§.16.eod.tit.* & audiri in habilita-
38 tionibus Carceratorum, *d.prag.39.§.14.* debet-
39 que videre articulos Rei, nec possunt acta tra-
ctari, sine *vidit Fiscus, d.pragm.39.§.7.de Offic.*
40 *Magi.Iustit.* Sed articuli præsentati per Carce-
ratum, ad effectum, se defendendi, sunt admit-
tendi, nec possunt per Fiscum respui sub præ-
textu, quòd contineant defensionem inquisiti
absentis, *Bertaz.cons.184.num.1. & seq. lib.1.*
& ibi *Add.Farin.quæst.99.num.132.& seq.cons.
16.num.26. & cons.73.num.5.lib.1. Guazz.ad
defen.reor.defens.28.cap.4.num.2. Vermigl. cons.
19.num.1.& seq.* & articuli objectivi, quando
41 sunt de jure dantis, sunt admittendi, licèt con-
tineant alterius injuriam, si respiciunt necessa-
riam defensionem, & si non admitterentur de-
negarentur Reo defensiones, *Clemen. Constitu-
tione 4.de elect. Oldrad.cons.116.num.3. Vrsell.in
exam.Apum, concl.148. Vermigl.cons.18. num.7.
Conciol.resol.crim.verb.articuli cap.3.* articuli ve-
42 rò impertinentes, qui nec directè, nec indirectè
faciunt ad causam, sunt respuendi, *Franch.decis.
210.num.11. Guaz.def.28.cap.3. num.3. Vrsol.
concl.148.num.53.* Sed Advocatus debet esse
43 cautus in conficiendis articulis, quia *nell'arti-
coli sono i pericoli*, & non debet dicere, ponit,
& probare intendit, ex quò tunc videtur fateri
contenta in articulis, sed debet dicere probare
intendit, quia tunc non videtur fateri articu-
lata, *Conciol.verò articuli, resol.4.*

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio quo jure sit introducta?*
2 *Appellatio est æmula prima sententia à Iudice prolata.*
3 *Est permissa in omnibus causis, tàm civilibus, quàm criminalibus.*
4 *Etiam in crimine læsæ Majestatis.*
5 *Conceditur à quocumque gravamine.*
6 *Appellatione pendente, non potest Iudex suam exequi sententiam.*
7 *Appellatio, inspecto præsenti statu, dicitur remedium extinctivum, respectu futuri, suspensivum.*
8 *Iudex qui exequitur sententiam mortis pendente appellatione, debet mori de jure Regni, & quid de jure communi?*
9 *Appellatione pendente sententia habetur pro non lata.*
10 *Appellatione pendente, si moriatur famosus delinquens, an possit exequi sententia contra illius cadaver? & n.11.*
12 *Condemnatio ad triremes loco depositi, in quibus delictis, & quando fieri possit?*
13 *Transmissio ad triremes, pendente causa appellatione, quid importet?*
14 *Non potest practicari, quoties prætenditur gra-*

vamen à sententia sub pretextu nobilitatis.

15 Sententia S.C. exequuntur armata manu.

16 Lata in causis criminalibus suspenduntur per reclamationem.

17 Conformes M.C.V. & S.C. exequuntur, non obstante reclamatione.

18 Tunc dicuntur conformes, quando sunt in eodem genere pœna, & quoad totam pœnam.

19 Confessus, & convictus, an appellet? & num. 20.

21 Officialis condemnatus pro delicto non appellat.

22 Appellatio non admittitur à sententia absolutoria, qua secum trahit exequutionem.

23 Reus condemnatus pro crimine falsa monetæ non appellat.

24 Appellatio an suspendat sententiam latam super excommunicatione? & n. 25.

26 Insignes latrones, Concitatores seditionum, & Duces factionum, non appellant.

27 Appellatio an admittatur in delicto notorio?

28 Forindicatus non appellat à sententia forindicationis, sed tantùm potest dicere de nullitate.

29 Appellatio non admittitur à sententiis criminalibus latis per Collaterale Consilium.

30 Alii casus remissivè, in quibus non datur appellatio.

31 Iudex debet esse valdè oculatus, quando debet exequi sententiam à se promulgatam.

32 Iudex ad quem, quando inhibuit, debet videre si causa est appellabilis.

33 Iudex ad quem, antequam cognoscit si causa est appellabilis, non debet inhibere.

34 Iudex à quo potest eius sententiam exequtioni demandare, non obstante inhibitoria, quando Iudex ad quem est incompetens.

35 A sententia Delegati appellatur ad Delegantem.

36 Cognitio an causa sit appellabilis, quando spectet ad Iudicem ad quem?

37 Fiscus an de jure communi appellare possit à decretis liberatoriis? quid de consuetudine? num. 38 quid de Iure Regni? n. 39.

40 Fiscus potest petere recursum adversus sententiam liberatoriam de Iure Reg. & quid si in judicio adesset Pars quarelans? n. 56.

41 Appellatione prohibita, non censetur prohibitus recursus.

42 Recursus conceditur Fisco, si se notoriè gravatum ostenderit, & debet justificari ex eisdem actis.

43 Majus gravamen requiritur in recursu, quàm si agatur per viam ordinariam.

44 Recursus ubi sit petendus per Fiscum?

45 Fiscus si petierit recursum adversus decretum liberatorium, an interim sit supersedendum in causa?

46 Fiscus infra quantum tempus possit petere recursum?

47 Fiscus an possit admitti per viam restitutionis in integrum ad petendum recursum in tempore non petitum.

48 Fiscus an possit in Regno dicere de nullitate decreti liberatorii? & infra quantum tempus? num. 50.

49 Nullitates per Fiscales Reg. Aud. adversus decreta liberatoria sunt proponenda in M. C. V.

51 Fiscus in Reg. in quibus casibus possit appellare à decretis latis in causa criminali? & num. 52. & 53.

54 Fiscus non censetur adhæsisse appellationi, quàdo Pars quarelans appellavit.

55 Pars querelans potest renunciare appellationi in præjudicium Fisci.

57 Fiscus non admittitur ad pinguius probandum in secunda instantia.

CAPUT XVIII.

Appellatio à decretis in causis criminalibus, an æquè competat Reo, & Fisco? & quibus remediis succurrantur adversus sententiam in causis criminalibus? & de appellatione non admittenda in casibus hic expressis?

1 APpellatio quoàd essentiam
est introducta de jure naturæ; sed quoàd formam
de jure civili, *Syria quæst. for. 29. Rov. in rub. de ap-*
2 *pell. num. 1.* & est theriaca
contra venenum Iudicis,
& æmula sententiæ à primo Iudice prolatæ, & Oppressorum levamen,
Valenz. cons. 76. num. 6. & 7. lib. 1. Prat. resp. crim. 9. n. 1. & 2.
3 Et regulatitèr est permissa, tàm in causis civilibus, quàm criminalibus, *l. & in majoribus, C. de appell. cap. de appell. eod. tit. Gomez. var. tit. de delict. cap. 3. num. 31. Franch. decis. 351. num. 2. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 58. nu. 1. Boss. tit. de appell. num. 1. Farin. quæst. 101. nu. 1.* etiam
4 in crimine læsæ Majestatis, *Isern. in tit. quæ sint regal. rub. & bona commutationum, num. 86. Lancell. de attentat. p. 2. cap. 11. num. 20. Guaz. ad def. reer. def. 36. cap. 3. num. 1. vers. & quod* sed vide dicta infra *tit. 5. cap. 2. num. 71. & 72.* & licitum
5 est à quocumque gravamine appellare, *cap. ut debitus, de appell.* undè appellatione pendente
6 nihil est innovandum, nec potest Iudex in criminalibus exequi suam sententiam contra condemnatum pendente appellatione, quia appellatio, inspecto futuro statu, dicitur remedium suspensivum, inspecto statu præsenti, extinctivum,
7 *l. tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pact. de Fran. decis.*

decis. 370. num. 14. nec infra decem dies concessos ad appellandum, potest Iudex à quo ad actum aliquem procedere, aliàs dicitur attētatum, *l. un. ff. nil nov. appell. pend. cap. non solum, de appell.*

8 Et si Iudex secùs fecerit, gravitèr punitur, praecipuè de jure Reg. per quod si Iudex, non obstante appellatione, exequutus fuit sententiam mortis, debet mori, *Cap. si justè, Gram. consil. 15. num. 16. Scial. de foriud. cap. 12. num. 5. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 105. num. 5.* Quid de jure communi? vide *Farin. quaest. 101. n. 5.*

9 Nam, dum pendet appellatio, sententia habetur pro non lata, *l. 1. §. fin. ubi glos. fin. ff. ad S. C. Tertul. Capyc. decis. 202. num. 8. Affl. decis. 188. num. 5. & decis. 296. num. 3. Franch. decis. 370. n. 14. & decis. 602. n. 2.*

10 In tantùm, quòd si pendente appellatione à sententia condemnatoria ad mortem latâ cōtrà famosum Delinquentem, iste moriatur, sententia non potest exequi contra illius cadaver, ut benè fundat *Gizzarell. decis. 15. ex regula, text. in l. 1. §. constat vers. cum accipiemus, ff. de poen.* ex qua habetur, quòd pendente appellatione, non potest dici quis condemnatus, idem tenent *Guid. Pap. in tract. de appell. quaest. 120. col. 9. vers. quid si Reus moriatur, Gomez. var. tit. de delic. cap. 1. nu. 82. Lancell. de attenta. cap. 12. in praefat. num. 93. Guaz. ad def. reor. defens. 36 cap. 15. num. 3.*

11 Solùm contrà cadaver famosi delinquentis, potest sententia mortis exequutioni demandari, quoties ille moriendo delinquit, *l. 1. cum ratio. C. de his qui mort. sib. consc.* puta, si quis committendo gravissimum delictum fuit in actu capturae resistendo occisus à familia Curiae, vel si in flagranti delicto insiliens, & aggressor, fuit occisus, dum concitabat seditionem, ut in casibus relatis à *Clar. Igneo, & aliis,* adductis à *Gizzar. d. decis. 15.* & alius casus fuit practicatus in annò 1675. per Regiam Iunctam contra Rationalem Corradum, qui post passam mortis sententiam, venenum assumpsit, nam fuit cadaveri amputatum caput, & positū ante jannam M.C.V. in talamo pro hoc praeparato, cum inscriptione in fronte ejusdem Corradi denotante mortis sententiam, & exequutionem in illius cadaver, de quo dicemus *tit. 2. cap. 14. num. 18.*

12 Et licèt M.C.V. multoties soleat, pendente appellatione, transmittere damnatos ad Regias triremes loco depositi, tamen ex tali transmissione ad triremes non fit praejudicium causae appellationis, nàm permanent in triremibus loco carceris, & quòusque in gradu appellationis fuerit alitèr judicatum, *Cap. Lat. dec. 177. num. 6. vers. in qua, & n. 10.*

13 Sed haec transmissio ad triremes loco depositi non fit, nisi in delictis gravioribus, dummodo constet ex actorum visione adesse inditis, vel probationes, ex quibus certum sit, quòd inquisitus non posset effugere poenam triremium, vel mortis, *Cap. Lat. d. decis. 177. n. 7.*

14 Et nunquàm transmittuntur ad triremes, qui praetendunt gravamen à sententia, sub praetextu nobilitatis, quia ex accessu ad triremes infamia eis irrogatur, ut testatur *de Franch. decis. 139. n. 3.*

15 Sententia S.C. quae licèt aliàs armata manu debeat exequi, *prag. 5. de Off. S.C.* ad instar sententiae Praefecti Praetorii, *Auth. quae supplicatio, C. de prec. Imp. offer. Gram. decis. 35. n. 1. Guaz. defens. 36. cap. 8.* tamen si est lata in causa criminali, & continet damnum irreparabile, impeditur per reclamationem, *Franch. d. decis. 139. Tap in d. prag. 5. de Off. S.R.C. & in pragm. 37. de Off. Proc. Caes.*

16

17 Excepto si sententia S.C. lata in causa criminali fuerit conformis sententiae M.C.V. nàm tunc exequutioni demandatur, non obstante appellatione, *Franc. decis. 139. 470. & 710.*

18 Et tunc dicitur conformis, quando est in eodem genere poenae, & quoad totam poenam, unde si sententia M.C. condemnavit Reum ad triremes per annos quinque, S. C. per annos tres, quia sententiae non sunt conformes quoàd totā poenam, admittitur reclamatio, *Guaz. ad def. reo def. 37. cap. 2. n. 4. dubio de Luc. ad Fran. decis. 790. Ros. de decr. M.C. cap. 12. num. 26. vers. conformes.* Interposita verò appellatione à decreto diffinitivo datur carcerato novus terminus ad se defendendum, & ad faciendum quascumque defensiones in gradu appellationis, illamque potest justificare, ne dum ex eisdem actis, sed ex novis probationibus, *l. per hanc C. de temp. appell. cap. fraternitatis, de Testib. Const. Reg. incip. Iuris Peritorum altercationibus,* & potest inquisitus in dicto termino novos producere Testes, *Cap. dec. 81. Franch. dec. 470. num. 7. Cap. Latr dec. 178. Sanfel. dec. 23.*

Reperiuntur tamen aliqui casus in jure, in quibus non datur Reo appellatio à sententiis condemnatoriis, & si fuerit appellatum, nō impeditur sententiae exequutio. Primus casus est

19 in Reo confesso, & convicto, qui à sententia contra eum lata non admittitur ad appellandum, *l. 2. C. quor. appell. non recip. Clar. q. 94. Fran. decis. 556.* & non sufficit, si Reus solùm sit con-

20 fessus, vel solùm convictus; nàm conjunctivè debet esse confessus, & convictus, aliàs ipsi conceditur appellatio, *Gram. decis. 72.* & in *Const. si damna clandestina, num. 36. Covar. pract. quaest. cap. 23. num. 5. vers. 2. conclusio per tot. num. 5.* & ita practicari per S.C testatur, *Rov. in prag. 8. de Off. Mag. Iust. n. 3.*

21 Secundus casus est in Officialibus condemnatis pro delictis, quià tali condemnatione non appellant, *l. nulli, C. quor. appell. Viv. opin. 423. num. 1. Far. q. 101. nu. 83.* Quid dicendum in Officiali condemnato in sindicatu? dicemus in *tit. de sind. Official. cap. 14.*

22 Tertius casus est in sententia absolutoria, quae

quæ suam trahit exequtionem, in qua appellatio non admittitur, *Revert.decis.*49.ubi *de Mariu.in observ.nu.*2. dicit, quòd si Iudex ad scandala evitanda avocat ad se possessionem alicujus fundi, si capta informatione declarat possessorem, cui possessionem relaxat, interposita appellatione ab hac interloqutoria, quæ secum trahit exequtionem, nullo pacto per appellationem suspenditur, *Ang. Bert.cons.*45.*nu.*25.*lib.*2.

23 Quartus casus est in crimine falsæ monetæ, in quo Reo condemnato denegatur appellatio, *l.*1.§.1.*C.de fal.mon.Const.Reg. Adulterinam, Cap. Reg. Ut qua ab excellentia, Maran.de ord.jud. par.*2.*act.*2.*nu.*283. *Gomez. var.resol. tom.*3.*cap.*13.*num.*31.*in fin.Farin.quæst.*101.*nu.*52. Quòd intelligitur in fabricante falsam moneram, non autem in illam expendente, qui benè appellare potest, *Franch.dec.*351.sed vide dicta supra hoc eodem *tit.cap.*14.*nu.*4.

24 Quintus casus est in sententia excomunicationis, quæ per appellationem intarpositã non suspenditur, *cap pastoralis*,§.*verum,de appell.Silvest.verb.excomunic.*2.*n.*1.*cus.*7.*Navar.in sum. c.*27.*n.*159. *Gras.decis.*370.*Ricc.prax.par.*1.*res.*
25 437.dummodo sententia excõunicationis purè appareat lata, ut quia Iudex ex aliqua causa, sive justa, sive injusta aliquem excomunicaverit, nam tunc per appellationem non suspenditur excomunicatio, secus vero si sententia excomunicationis fuerit lata sub conditione, putà si declaretur Petrus excomunicatus si infra decem dies non satisfecerit, quod Ecclesiæ debet, si antequam compleantur dicti decem dies Petrus appellet, devolvitur appellatio ad Superiorem, etiam quoàd actum devolutivum, *cap.præterea, il* 2.*de appell.Lancell.de attent.cap.*12.*num.*10.*& seq. Guaz.ad defens. Reor.defens.*36.*cap.*15.*num.*9.*&* 10. *Marin.resol.quotid.lib.*1.*cap.*113.*n.*4.

26 Sextus casus est in insignis latronibus, seditionum concitatoribus, & factionum ducibus, contra quos sententiæ latæ exequtioni demandantur, non obstante appellatione, *l.constitutiones*, *ff.de appell.Gomez.d.cap.*13.*num.*31.*in fin.Decian.tract.crim.lib.*7.*cap.*59.*num.*5. *Farin. d.quæst.*101.*n.*53.

27 Septimus casus est in delicto notorio, in quo non datur appellatio, de quò dicemus in *tit.de confess.ex indit.indub.cap.*6.*n.*11.

28 Octavus casus est in sententia foriudicationis, a qua in Rég. non appellatur, sed tantum adversus eam possunt proponi nullitates, *Cap. Latr. decis.*161. *Campan.de forind. resolut.* 25. *num.*4.

29 Nonus casus est in sententiis criminalibus latis per Collaterale Consilium, à quibus non admittitur reclamatio, *Franch.decis.*637. *nu.*2. *Sanfel.dec.*321.

30 Alios casus, in quibus per appellationem interpositam non impeditur exequtio sententiæ videre poteris apud *Farin.quæst.*101.*per tot.* & *Guazzin.ad defen. Reor.defens.*36.

31 Sed in omnibus casibus, in quibus per appellationem non suspenditur exequtio, Iudex debet esse valde oculatus, ne statim illam exequtioni demandet, quia agitur de damno inreparabili, *Guazz.d.def.*36.*cap.*16.*n.*1.

32 Præcipuè si à Iudice ad quem fuerit inhibitus, tunc Iudex à quo non potest, nec etiam in casibus supra enumaratis suam sententiam exequtioni demandare, quia an appellatio admitti debebeat, vel non, spectat videre à Iudice ad quem, non verò à Iudice à quo, *cap. romana*,§. *sin autem, de appell.in* 6.*Ruginell: de appell.* §. 6. *glos.*7.*cap.*1.*num.*45.*vers.& melius, Mut.super rit.Reg.Sicil.*182.*Farin.quæst.*101.*nu.*109. *Mastril.decis.*176.*Rovit.in prag.*1.*de appell.n.*22.

33 Sed Iudex ad quem ante quam expediat literas inhibitoriales debet benè inspicere, & cõsiderare, si causa, & delictum meretur appellationem, aliàs non debet esse facilis in expediendo literas inhibitoriales, *Innoc. in cap. dilectus*,Io 2.*num.*3.*ex. de rescript in fin. Rovit.in rub.de appellat.n.*28

34 In eo tamen casu Iudex à quo poterit suam sententiam exequtioni demandare, non obstante inhibitoria Iudicis ad quem, quoties Iudex ad quem esset incompetens in cognoscendo de appellatione in illa causa, potà, si Regiæ Audientiæ procederent in aliqua causa ex delegatione, & superveniret inhibitoria M.C.V. cui
35 tali casu non tenentur obedire, ex quò à sententia Delegati appellatur ad Delegantem, ut dixi hoc *eod.tit.cap* 14.ubi etiam dixi, quòd de-
36 cretum assistentiæ affirmotium latum per Regias Audientias, & decretum continens condemnationem infra certam summam mandantur exequtioni, non obstantibus literis inhibitorialibus expeditis per M.C.V. quia de dictis casibus *pragmatica* clarè loquntur, nec ulla interpetratio dari potest: undà succedit regula, quòd Iudex ad quem cognoscit si appellatio sit deferenda, vel non, in casu dubio, non autem in casu indifficultabili, *Farin.d.quæst.*101.*n.*109.

37 Quoàd Fiscum verò ea est communis opinio, quòd de jure communi ei non sit prohibitum appellare à sententiis criminalibus, prout tenent, *Gram.decis.*14.*num.*2. aliique relati à *Guazz.ad defens.Reor.def.*36.*cap.*14.*num.*1 *Capyc.Lat.decis.*165.*num.*17.de quò valdè dubito ob rationam traditam, *cap.anteced.num.*1.*&* 6. quòd Fiscus criminum non sit cognitus de jure communi, & etiam, quia jura adducta à tenentibus talem opinionem, v.3.*l.illud*,la 2.*ff.de appell.& l.litigatoribus, C.eod.* hoc non probant.

38 Quidquid tamen sit, si de jure com. competat Fisco appellatio, illud est indubitatum, quòd non solum de consuetudine totius Italiæ prohibetur Fisco appellare à decretis liberatoriis, *Ludov.dec. Lucen.*1.*num.*41. *Farin.d. quæst.*101.*num.*32.*Guaz.d.cap.*14.*num* 1.sed in

F 39 Re-

39 Regno hoc cautum est expresè per *Rit.*258. & 261. *Capyc. decis.* 14. *Gram.dec.*14. *Nigr.in cap. Regn.Plerumque*, 4.*col.fol.*184. *Franch.dec.*148. *num.*1.*decis.*467.& *decis.*470. *Sanfel.decis.*35 1. *nu.*19. *Marin. resol.quotid.lib.*1.*cap.*150.*à nu.*1.

40 Benè tamen poterit Fiscus adversus decreta, vel sententiam liberatoriam petere recursum, *Franch.d.decis.*148.& *decis.*487. *num.*10.& 11. *Tap.in Jus Regn.cap Plerumque contingit,num.*

41 4.*Capyc. Latr.decis.*79.& *decis.*165.nàm prohibita appellatione, non censetur prohibitus recursus ad Superiorem, *Decian. tract. crimin.lib.* 8.*cap.*9.*num.*17. *tom.*2. *Menoch. de arbitr. lib.*1. *quaest.*70.*num.*18. & *quaest.*72. *Gramm.decis.*35. *num.*4. *Farin.quaest.*101 *num.*105. *Cartar. de interrog.reis,lib.*4. *cap.*1.*nu.*75. *Burg. de mod.proced.ex abrup.quaest.*100. *num.*100. & *seq.Canc. var.resol.lib.*3.*cap.*18. *num.* 19. qui recursus ei

42 conceditur, si se notoriè gravatum ostenderit, *Franc.decis.*148.*num.*6.*in fin.Pont.de potest.Proreg.tit.de elect. Official.* §.1. *num* 51. *Cancer. loc.*

43 *cit.num* 29.*vers.hinc licet*, unde majus gravamen requiritur in recursu, quàm si ageretur per viam ordinariam appellationis, *Carav.rit.*258.*in fin.Tap.in Ius Reg. Cap. Plerumque contingit*, *n.* 4. & *lib.*4.*tit.de sent.in scrip.profer.num.*40. *Capyc.Lat.dec.*165.*num.*20.*Marin.ad Revert.decis.*393. quod gravamen debet justificari ex eisdem actis, *Minad.decis.*127.*Mastrill.decis.*158. *num.*26.

44 Sed recursus per Fiscales Regiarum Audientiarum, est petendus in M. C. V. *prag.*10. §.49. *de Offic.Iudic.* & petito dicto recursu, si per dictam M.C.defertur dicto recursui,potest inquisitus obtinere à Praeside S.C.Regiam decretationem, quòd dicta M.C. verbum faciat in S.R.C. Quòd intelligitur, quando in causa proceditur ordinariè, nam si agitur ex delegatione recursus est petendus in Reg Coll. Consilio, & obtinetur Regia decretatio, quòd M.C.relationem faciat in Regio Collaterali Consilio; nam gravamen Delegati, debet produci apud Delegantem, *tot.tit.ff.quis, & à quo appell. l. pro Consulibus*, *in prin.l.praecipimus*, *ff.de appell.Guid. Pap.decis.*37.*num.*2.*de Marin.d.cap.*150.*num.* 6.*lib.*1. & facta relatione in Collaterali, ac discussis meritis causae, si Carceratus fovet justitiam, ordinatur, vel quòd eadem M.C.justitiam faciat loco reclamationis, vel quòd compilato processu loco reclamationis M. C. iterum relationem faciat, si autem ei denegatur reclamatio, ordinatur, quòd M. C. V. justitiam faciat, *Sanfel.decis.*4.*num.*10.*Rof.de decr.M.C.cap.*12. *num.*22.

45 Et petito per Fiscum recursu adversus sententiam liberatoriam, supersedèdum est in causa vertente in Regia Audientia; verùm si Auditoribus justum visum fuerit, possunt interim Reum sub Fidejussoribus liberare, *d.prag.* 10. §. 49.*de Offic.Ind.Danz.de pug.DD.tom.*1.*de Offic. Fisc.cap.*1.*num.*52.*Petr.d.rit.*258.*nu.*8.sed quòd per recursum non sint ligatae manus Iudicis inferioris,donèc sequuta sit inhibitio,tenent *Maran.in prac.tit.*& *quando appella.num.*118. *Cancer.variar.lib.*3.*cap.*18.*num.*17.

46 Ipse verò recursus est petendus à Fisco infra tempus, in quo peti potest appellatio, & regulatur ad instar appellationis, *Boer.decis.* 274.*n.* 9.*Capyc.decis.*28.*num.*11.*Caball. resol. crim.cas.* 109. *num.* 2. adeo ut, si sententia prolata fuerit à Iudicibus inferioribus, à qua appellatur infra decem dies, *Auth.sed hodie* , *C. de appell.*infra tantum tempus competit Fisco recursus, *Rovit.decis.*14. si verò sententia fuerit prolata à Iudicibus superioribus,à quorum sententia reclamatur infra biennium,*Auth.qua supplicatio,C.de prec. Imp. offer.* infra tantum tempus competit Fisco recursus, *Rovit.decis.*16.

47 Et si in tempore opportuno Fiscus non petierit dictum recursum, non potest admitti per viam restitutionis in integrum ad illum petendum, quia non reperitur in jure cautum, quòd Fiscus adversus sententiam restituatur; & in criminalibus Fiscus non restituitur, *Alfar. de Offic.Fisc.glos.*17.*sub num.*45. *Carav. rit.*71. *Franch.decis.*439.*Tap.in Const.Mulieribus,nu.* 6.*Rovit.inprag.*1. *num.* 20. *de ord. judic. Capyc. Lat.decis.*165.*à num.*35. *cum seqq. Marin. ad Revert.decis.*491.

48 Poterit tamen Fiscus succurri adversus sententiam criminalem liberatoriam remedio nullitatum; nam prohibita appellatione, non est prohibitum dicere de nullitate, *Boss.tit. de nullit.adv.senten.nu.*4. *Decian.tract.crim. lib.*8.*cap.* 9.*num.*15.*tom.*2.*Vivi.opin.*51. *num.*2. *Menoch. de adipis posses.remed.*4.*nu.*88. *cum seqq. Cancer. var.lib.*3.*cap.*58.*nu.*21.*Capyc. Latr.d.decis.*165.

49 *num.*24. quae nullitates per Fiscales Regiarum Audientiarum sunt proponendae in M. C. V. quemadmodum per Fiscalem dictae M.C. V. sunt proponendae in S.R.C. *Petr.d.rit.*258.*n.*7.

50 Et poterit Fiscus, de jure Regni, uti tali remedio proponendi nullitates usque ad annos decem; nam infra tanti temporis spatium possunt nullitates proponi principaliter, & per viam actionis, *prag.*77.*de Offic.S.R.C.prag.*4.§. 21.*de dilat.Rovit.in pragm.*5. *num.*13. *de ordin. judic.*

In tribus casibus non prohibetur Fisco in Regno appellare à decretis contra eum latis in

51 causis criminalibus.Primò si in judicio criminali principali emergant exceptiones declinatoriae opponendae,in quibus Fiscus succumbuerit, tunc potest formiter appellare, ex quò dicti incidentes non sunt criminales, nec habet necesse Fiscus petere recursum , *Franch. decis.*147. *num.*2. & *decis.*148. *num.*1. *Mastrill. decis.*32. *Sanfel.decis.*4.*num.*7.& 8. & *decis.*5.*Cap. Latr. d.decis.*165.*n.*42.43.& 44.

52 Secundò, si in causa criminali venit imponenda poena pecuniaria licet Fisco appellare, quia tunc causa dicitur civilis, *Coler.decis.*12.

Ca-

Capyc. Latr. d. decis. 165. nu. 41. de Luc. ad Franc. decis. 148. num. 3. Rof. de decre. M. C. cap. 11. num. 11.

53 Tertiò quoties Reus à coodemnatione coo-
tra eum facta appellat, isto casu censetur Fi-
scum tacitè adhæsisse appellationi, & pœna po-
test augeri, *prag. 7. de appell. Pon. de potes. Proreg.
tit. de elect. Official. §. 1. à num. 51. & cons. 61. nu.
58. & 59. Capibl. de Baron. prag. 8. n. 241.*
54 Quòd si in juditio adesset Pars quærelans, quæ
appellavit, oon censetur Fiscom tacitè adhæsis-
se appellatiooi, *Gram. decis. 14. Franc. decis. 467.
Pont. de potest. Proreg. d. §. 1. num. 53. Rov. in d.*
55 *prag. 7. de appell. num. 1.* undè si post appella-
tionem interpositam accusaos renunciaverit
appellationi, valet talis renoociatio in preju-
dicium Fisci, *Franch. decis. 467. & decis. 658.*
56 *Sanfel. decis. 21. num. 12* & existente Parte io ju-
ditio, qoæ quærelam exposuit, si Pars noo ap-
pellat, nec Fiscus potest isto casu appellare,
*Sanfel. d. decis. 21. num. 22. Prat. discept. forens.
lib. 3. cap 40. num. 78. Pet. d. rit. 258. nu. 15. & 18.*
57 Illud tamèn verum est, quòd Fiscus nõ admit-
titur ad pinguius probandum in secunda io-
stantia, *Par. de Pot. de sind. verb. inquisitio, cap.
2. Nigr. in Cap. Plerumque Capyc. deo. 87. & decis.
144. ubi Masul. Foller. in rub. conceditur repulsa,
Carav. rit. 258. Trois. rit. 71. Rof. de decr. M. C.
cap. 11. n. 7.*

SUMMARIUM.

1 *Appellatio à sententia condemnatoria infra quantum tempus debeat interponi.*

2 *Iudex poterit suam sententiam exequtioni demandare quando ab ea non est appellatum infra legitima tempora.*

3 *Appellatio pro Reo condemnato potest à tertio interponi, etiam invito Reo.*

4 *Sententia lata per Curias Provinciales, quando revideantur per Regias Audientias?*

5 *M. C. revidet processus condemnatarum à Reg. Audientiis.*

6 *Revisio sententiarum quare fuit introducta?*

7 *Curiæ inferiores tenentur transmittere Curiis superioribus copiam totius processus cum Carceratis.*

8 *Revisio sententiæ, an debeat fieri ex eisdem actis, vel cum novo termino? & n. 19.*

9 *Sententiæ in revisione, possunt reformari in melius pro Reo, non autem contra Reum, n. 10. & quæ sit ratio, nu. 11.*

11 *Observantia in Regno, quòd in revisione non potest Reus in pejus condemnari, sed in melius, unde sit desumpta?*

13 *Paupertas est justa causa restitutionis ad appellandum.*

14 *Fiscus in Regno non appellat à decretis liberatoriis, remissivè.*

15 *Coadiutoris Curiæ Baronalis, quæ sit potestas?*

16 *Coadiutor Curiæ Baronalis, quando causa est devoluta ad Reg. Aud. non representat amplius legitimam personam insistendi in iudicio.*

17 *Fiscus in judicio revisionis potest proponere nullitates, & petere augumentum pœnæ. & n. 19.*

18 *Nullitatis remedium reducit causam ad terminum status integri, & potest in gradu nullitatum sententia in pejus, vel in melius proferri.*

20 *Nullitates adversus sententiam, infra quantum tempus possint opponi?*

CAPUT XIX.

Revisio sententiarum Curiarum inferiorum, quæ fit per Regias Audientias, quare fuit introducta?

1 APpellatio à sententiis con-
demnatoriis latis per Cu-
rias Provinciales, debet
interpooi per Reos infra
decem dies, *Auth. hodie,
C. de appell. cap. ad consul-
tationem, de re jud.* nume-
tandos à die intimationis
sententiæ, *Musc. in prac. S. C. de appell. glos. potest,
num. 1. cum seqq.* aliàs si appellatio ooo fuerit
2 interposita infra dictom tempus, poterit Iudex
suam sententiam exequtioni demaodare,
Guazz. ad def. Reor. def. 36. cap. 1. num. 1. & licèt
à sententia cootineote gravamen cootinuum
possit de jure appellari post decem dies, *Gomez
var. cap. 9. num. 10. Lancel. de atten. cap. 12. limit.
50. num. 147.* tameo de consuetudine oon reci-
pitur, *Clar. quæst. 46. num. 2. Scacc. de appell. quæ.
17. limit. 97. memb. 1. num. 156. & seq. Guaz. loc.
cit. num. 5. in fin.* quæ appellatio in quacumque
3 causa crimioali, in qua fuerit quis condemna-
tus, sivè ad pœnam aliquam corporalem, sivè
ad pœnam ultimi supplicii, oon solum potest
à Reo condemnato interponi, sed etiam à ter-
tio, etiam si Reus vellet senteotiæ acqoiescere,
*l. non tantum, ff. de appell. Clar. quæst. 94. num. 4.
in fin. Gomez. de del. cap. 13. num. 31.* nec potest
illa expressè à Reo renunciari, *Scacc. de appell.
lib. 3. cap. 2. quæst. 5. n. 51. vers. amplia hanc, Guaz.
defen. 36. cap. 2. n. 1.*
4 Sed seotentiæ latæ per Curias Provinciales
cootinẽtes cõdẽnatiooes, quæ ooo possunt exe-
qutioni demãdari per dictas Curias, putà ad re-
migaodũ, tuoc condemnati oon consignaotur
triremibus, sed tales sententiæ revidẽtur per Re-
5 gias Audieotias, licèt condemnatus non ap-
pellavit; quemadmodùm M. C. V. revidet sen-
tentias condemnatorum à Regiis Audientiis,
quod fuit inductum pro emendandis erroribus
6 Iudicum inferiorum, & pro relevamine Reo-
rum gravatorum, *Danz. de pug. DD. tom. 1. tit.*

*de condemn.pro delic.num.6.*cum *seqq.* talisque
praxis revidendi sententias Iudicum inferio-
rum desumpta est ex *text.in l. Divus Adrianus,*
ff.de cust. Reo.Rov.in prag.6.n.4.de Off.Mag.Inst.
qui citat *prag.* 8.*de Off.Iud.*ac proinde quãdo per
7 Curias Inferiores transmittuntur carcerati ad
Regias Audientias, vel condemnati Regiarum
Audientiarum transmittuntur ad M.C. non
sufficit mittere solam copiam sententiæ con-
demnatoriæ, sed debet mitti copia totius pro-
cessus, *Rov.in prag.6.de Offic. Mag. Inst.num.*
4.& est cautum per *prag.*10.§.52.*de Off.Iud.*
8 Quia revisio debet fieri ex eisdem actis, &
aliud non est, nisi æquitas, nec est opus dare
novum terminum super revisione sententiæ,
Affl dec.79.& 243.Rov.in prag.1.de appell.n.21.
*Sanfel.decis.*91. licèt in hoc vidi diversimodè
practicarum in Reg.Audientiis.
9 In qua revisione, quandoque decreta refor-
mantur, quandoque pœna minoratur & mul-
toriès omnino Rei liberantur, *Rov.in d.prag.*
6.*de Off.Mag.Inst.num.*4.
10 Sed non potest sententia in judicio revisio-
nis reformari in pejus contra Reum, nec potest
ei pœna augeri, sed tantùm diminui, vel omni-
nò liberari, & ita in practica observatur.
Et quia non sufficit dicere ita observatur, nisi
assignentur rationes observantiæ, dico quòd de
11 hac observantia habetur in *pragm.* 7. *de appell.*
vers.come che stante, ibi *Come che stante l'osser-*
vanza, che si tiene per li Tribunali di non conden-
narnosi à maggior pena in caso che dal Fisco, ò dal
Coadiutore delle Corti non s'inerischi all'appel-
lationi.
12 Cujus observantiæ ea potest esse ratio, quam
sententia potest in melius in judicio revisionis
pro Reo reformari: quia dum Reus non appel-
lavit à sententia condemnatoria contra eum
lata, præsumitur id fecisse ob suam paupertatẽ,
13 quæ paupertas est justissima causa restitutionis
ad appellandum, §.1.*Auth de his qui ingred.*
ad appell. Io.Maurit.in tract.de rest.in integ.cap.
362.*Sanfel.dec.*93. *num.*1. meritò si non appel-
lavit ob paupertatem, dum revidetur sententia,
habetur ac si pro eo esset interposita appella-
tio, & potest ad ipsius beneficium sententia re-
formari.
14 Sed nõ potest pro Fisco in melius pronũciari,
ex quò non appellavit, nec in Regno potest ap-
pellare à decretis latis contra eum in causis cri-
minalibus, ut diximus *c.anteced.n.*39.præcipuè
si talis cõdẽnatio emanavit in Curiis Baronalib.
15 ubi adsunt Coadiutores, qui habent potestatẽ
compsrendi, impinguandi, & Testes examinan-
di, dum causa vertitur in dictis Curiis, ut dixi-
mus supra *cap.*17.*num.*12. sed postquam causa
16 est terminata in Curiis Baronalibus, & est de-
voluta ad Regias Audientias, Coadiutor Cu-
riæ non repræsentat amplius legitimam perso-
nam insistendi in judicio, quia ibi assistit Fi-
scus, *Rov.in rub.de sent.ferend.num.*24.*Capibl. de*
*Baron.prag.*8.*par.*1.*nu.*240. *Amend.ad Franch.*
*dec.*467. *num.*10. meritò pro Fisco non potest
sententia in melius pronunciari, quia ei obstat
exceptio rei judicatæ.
17 Sed cautela datur Fisco Regiæ Audientiæ,
qui si videt apertè sententiam continere mino-
rem condemnationem quam meretur, dum non
potest petere recursum, proponat in Regia Au-
dientia nullitates adversus dictam sententiam,
quòd ei est promissum infra annos decem de
jure Reg. ut supra diximus *d.cap.*18.*num.*48.&
18 tali casu, constito de nullitate sententiæ, po-
terit obtinere augumentum pœnæ, quia reme-
dium nullitatum reducit causam ad terminos
status integri, & potest in gradu nullitarum
sententia in melius, vel in pejus reformari, *l.*
tale pactum, §.qui provocavit, ff.de pact.Franch.
*decis.*370.*num.*14.*Prat.resp.crim.*32.*à n.*42.
19 Sed in tali casu puto non posse causã revisio-
nis expediri absq; termino, quia nullitates isto
casu nõ possẽt opponi à Fisco, nisi per viã actio-
20 nis, & principalis petitionis, ex quò nullitates,
quę opponũtur post sex dies à die decreti non
possunt opponi, nisi per viã actionis, *prag.*77.*de*
*Off.S.R.C.prag.*4.§.21.*de dilat.*quo casu super di-
ctis nullitatibus datur de novo terminus in cau-
sa, in quo Reus potest deducere ei incumbẽtia, &
potest se defendere, *Rov.in alleg.* inserta per *La-*
*gan.*post *Prag.* 5.*de offic. S.R.C.Sanfelic.decis.*96.
*n.*2.

SUMMARIUM.

1 *Officiales de jure communi durante eorum Offi-*
cio, non possunt discedere à loco, ubi tenent Of-
*ficia, idem de Iure Regni, num.*3.
2 *Senatores Galliæ Narbonensis ex gratia Cæsaris*
poterant deserere officia, non petita licentia.
4 *Officialis non potest, nec etiam pro causa necessa-*
ria pernoctare extra locum officii.
5 *Officialis finito tempore, an possit officium desere-*
re, non expectato successore?
6 *Pœna Officialis deserentis officium, qua sit de ju-*
*re communi? qua de jure Regni? num.*7.
8 *Auditor, qui exit per Provinciam, etiam pro*
explenda aliqua commissione Tribunalis supe-
rioris, sed absque licentia S. E. qua pœna te-
neatur?
9 *Præses deserendo Provinciam, qua pœna tenea-*
*tur? & num.*10. *& ex quibus causis ei pœna*
*minuetur? num.*11.
12 *Officialis discedens à loco Officii cum licentia non*
punitur.
13 *Officialis an possit discedere à loco Officii, &*
*relinquere locumtenentem, & nu.*19.*&* 35.
14 *In Officiis est electa industria persona, & interest*
Regi scire per quem administrentur.
15 *Rex solùm potest influere jurisdictionem, non*
verò Officialis.
16 *Infundere jurisdictionem est actus supremæ po-*
tentiæ.
17 *Omnis jurisdictio fluit, & refluit à Rege, tan-*
quam à fonte.

18 *Sub-*

18 *Substituens, & Substitutus in Officio, qua pœna teneantur.*
20 *Officialis, qui est solus in jurisdictione, quando discedit cum licentia, potest relinquere Locumtenentem, idem est tempore sua infirmitatis, num. 26.*
21 *Potestas talis Locumtenentis ad quæ extendatur? & n. 22. 23. & 24.*
25 *Dicitur talis Locumtenens Custos loci jurisdictionis.*
27 *Prorex Neap. an possit creare locumtenentem?*
28 *Capitaneus Baronalis an possit creare Locumtenentem, & per quantum tempus? & n. 29.*
30 *Baro potest constituere Locumtenentem per longum tempus.*
31 *Baro an possit creare pro Locumtenente Civem?*
32 *Locumtenens creatus à Barone præfertur Locumtenenti creato ab Officiali.*
33 *Quæ sit differentia inter locumtenentem creatum à Barone, & creatum ab Officiali?*
34 *Locumtenens non potest creare alium Locumtenentem.*
36 *Officialis substituens quando teneatur de culpis, & defectibus substituti?*

CAPUT XX.

Officiales an, & quando possint discedere à loco jurisdictionis, & relinquere Locumtenentem? de pœnis Officialium deserentium Officia, & de Locumtenentis potestate.

1 PRæses Provinciæ, Auditores Provinciales, & quilibet Minister, durante Officio, non possunt discedere à loco, ubi tenent Officium, quod cavetur de jure com. *l. si quis Decurio la 1. C. de Decur. lib. 10. Put. de sind. verb. licentiam, Mastr. de Magistr. lib. 1. cap. 29.*
2 *num. 6.* solùm Senatoribus Galliæ Narbonensis fuit ob maximam gratiam à Cæsare concessum, quòd non petita venia, poterant discedere suis in domibus profecturi, ut ex *Cora. Tacito, lib. 12. annalium 802. ab Urbe condita, n. 23.*

3 Et de jure Reg. hoc est statutum per *Const. Officia qua personis*, ubi *Affl. nu. 1. & 2. per rit. 7.* ubi *Carav. num. 8.* per *prag 5. §. 7. de Offic. Mag. Just* & *prag. 4 & 10. de Baron. prag. 2. §. 8. & prag. 10. §. 1. de Offic. Iud. Tap. jur. Reg. tit. de admin. Official. Rov. in prag. 8. de Offic. Iud. num. 2. Montan. de Regal. Offic. num. 3.* etiam si hoc faciant
4 pro causa necessaria; nam tali casu non possunt extra locum, ubi administrant Officium, pernoctare, *l. illud 15. ff. de Offic. Præsid.* ibi *Observandum est, ne qui Provinciam regit, fines ejus excedat, nisi voti solvendi causa; dum tamen abnoctare ei non liceat Pon. de pot. Proreg. tit. 3. §. 6. n. 8. Pet. rit. 7. n. 1.*

5 Et non solùm non est permissum Officialibus, durante Officio, discedere a loco administrationis, sed nec etiam eo finito, nam debent expectare adventum Successoris, & quòd ille capiat possessionem, & interim non relinquere Officium, sub pœna inhabilitationis ad exercendum similia Officia, *prag. 8. de Offic. Iud.* quæ desumpta est ex *tex. in l. meminisse, ff. de Offic. Proconf.* & in *l. si forte, ff. de Offic. Præsid. §. illud, Auth. de Admin. l. 1. C. ut omn. Iud. tam civil. quam milit.* & adest etiam *Cap. Reg. Scire vos volumus*, & tenent *Carav. rit. 295 num. 7. Nig. in d. Cap. Scire vos, num. 4. Franch. decis. 393.* sed interim debent habere salarium pro rata temporis, *Nig. loc. cit. num. 5. Roman. sing. 390. Arnen. probl. 20. Gratian. discep for. 184. num. 46. Bovad. in polit. lib. 2. cap. 2. num. 23.* nisi Officialis esset Delegatus, nam tunc non tenetur continuare Officium, usque ad adventum Successoris, sed finito tempore delegationis potest discedere, *Gui. Pap. decis. 501. Grati. l. c. num. 47. Fontan. de pac. nupt. tom. 2. cla. 4. glos. 10. p. 1. num. 49.*

6 Unde si Officialis, durante Officio, discedat à sua jurisdictione, ejus pœna de jure com. est, ut perdat salarium integrum, *l. 3. §. qui militia, ff. de re milit. l. illud, ff. de Off. Præsid. Bald. in l. adem, C. loca. Nig. in Cap. Statuimus ut quoties, num 6.* & redditur inhabilis ad alia Officia exercenda, *Paris de Sind. in princip. Mastr. de Magist. lib. 1. cap. 21. num. 52. cum seqq.*

7 De Iure Reg. pœna Officialis deserentis Officium est statuta in eisdem literis patentalibus, quæ illis consignantur pro capienda possessione officii, quarum tenorem inserere curavit, *Mart. ad Gizzarell. decis. 30. num. 1.* ut scilicet amittat ipso jure officium, illiusque administrationem, & privetur salario ab illo die, quo discessit, *Franch. decis. 455. Mastrill. l. c. nu. 57.*
8 quibus non obstat *Pragm. 10. §. 1. de offic. Judic.* ubi est statuta pœna privationis officii per mēses sex Auditori Provinciali, qui recedit à Tribunali, & progreditur per Provinciam, etiam pro explenda aliqua commissione alterius Tribunalis majoris, quia dicta *Pragmatica* loquitur, quoties Auditor non exit extra jurisdictionem, sed solùm à loco Tribunalis, quo casu intrat privatio officii pro menses sex, sed quoties exit extra locum jurisdictionis, tunc habet locum pœna totalis privationis officii, juxtà superiùs dicta.

9 Quæ pœnæ deserentium officia augentur Præsidi Provinciali, qui cum sit armorum Gubernator, relinquendo Officium, dicitur Desertor militiæ, cujus pœna deserentis militiam est capitalis, *Auth. de Admin. §. si quis autem, San-*
10 *fel. decis. 221.* sed respectu Præsidis, qui deseruit Pro-

Provinciam, fuit per S.C. intellecta pro deportatione, quæ est pœna capitalis, *Gizzarel. decis. 30. num. 14.* eidemque Præsidi talis pœna minoratur, si ei supervenerit justa, aut necessaria
11 causa, puta Infirmitas propria, Filiorum, aut Uxoris, vel periculum vitæ famæ, sive majoris rei familiaris, *l. neque infantes in princ. ff. de fideicom. liber. Gizzar. d. dec. 30. num. 17. cum seqq. Rov in prag. 8. de Off. Iud. n. 2.*

12 Verum omnes supradictæ pœnæ statutæ contra Officiales delinquentes Officia cessant, quoties Officiales Regii habuerunt licentiam à S. E. & Baronales à Baronibus, *prag. 8. verb. salvò si obtinuerint, de Offic. Iud. Franc. decis. 455.*

13 Nec potest absque licentia, ut supra, Officialis discedere à loco administrationis, & relinquere locumtenentem, quia hoc est prohibitum Officialibus in Officiis habentibus justitiæ administrationem, *l. fin. ff. de Off. eius, cui mand. est jurisd. l. nullus qui nexu, C. de decur. lib. 10. l. inter Artifices, ff. de sol.* & in Reg. adsunt *Const. Duram, & diram. Const. Officia*, & *Const. Statuimus, rit. 2. prag. 1. de Admin. & quòd ipsimet, prag. 2.*
14 *§. 7. de Offic. Iud.* ex quò in officiis est electa industria personæ, & interest Regi scire per quem administrentur, *Gram. decis. 22. num. 12. Pont. decis. 28. num. 47. Scagl. rit. 2. num. 1. Giurb. cons. 36. à num. 1. usque ad num. 4.* nec potest Officia-
15 lis influere jurisdictionem in Locumtenentem, sivè substitutum, quia hoc facere spectat ad Regem, *Azeved. lib. 2. num. 4. tit. 5. lib. 3. recop. Avendan. cap. 4. prat. num. 43. lib. 1. Tap. lib. 2. jur.*
16 *Reg. fol. 126.* & est effectus supremæ potentiæ, *cap. 1. quæ sint regal. Bald. in cap. 1. quis dic. Dux, Pont. dec. 2. num. 2. Mart. de jurisd. par. 1. cap. 42.*
17 & omnia jurisdictio residet pœnes Principem, & ab eo tanquam à fonte fluit, & refluit, *Bald. in cap. 1. hic fin. lex Corrad. Mastr. decis. 300. num. 1. lib. 3. Amat. var. resol. lib. 2. cap. 65. n. 32. Staib. resol. for. lib. 2. cap. 188. à num. 2. Prat. respon. crimin. 7. num. 28.* ac proindè per *Const. Reg.* incip.
18 *Officia. quæ personis*, tàm substituens, quàm substitutus tenebantur pœna capitali, quę deinde fuit restricta ad privationem officii, ut in *Const. Regni Duram, & diram, Affl in d. Const. Officia, quæ personis, num. 3. Mel. ad Gizzarel.*
19 *decis. 30. nu. 21.* & non possunt Officiales alium substituere in eorum locum, nec quidem momento temporis, *Pont. cons. 137. num. 1. vol. 2. Pet. rit. 7. n. 37. vers. omnes.*

20 In illo vero casu puto posse Regium Officialem relinquere locumtenentem, quoties esset solus in jurisdictione, & haberet licentiam à Prorege discedendi per aliquos dies, nam tunc, potest dictum locumtenentem relinquere, *tex.* est expressus in *Auth. de collator. §. ad hæc prohibemus, in fin. ibi, Sed si quis ex Iudicibus secundum jussionem nostram in aliam regionem mittatur, liceat ei per similem modum loci servatorem suum facere,* qui locumtenens tali casu non po-
21 test aliquem carcerare, *Bart. in l. 2. ff. de jurisd. omn. Iud. Paris tract. de sindic. verb. substituius,*
22 non potest torturam ordinare, *Affl. in Const. Reg. Duram, & diram num. 6. Barab. sing. sindic.*
23 *114.* non potest causas expedire, *Nigr. in Cap. Reg. Quia de Vicariis, num. 11.* nec facere acta
24 ordinatoria in causis, & acta facta sunt nulla, *l. 1. ff. de offic. ejus, Auth. cum apud eloquentissimum, C. de fid. instr. Const. Reg. In pecuniariis, §. ad hæc prohibemus, Sanfel. decis. 362.*
25 *num. 11.* & in summa aliud non est tali casu locumtenens, nisi Custos loci jurisdictionis, quòd clarè indicant illa verba *text. in d. §. ad hæc prohibemus. Loci servatorem suum facere*; que-
26 madmodum licet Officiali in casu supradicto, tempore suæ infirmitatis constituere locumtenentem, *l. 2. ff. de offic. ejus, qui vic. ger. Caravit. rit. 7. num. 3. Azeved. lib. 4. tit. 9. nu. 5. Rovit. in prag. 2. de Admin. & quod, num. 7. cum seqq. Scagl. rit. 7 num. 2. Giurb. cons. 36. nu. 11.* qui locumtenens est similiter custos loci jurisdictionis, eodem modo, quo supra diximus de locumtenente creato in casu absentiæ.

27 Sed Prorex Regni Neap. ex justa causa, putà absentiæ, vel infirmitatis, potest creare locumtenentem, *Tap. decis. supr. Sen. 9. Riec. coll. decis. 2542. Pont. de potest. Proreg. tit. 7. §. 6. Novar. in prax. elect. fer. §. 7. sect. 2. Rov. in prag. 2. de Administr. & quod, num. 6. Roec. de offic. rubr. 11. n. 7.*

28 Capitaneus verò Baronalis justa causa existente, videlicet absentiæ, & infirmitatis, potest constituere locumtenentem, pro ut de consuetudine testatur *Novar. de gravam. Vassall. tom. 3. gravam. 91. num. 12. Capibl. de Baron. prag. 3. nu.*
29 *221. & 222.* quæ potestas creandi locumtenentem conceditur Gubernatori usque ad quindecim dies, secundum *Franch. decis. 98.* sed posse talem Gubernatorem creare locumtenentem usque ad dies viginti, tenuit *Capiblan. loc. cit. n. 117.* & aliquando plus, dicit *Pet. rit. 2. num. 49.*
30 ad differentiā locumtenentis creati à Barone, qui potest ad longum tempus deputari, *Thesaur. decis. 268. Rovit. in prag. 5. de sindic. Official. num. 3. & 4.* sed non potest creare Civem pro lo-
31 cumtenente, nisi ob deficientiam extraneorū, *Petr. rit. 63. num. 14.* qui ita decisum refert, & in
32 concursu locumtenentis creati à Barone cum locumtenente creato ab Officiali, præfertur locumtenens creatus à Barone, *Ricc. collect. decis. 1078. Thor. in comp. decis. par. 1. verbo locum-*
33 *tenens Officialis*, similiter locumtenens creatus à Barone habet cognitionem causarum meri imperii, sed constitutus à Capitaneo non habet talem cognitionem, *Rovit. in prag. 5. de sind. Offic. num. 5. Capibl. de Baron. prag. 3. num. 2 2. Sanfel. decis. 362. Thor. in comp. decis. verb. locumtenens, par. 2.*

34 Sed Locumtenens, sivè sit creatus à Barone, sivè à Gubernatore, non potest constituere alium Locumtenentem, *Capyc. decis. 151. Boer. decis. 152. Riec. coll. 2542.*

Quæ supra exaravimus, quòd Officialis de-

beat

beat perſooalitèr, & de per ſe ſetvite, nonautem per ſubſtiturum, habeot locum in Officiis habentibus juriſdictionem.

35 Quid verò ſit ſtatutum io Officiis noo habentibus juriſdictionem, an, & quando poſſit, habens Officium exercere per ſubſtitutum, videas *de Marin.ad Rever.deciſ.*390.*Recc.de Offic.rub.*4.*Galeo.reſp.fiſc.*11.

36 Er quando Officialis reneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti, vide *Revert.deciſ.*325.*Rovit.conſ.*86.*lib.*1.*Camil.de Medic.conſ.*31.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis, durante Officio, an poſſit ab Officio amoveri?*

2 *Princeps non poteſt ad nutum abſque cauſa removere Officiales ab Officio.*

3 *Remotio ab Officio affert magnum dedecus.*

4 *Officiales qui fuerunt remoti a Cardinali Borgia, qui a Marchione de los Velez, n.6. qui ab Hiſpaniarum Monarcha, num.7. & qui à D. Petro de Toledo, & à Duce Oſſunæ? n.8.*

5 *Excellentiſſimi Marchionis de los Velez, Regni Proregis laudes.*

9 *Officialis, durante anno, habet jus radicatum in Officio.*

10 *Mortuo Rege, non expirat poteſtas Proregis.*

11 *Vendito, vel locato feudo, Officialis electus a Barone, an poſſit amoveri ab emptore, vel locatore? & nu.12. & 13.*

14 *Reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptoris.*

15 *Prædeceſſor non poteſt immittere falcem in meſſem ſucceſſoris.*

16 *Prorex quando poſſit providere Officia poſt adventum Succeſſoris?*

17 *Poteſtas Proregis prædeceſſoris quando ceſſat per adventum ſucceſſoris?*

18 *Officialis, finito Officio, non poteſt pro anno ſequenti confirmari, nec in eod. loco pro anno ſequenti ad aliud Officium admitti, num.19. nec ibi poteſt eſſe Iudex appellationis, n.20.*

21 *Officialis ſemel confirmatus, non poteſt amplius confirmari.*

22 *Officiales debent eſſe annales, & quæ ſit ratio?*

23 *Electio in totum annullatur ſi Officialis, qui debet eligi per annum, eligatur per plures annos.*

24 *Qui Miniſtri ſint perpetui, & qui annales?*

25 *Officiales poſſunt per Proreges in eodem loco per plures annos confirmari, & quare?*

26 *Officialis, continuatis temporibus, poteſt admitti ad idem Officium in diverſis locis.*

27 *Officialis tandiù debet vocare, quandiù exercuit.*

28 *Actuarii, finito anno, ſi parverint ſindicatui, poſſunt in eodem loco exercere.*

29 *Officialis in parva Terra poteſt idem Officium per plures annos exercere.*

30 *In parva Terra poteſt una met perſona exercere Officia Gubernatoris, & Actuarii.*

31 *Officia abſq. juriſdictione poſſunt concedi ultra annum.*

C A P U T XXI.

Officialis an poſſit ab Officio amoveri, & an finito tempore poſſit confirmari?

QUemadmodum Officialis nō
poteſt deſerere Officium,
1 juxtà ſuperiùs *Cap. anteced.*
exarata, ità Officio durante,
non poteſt Officialis ab
Officio amoveri, *Bald. in l.
Iuris peritos, ff. de excuſ. Tut.
Iſer. in Cap.* 1. *verb. poteſtas, num.*2. *quæ ſint Regal.*
ubi *Affl. Maſtr. de magiſtr. lib.*1.*cap.*27.*num.*16.
2 nec Princeps poteſt ad nutum Officiales removere
abſque urgenti cauſa, *Menoc. in add. ad lib.*
1.*de arb. Iud. quæſt.*55.*Io. Guttier. de jura. confir.
par.*1.*cap.*58 *num.*19. *Tap in Conſt. Reg. Principes, cap.*9.*num.*86.& 88.*Fragoſ. de reg. Reip. par.*
3 1.*lib.*3.*diſp.*5.*num.*42. qùia remotio ab Officio
cauſat magnum dedecus, & non debet Princeps
abſque cauſa aliquem injuria afficere, *Boer. deciſ.*149.*num.*12.*Ceval. pract. quæſt. com. con. com.
quæſt.*45.*num.*17.*Ricc. coll.*2544.*Georg alleg.*46.
*num.*47.*Cancer. var. lib.*3.*cap.*12. *num.*19. *cum
4 ſeqq.* cumque Card. Borgia, tunc Reg. Prorex,
durante biennio, privaſſet ab Officiis Iudicatus,
& Auditoratus diverſas perſonas, fuerunt à
Card. Zappata ſucceſſore reintegratæ, *Capibl.
5 ſing.*136. & tempore feliciſſimi adventus in administratione
hujus Regni Excellentiſſimi, &
Sapientiſſimi Principis Dom. D. Joachim Faxardi
Marchionis de lòs Velez, qui Regnum
totum, tanquàm novus Apollo ad lumen, ac
6 vitam evocavit, vidimus aliquos Auditores privatos,
& per eundem integerrimum Principem,
7 cognita veritate, reintegratos, & annis elapſis
ab Invictiſſimo Hiſpaniarum Monarcha fuerunt
Officio de facto privati aliqui Conſiliarii,
Præſidentes Regiæ Cameræ, & Iudices M. C.
perpetui, quorum aliquos poſtea vidimus reintegratos,
pauci verò non potuerunt obtinere;
8 quemadmodum contingit tempore D. Petri de
Toledo, & Ducis Oſſunæ, quorum tempore
diverſi Iudices fuerunt Officiis privati, & nunquàm
reintegrati, licèt pro ipſis calamum arripuiſſet,
*Cap. Latr. lib.*1.*conſul.*47.
9 Habet autem Officialis jus radicatum io officio,
durante tempore Officii, & ſua poteſtas
non remanet extincta per mortem concedentis,
ut de Prorege Neap. à Rege conſtituto, cu-
10 jus poteſtas non extinguitur mortuo Rege,
teſtantur *Capyc. in repet. Cap. Imperialem col.*33.
Fon. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §.6.*nu.*4.
11 Et Officialis electus à Barone, qui poſt cap-

tam

tam possessionem vendidit feudum, vel illud
locavit, non potest amoveri à novo emptore,
vel locatore, *Cavalc. in reper. ejus decis. verb. ele-
ctio, fol. 22. & decis. 25. par. 2. Pasch. de pat. pot. par.
4. cap. 6. ante num. 36. Pet. rit. 2. n. 54.*

12 Quinimò, si fuerit tantùm aliquis provisus
pro Officiali de Officio in aliqua Terra, quod
jam vacat, & postea dicta Terra fuerit vendita,
non potest Baro Successor impedire capturam
possessionis primo proviso, licèt sit in sua ele-
ctione solvere loco interesse salarium promis-
sum, & Officium alteri conferre, *de Franc. de-
cis. 216. Rov. cons. 81. de Marin. resol. quotid. lib.
1. cap. 30. num. 5.*

13 Si verò tempore quo Emptor Terræ cepit
possessionem feudi Officium non vacabat, &
ob id Officialis electus non cepit possessionem,
tunc novus Emptor non tenetur stare facto
venditoris, ex *reg. l. Emptorem, C. loca. Brog. de-
cis. 25. Capibl. in prag. 5. de Baron. nu. 106. & 107.*
14 non solùm ex illa regula, quòd resoluto jure
datoris, resolvitur jus acceptoris, *l. lex vectiga-
lis, ff. de pig.* sed etiam quia, cum dictum Offi-
cium non vacabat tempore venditionis factæ,
15 non poterat prædecessor immittere falcem in
messem alienam, *Franch. decis. 393. Rovit. d. cons.
81. lib. 1.* qui ob eandem rationem tenent, quod
16 Prorex potest providere omnia Officia, quæ
tunc vacant, non obstante adventu successoris,
sed vacaturos nequit providere *de Marin. resol.
quotid. lib. 1. cap. 30. num. 8. Dom. Consil. Altim.
ad dictum cons. 81. Rovi. num. 16.* nam adventus
2.de susp.Official.Aufrer.de recusat.35.causa.

29 Unde Consil.Varela, qui protulit hæc verba,
Così l'hà fatto ammazzare il Marchese d'Oria il
Marchese di Pescara, come Io sono il Consigliere
Varela, fuit allegatus suspectus pro parte dicti

H Mar-

Marchionis Piscariæ, & per Delegatos fuit di-
ctum, quòd non interveniat, *Sanfel. decis.80.*
30 *num.5.*qui *num.2.& per totam* retulit decisum,
illud Iudicem fuisse declaratum suspectum, qui
dixit, *che merita mille morti, per esser huomo in-
fame, e che se Io era solo nella causa, lo voleva far
trovare appiccato una matina*, & Cons. Theod.
31 fuit declaratus suspectus, ex quò dixit, *che la
sentenza li pareva troppo aspra*, ut refert *Petr.rit.
265.n.179* quia ex istis verbis cominatoriis, &
32 injuriosia, solet causari inimicitia, ut ex ea su-
spectus possit Iudex indicari 30.*qua.1.cap.quod
suspecti, Abb.in cap.cum cessante, num.8.vers.aut
enim, de appell.Sanfel.d.decis.80.num.4* & etiam
33 quia tali casu Iudex propalavit votum suum,
quo casu potest uti suspectus recusari, *l. eos, C.
de appell.l.ubi falsum, C.ad l.Corn.de fal.Pon.cons.
99. Gratian. discept.for.lib.1. cap.100.num.57.
Fontan.decis.9.num.2.& 3.p.1.* & dicitur etiam
Iudex propolare votum suum, ex quo potest su-
34 spectus declarari, si tempore quo facit relatio-
nem referat facta, quæ desunt in processu, di-
cens quod motiva partis adversæ sunt infirma,
& jura alterius partis adeo valida, ut illis con-
gruè respondere non poterat, ut decisum refert
Reverter.decis.229.

35 Inimicitia verò affectata, & malitiosè pro-
curata cum Iudice, ad hoc ut eum allegaret su-
spectum, non est justa causa recusationis, *Re-
buff.in Const.Gallicas, in tract.de recusat. artic. 9.
glos.1.num.11.& 12.Sanfel.decis.81. n.3.*

36 Ratione amoris Officiales Reg.Aud.possunt
suspecti declarari, si ex Officialibus reperitur
aliquis Officialis conjunctus uni ex litiganti-
bus, nam potest ab altero suspectus alligari, *l.
humanitatis, C.de excus.Tut.cap.absens, 2. quæst.
8.Fontanel.decis.11.num.4.tom.1. Mastr. decis.
26.* idem est si fuerit Compater alterius partis,
37 qui potest uti suspectus recusari ab altera par-
te, *Marant par.6.verb.appellatio, num.71.Paris
de Put.de synd.verb.suspitio, cap.1.nu.10.Guazz.
38 ad def.Reor.def.1.cap.21. num.* 51. idem si fue-
rit nimis familiaris unius ex Partibus, qui ex
hoc poterit suspectus allegari, *Rov.cons.8.num.
6.Pont.de potest.pror.tit.3.§.6.num.1. de Mari.
ad Rever.decis.458.num.1.* cæteros recenset *Pet.
d.rit.265.num.* 144. ubi idem dicit de Iudice
39 commensali alterius Partis, vel si sit valdè ami-
cus Partis, quòd Iudicis arbitrio remittitur,
*Mainard.dec.93.lib.1. Larr.decis.granat. 48.n.
17.* Unde Præses, Auditores, & Fiscalia debent
esse valdè cauti tempore quò faciunt accessum
per loca Provinciæ, ut non comedant simul
cum Partibus, nec cum eis hospitentur, quia
40 ex hoc solum possent recusari, *Rov.in prag.63.
nu.2.de Offic.S.C.& prag.1.num.63. de susp. Of-
ficial.de Mar.resol.quotid.lib.1.resol.190.nu.13.
Pet.d.rit.265.num.145.& 146.* qui plures deci-
siones adducit.

Sed non sufficit habere causas suspitionis
contra aliquem ex Officialibus Reg. Audientiæ,
41 nisi fuerit à Parte recusatus; nàm omnia acta,
ac etiam sententia lata ab Auditore suspecto,
sed à Parte non recusato, sunt firma, & valida,
*cap.Iudex ab Apostolica, de off.Deleg.in 6.cap.2.
requirit, §.1.extr.de appell.l.apertissimi, C.de jud.
Bertaz.cons.550.num.10.Tap lib.3. Iur. Reg.tit.
de susp.Official.prag.23.sub num.25.vers. his ta-
men non obstantibus, Mastril.decis.151. à nu.16.
cum seqq.*

42 Sed postquā fuit proposita causa suspitionis
suspēditur Officialis jurisdictio, & pendente re-
cusatione processus fit nullus quòad omnes,
*Osasc.decis.84.Lancellot.de attentat.cap. 6. num.
4.& seq.Nig.in Cap.Reg.216.num.16. Guaz. ad
defens.Reor.def.1.cap.19.num.54. & cap.20. nu.
1 Tusc.concl.913.num.25.& seq. tom.7. Sanfel.
dec 85.Grat.discep.for.cap.701.nu.16. cum seqq.
Rov.in prag.1.de suspit.Offic.num.43.* & si Iudex
pendente suspitione se ingerat in causa, ex hoc
solum redditur suspectus, licèt causa allegata
sit falsa, *Bertaz.cons.crim.8. num.8. vol.1. Gar-
giar.patrocin.40.num.6. Osas.decis.84. num.11.
Rovit.loc.cit.num.44 Giurb.cons.9.n.14.*

43 Pendente verò discussione recusationis Au-
ditor recusatus, nec etiam potest esse præsens
discussioni, & relationi causæ, *Capyc.decis.138.
num 5 Guaz.ad def.Reo.def.1.cap.19. num.36.
Giurb.d cons 9 num.2.Capyc.Latr.decis.87.num.
14.Rovit.d.prag.1.num.47.* & facit ad proposi-
tum *prag.40.de off.S.R.C.*

44 Supra dicta, quòd valeant acta facta à Iudice
suspecto ante propositam recusationem, nota-
biliter limitantur, quoties Iudex est suspectus
ex offensione ei facta uti personæ privatæ, nàm
tunc non potest Testes examinare, nec fabricare
processum, nec procedere ad actum aliquem,
aliàs omnia per ipsum gesta sunt nulla, *Cabal.
resol.crimin.cas.128.nu.7.& 10. Guaz. d.defens.
1.cap.18.n.13.*

S V M M A R I V M.

1 *Procurator Fiscalis Reg. Aud. antiquitus crea-
batur à Præside, hodie à Principe, n.2.*
3 *Officium Procuratoris Fiscalis est vendibile.*
4 *Procurator Fiscalis est à latere Advocati.*
5 *Præcedit omnibus Advocatis.*
6 *Procurator Fiscalis Reg.Cameræ præcedit omni-
bus Rationalibus.*
7 *Fisci Patronus absque Proc. Fiscali nihil facere
potest, quid observetur in praxi? & n.8.*
9 *Procurator Fiscalis omnia tenetur facere cum
consilio Advocati Fiscalis.*
10 *In Tribunali sedet immediatè post Advocatum
Fiscalem cum scabello.*
11 *Non potest assistere in Aula tempore quò votan-
tur causæ.*
12 *Procurator Fiscalis potest ex privilegio sedere
in Tribunali tempore decisionis causarum.*

13 De-

13 *Debet assistere in Tribunali tempore decisionis causarum quando in aliqua Audientia non esset commoditas se absentandi propter angustiam domus.*

14 *Procurator Fiscalis an absente Advocato Fiscali possit firmare cartellas carceratorum, pro illorum escarceratione?*

CAPUT XXVI.

Agitur de officio Procuratoris Fiscalis Regiæ Audientiæ.

1 ANtiquitus Procurat. Fiscalis Reg. Audent. creabatur à Præside Provinciali, ut in *Const. Præses Provinciæ*, ubi
2 *Affl. num.* 19. hodiè verò creatur à Rege, *Carav. rit.* 17. *num* 4. *circa fin.* & est
3 officium vendibile; nàm in Regia Camera liberator ad extinctum candelæ plus offerenti, *Thor. in compend. decis. par. 2. verb. Procurator Fiscalis, fol.* 514.

4 Procurator Fiscalis est à latere Advocati Fiscalis, *Cassan in Catal. glor. mundi*, *par. 7. consid.*
5 34. & præcedit omnib. Advocatis, *Danz. de pug. DD. tit. de off. Fisc. num.* 8. & Procurator Fiscalis
6 Reg. Cameræ præcedit omnibus Rationalibus, *Galeo. contr. jur. lib. 2. contr.* 11.

7 Vnde per *rit. M.C.V.* 17. est statutum quòd Fisci Patronus, absque Procuratore Fiscali nihil facere possit, & idem jubetur in *pragm.* 36. *in fin. de offic. S.R.C.* sed in pract. observatur, quòd
8 Advocatus Fisci, etiam Procuratore non existēte in Tribunali faciat actus, & instantias necessarias, quia illius præsentia requiritur tantum pro solemnitate actus, & in ejus persona possunt fieri replicationes causarum, intimationes scripturarum, & aliorum actuum concernentium ordinem judicii, *Carav. d. rit. 17. num. 2. & 4. circa fin. Tap. lib. 2. jur. Reg. rub. 14. de offic. Advo. & Proc. Fisc. Petr. d. rit. 17. n. 3.*

9 Sed Procurator Fiscalis omnia tenetur facere cum consilio Advocati Fiscalis, & si aliquid faceret absque tali consilio est nullum, *Sanfel. decis* 85. *n.* 3.

10 In Tribunali sedet immediatè post Advocatum Fiscalem cum scabello, non autem cum
11 sella, prout passim observari vidi. Et virtute Reg. *prag. 5. §. 3. de off. Mag. Iust.* non potest assistere in Aula Reg. Aud. tempore quo votantur causæ Fiscum tangentes, *prag.* 10. *§. 16. de off. Iud. Tho. in comp. decis. p. 1. verb. Procurator Fi-*
12 *scalis*, sed benè à Rege ei concedi posset talis potestas; quia ab eo fluunt, & refluunt jurisdictiones, tanquam à fonte, *Bald. in rub. C. de præscrib. Imp. offer. And. in Const. Privilegia.* unde cum Emilius Ianutius obtulisset in Regia Camera certam summam pro emptione officii Procuratoris Fiscalis Regiæ Audientiæ Calabriæ citra, cum conditione in oblatione, ut sedere deberet in Aula, etiam tempore decisionum causarum, & fuisset ei extincta candela, non obstante quod Civitas Cusentiæ postea se opposuisset, per Reg. Collat. Consil. fuit ordinatum, quòd consignetùr possessio juxtà oblationem, *Thor. par. 2. verb. Procurator Fiscalis, fol* 514.

13 Quemadmodùm Procurator Fiscalis deberet etiam in Aula sedere tempore decisionis causarum, si in aliqua Audientia non esset cōmoditas se absentandi propter angustiam domus, quia esset indecens, & indecorum tempore decisionis assistere cum aliis extra Tribunal, quasi non esset de gremio Officialium, ut decisum per Collaterale Consilium refert *Thor. in comp. decis. p. 1. verb. Procurator Fiscalis*, *& si antiquitus.*

14 An absente Advocato Fiscali Procurator Fiscalis possit firmare cartellas carceratorum pro eorum escarceratione, affirmāt *Novar. in pragm.* 10. *de off. Iud §. 8. & Thor. in comp. decis. part. 3. sect. 2. verb. Procurator Fisci*, idem tenent in Proc. Fiscali Reg. Audientiæ, non autem in Procuratore Fiscali M. C. V. sed vide eundem *Novar. d. prag. 10. num. 239. & decis. 33. num. 4.* qui tenet quòd in Regiis Audientiis absente Fiscali ejus loco pro Fiscali intervenit ultimus Auditor.

SUMMARIUM.

1 *Actuarius tenetur præsentare in loco ubi intendit exercere perquisitiones M. C. & propria Patria, qualiter non est inquisitus, alias nequit exercere.*
2 *Actuarius debet esse annalis.*
3 *Absolutus in sindicatu potest exercere pro anno sequenti.*
4 *Tenetur in principio officii præstare cautionem de parendo sindicatui.*
5 *Actuarius tenetur præstare cautionem de parendo sindicatui in loco, ubi exercere intendit, non autem in M.C.V. num. 7. & quæ sit ratio? n. 6.*
8 *Actuarius non potest quis esse in propria Patria.*
9 *Nec in ea Provincia ubi habet incolatum, duxit Uxorem, aut habet majorem partem bonorum.*
10 *Actuarius non potest esse contra Capitula illius Universitatis, ubi exercere intendit.*
11 *In Civitate Puteolorum ex privilegio, non potest esse Actuarius, nisi sit Notarius.*
12 *Actuarius in Civitate Puteol. non potest in fraudem privilegii dictæ Civitatis capere possessionem cum Notario, & postea remanere solus.*
13 *Actuarius non potest exercere officium Actuarii, nisi exhibitis literis liberatorialibus illius loci, ubi prius administravit.*
14 *Nec potest esse scriba, nisi exhibitis dictis literis liberatorialibus.*

15 *Actuarius non potest exercere aliud officium actuariatus, nisi prius apocham scripturarum alterius officii administrati ostendat.*

16 *Actuarius, non verò Officialis loci, tenetur custodire processus, & scripturas Curiæ.*

17 *Tenetur dictas scripturas per inventarium consignare Actuario successori.*

18 *Omnes oppositiones quæ possunt fieri Officiali ad finem illi impediendi possessionem, possunt etiam fieri Actuario.*

19 *Actuarii an dicantur Officiales? num. 24. & n. 28.*

20 *Offendens Actuarios debet cognosci à M.C.*

21 *De delictis Actuariorum an cognoscat M.C.V. vel Iudices ordinarii? & n. 29.*

22 *Actuarii debent facere præsentatas in scripturis, subscribere relationes porteriorum, & scribere acta ordinatoria.*

23 *An teneantur cognoscere obligatos?*

24 *Incusant obligationes, & fidejussiones.*

25 *Præstant juramentum Testibus.*

26 *Vocantur depositarii justitiæ.*

27 *Actuarius ergo latro.*

30 *Actuarii pro quibus possint sindicari, remissivè.*

CAPUT XXVII.

De Officio Actuarii, & quando possit ei impediri officii possessio?

1 ACtuarius non potest admitti
ad exercendū officium actuariatus in aliqua Regia Audientia, Civitate, vel Terra, nisi præsētaverit perquisitiones M.C.V. & Patriæ, ex quibus constet eum non esse inquisitum, *l. un. C. de Reis postuland. lib. 10. l. Reus, ff. de munor. & hon.* & in Regno adest *pragm. 10. §. 24. de off. Iud. Rov. in pragm. 5. de admin. Univ. num. 35. Rocc. lib. 1. resp. 67. n. 7.*

2 Debet esse annalis, *Anna singul. 369. Novar. collect. 31. nu. 7. Ricc. coll. 2008.* sed absolutus in
3 sindicatu potest exercere pro anno sequenti, ut
diximus hoc *tit. cap. 21. n. 28.*

4 Tenetur in principio officii præstare cautionem de parendo sindicatui, prout de Officialibus loquitur *prag. 1. §. 6. de off. Iud. & prag. 2. de off. Inst. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 284. num. 12. & 13.*

5 Quam cautionem tenetur Actuarius præstare in loco, ubi exercere intendit, nam cum descendat ex affictu facto à dicto Actuario, cujus virtute intendit exercere, & sic ex actu voluntario, certum est, quòd qui cautionem tenetur præstare ex causa voluntaria talem cautionem præstare debet in loco, ubi exercere intendit, & non alibi, *l. si fidejussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cog. Herringius in tract. de fideius. cap. 14. nu. 25. & seqq. Menech. de arb. cas. 182. nu. 51. Gomez var. tom. 2. cap. 13. n. 6.*

6 Cujus conclusionis ea est ratio, quia si Actuario liceret præstare exteros fidejussores, & non in loco ubi exercet, tunc pessima fieret omnium Civium conditio, quia tempore sindicatus difficultatem haberent conveniendi fidejussores in alieno foro, & domicilio, ut benè considerant, *Gomez ad ll. Tauri l. 66. num. 1. Herrin. d. cap. 14. num. 7. cum seqq.* & latè in casu simili defendit *Staib. resol. for. lib. 1. resol. 25.* per totam, ubi ita decisum refert per S.C. Et ex his vides quòd
7 Actuarii Curiarum Regni non possunt præstare cautionem in M.C.V. de parendo sindicatui.

8 Nec Actuarius potest admitti ad exercendū officium actuariatus in propria Patria, *l. his qui in Provincia. ff. ex quibus caus. major. Thesau. decis. 168. de Franch. decis. 98.* & in Reg. adest *Const. Iustitiarii*, ubi *Affl. num. 3.* per quam prohibetur cuilibet esse Actuarium in ea Provin-
9 cia, ubi est Civis, habet incolatum, duxit Vxorem, aut habet majorem partem suorum bonorum.

10 Similiter prohibitum est Actuariis exercere
in aliquo loco actuariatus officium, si fuerit
electus contra Capitula illius Vniversitatis, in
qua exercere intendit, prout de Officiali loqui-
tur *Capibl. de Baron. prag. 5. nu. 164.* & passim in
Civitate Puteolorum, cui per privilegium est
concessum, ut quis non possit ibi esse Actuarius,
11 nisi sit Notarius, expediuntur provisiones per
Regia Tribunalia, quòd desistat quando non
est Notarius, & licèt aliqui Actuarii tempore
capturæ possessionis ducant Notarium, qui capit
possessionem, eaque capta statim Notarius
recedit, & relinquit officium illis, qui non sunt
12 Notarii, nam dixi hoc non posse fieri, quia hoc
fit in fraudem, quòd non est permittendum,
ex dictis per *Danz. de pug. D.D. tit. de Actuar. nu.
24. & 25. tom. 1.* nàm actus prohibitus non potest
fieri per interpositam personam, *Monoc. de
arb. Iud. lib. 2. cas. 459. Rov. in prag. 1. de Official.
num. 17. vers. & nota.*

Et ob eandem rationem dixi, quod illi Actuarii, qui in aliquo loco exercuerunt officium
13 actuariatus, quia non possunt exercere officiū
actuariatus in alio loco, nisi exhibitis literis liberatorialibus illius loci, ubi prius administraverunt, *l. neminem, C. de suscep. lib. 10. tit. 295.* si
illæ, qui exercuit uti Actuarius in aliquo loco,
& ex quò non obtinuit literas liberatoriales
14 vult exercere in alio loco uti Scriba alterius
Actuarii, quòd hoc non potest facere, nam fraus
est manifesta, & si hic abusus introduceretur
leges servirent de vento, quia mens legis ut
Actuarius qui exercuit officium actuariatus in
aliquo loco, non possit exercere in alio loco, nisi exhibitis literis liberatorialibus illius loci,
ubi

ubi antea exercuit est, quia lex malè præsumit
de illo Actuario, qui non paruit sindicatui, &
sic mens legis est attendenda, *l. 2. in fin. C. comm.*
de lega. Bald. in rub. de rer. div. in fin. Gratian. di-
scep. for. 156. n. 17.

15 Impeditur etiam possessio officii Actuario,
nisi ostendat apocam scripturarum præsenta-
tarum ratione alterius officii administrati, *prag.*
10. §. 5. de off. Iud. quia ad Actuarium, non verò
16 ad Officialem spectat custodire processus, &
scripturas Curiæ, *Carav. rit. 24. num. 1. Carrab. de*
17 *sindic. p. 2. num. 152. & 153.* & finito officio te-
netur omnes scripturas per inventarium trade-
re successori, & successor tenetur conficere apo-
cham de recepto, sub pœna triremium ad arbi-
trium Proregis, & in Reg. Aud. Fiscalis tenetur
hoc exequi facere, quam apocham de recepto
sui successoris tenetur ostendere in loco ubi in-
tendit exercere officium actuariatus, alias po-
test ei impediri officii possessio, *prag. 10. §. 5. de*
offic. Iud.

18 Et in summa omnes oppositiones, quæ pos-
sunt fieri Officialibus, de quibus diximus *hoc*
eodem tit. cap. 15. per totum, possunt etiam fieri
19 contra Actuarios, qui dicuntur etiam Officia-
les, latè *Gizzarel. decis. 24. Capibl. de Baron. prag.*
20 *1. num. 6. & prag. 5. n. 518.* & uti Officiales eos
offendens intuitu officii, debet cognosci à M.
21 C. V. quemadmodùm de eorum excessibus dicta
M. C. V. cognoscit, *Franch. decis. 403.* ubi *Viston.*
Ann. sing. 48. Gizzarel. d. decis. 24. Pont. cons. 53.
num. 19. vol. 2. Rovit. in rubr. de Official. num. 4.
& in decis. 72. num. 50. & dicemus *tit. seq. cap. 1.*
num. 9. ex quò cum eorum officium consistat in
22 faciendo præsentatas in scripturis, *prag. 26. §.*
5. de offic. S. R. C. relationes in quibuscumque ci-
tationibus criminalibus, quæ debent subscribi
ab Actuariis, *prag. 2. de citation. prag. 2. de ord. ju-*
dic. ac in scribendo acta ordinatoria judicii, &
23 in capiendo obligationes, & fidejussiones, quæ
debent esse jurate, & subscripte à duobus Testi-
bus cognoscentibus principales, quando exce-
dunt summam ducatorum quinquaginta, sub
pœna Actuariis ducatorum mille in casu inob-
servantiæ, *prag 15. & 16. de Actuar. Mel. ad*
Gizzarel. dec. 24. num. 54. quòd intelligitur de
jure Regni, quia de jure comm. Actuarius, vel
Notarius non tenetur cognoscere contrahen-
tes, *Bald in rubr. de fid. instrum. col. 2. num. 11.*
Gutier. lib 1. pract. qq quæst. 143. Franch. decis.
262. Thes. Iun. quæst. foren. lib. 2. cap. 78. & simili-
24 ter ad officium Actuariorum spectat incusare
25 obligationes, & fidejussiones, & præstare jura-
mentum Testibus, *Gizzarel. d. decis. 24. num. 2.*
Constat autem supradictos esse actus jurisdi-
ctionis, *cap. si quis Testibus*, ubi *Abb. num. 1. de*
Testib. clemen. 1. de off. Deleg. Trivisan. decis. 10.
num. 12. Giurb. cons. 52. num. 11. unde per *Giz-*
26 *zarel. d. decis. 24. num. 3.* vocantur quemadmo-
dùm depositarii justitiæ; ac proinde si Actuarii
benè se gesserint vocabuntur cum citato *Giz-*
zarel. depositarii justitiæ; si autem malè, neces-
27 sarium erit dicere cum *Carav. rit. 311. num. 1.* ad
finem. Actuarios, ergo latro.

28 Sed Actuarios non esse propriè Officiales, sed
impropriè, & ipsos non habere propriè jurisdi-
ctionem, sed tantum officium dictandi, vel scri-
bendi, tenent *Carav. rit. 49. num. 22. in fin. de*
Franc. decis. 407. Vise. conclus. Actuarius, in fine,
29 *Angel. ad Gizzarel. dec. 24. num. 7. & Thor.* ad-
ducit plures decis. S. C. *par. 2. verb. Actuarius, an*
Officialis, quòd de Actuariorum delictis non sit
competens M. C. V. sed remittuntur ad Iudices
ordinarios.

30 Pro quibus possint Actuarii sindicari? latè di-
cemus *in tit. de Sind. Official. cap. 16.*

SUMMARIUM.

1 *Universitates tenebantur reficere damna male-*
ficiorum commissorum in quolibet ipsarum te-
ritorio.

2 *Tenebantur pro delictis clandestinis commissis*
in ipsorum teritorio, si non constabat de delin-
quentibus.

3 *Officium Barigelli, seù Capitanii campanea,*
quando fuit in Reg. introductum?

4 *Capitaneus Campanea habet comitivam plurium*
Militum.

5 *Tenetur purgare Provinciam malis hominibus.*

6 *Est subiectus ordinibus Præsidis, & Tribunalis.*

7 *Debet assentare, & borrare Milites campa-*
nea, quod non observatur a Præsid. & n. 9.

8 *Miles injustè borratus a Capitaneo, potest appel-*
lare ad Præsidem, & ad Tribunal.

10 *Capitaneus habet salarium, quod ei solvitur à*
Perceptore Provinciali, habet arma, quæ capi-
untur a forascitis, & delinquentibus, nu. 11. &
carolenum unum à quolibet Milite quolibet
die, quando destinatur cum Commissariis ad
instantiam Partis, n. 12.

13 *Capitaneus campanea debet relinquere Milites,*
ut serviant Tribunali.

CAPUT XXVII.

Capitanei Campaneæ quando in Reg. fuerunt introducti, & circa quæ versetur eorum officium?

1 PEt *Const. Reg.* incipientem
Super incisionibus reperitur
statutum, quòd Universita-
tes tenebantur reficere dam-
na maleficiorum commisso-
rum in quolibet ipsarum te-
ritorio, & per *Capit. Re-*
gn. Frequens, & Capit. Clandestinis maleficiis

2 fuit

2 fuit cautum, quod Universitates tenebantur
pro delictis clandestinis commissis in suis te-
ritoriis, si non apparebant malefactores, &
idem dicitur in *prag.* 19.*Iun.* 1519.*ut ex ban.* re-
latu in *apost.ad prag.* 1. *de damn.clandest.*
3 Ad quod evitandum fuit facta in Reg. impo-
sitio granorum trium pro quolibet foculari in
unaquaque Provincia pro stipendio Barigelli,
sivè Capitanei campaneę, pro persequtione
Bannitorum, *Pont.de pot.Proreg.tit.de regal.im-
pos.num* 59.*Merl.cont.for.lib.* 1.*cap.* 2.*num.* 6.*cum
seqq.* & per *prag. editam in anno* 1554. quæ est
1.*sub d.tit.de dam.clandest.* est statutum, ut Uni-
versitatea contribuentes pro salario Barigelli,
nnn teneantnt pro damnis clandestinia, quæ
prag. licèt loquatur in Universitate del Vaglio,
tamen fuit generalis, & sic eo tempore origi-
nem habuit tale officium Barigelli, sivè Capita-
nei campaneæ.
4 Habent sub se Capitanei campaneæ comiti-
vam plurium Militum, juxta consuetudinem
cujuslibet Provinciæ, qui Regni Provincias ip-
sis decretas, cum præscripta militum cohorte
5 malis hominibus purgare tenentur, *Pont. de
potest.Proreg.tit.de provis.fier.sol.*§.3.*num.*1. sed
6 in omnibus juxtà ordinem Præsidia, & Tribuna-
lis, quibus obedire tenentur, *Danz.de pug.DD.
tom.*1.*tit.de offic.Capitan.n.*10.
7 Ad Capitaneum campaneæ spectat assenta-
re, & borrare milites campaneæ, sed Præses, &
Fiscalis debent videre, & recognoscere perso-
nam, si est apta, vel est inquisita; & quoties mi-
les injustè fuit à Capitaneo borratus, potest re-
currere ad Præsidem, qui communicato nego-
8 tio cum Tribunali potest ordinare, quòd miles
non amoveatur, *prag.* 1 n.§.6.*de offic.Iud.* sed hæc
9 *prag.* malè observatur per Præsides, qui assentant,
& cassant milites provinciæ ad eorum libitum,
tanquam si in Provincia non adesset Capita-
neus campaneæ.
10 Habet Capitaneus salarium, quod ei solvitur
à Perceptore Provinciali, eidemque de Consue-
tudine applicantur arma, quæ capiuntur à Fo-
11 rasciitis, & delinquentibus, *Decian. tract.crim.
lib.*8.*cap.*4.*num.*18.*Baiard.ad Clar.q.*82. *nu.*64.
*Farin.q.*108.*num.*11. licèt de jure acquirantur
Fisco, *Affl.in cap.*1.§ *si quis rusticus, num.* 11. *de
pac.ten.in usib.feud.Gramat.in Const.intentionis,
num.*17.*de illicit.portat.armor.Farinac. d. quæst.*
108.*num.*10.*Conciol.ver.arma cap.* 23. & habet
carulenunrunnm à quolibet milite pro quali-
12 bet die, quando destinantur per Provinciam
cum Commissariis ad instantiam Partis, *Danz.
d.tit.de off.Capitan.* per totum.
13 Et quando Capitaneus campaneæ exit à lo-
co Tribunalis prò aliquo negotio, debet relin-
quere milites, ut serviant Tribunali, *prag.* 10. §.
21.*de off.Iud.*

De aliis Officialibus Reg. Aud. v3. Archiva-
riis, Secretariis, & Magistris cameræ, brevitèr
tractat *Danz.de pug.DD.tom.* 1. ad quem te re-
mitto.

DE DELICTIS OFFICIALIUM

TITULUS SECUNDUS

RUBRICA.

SUMMARIUM.

1 PRimam quam subnecto preeminentiam Regiar. Aud. est cognoscendi de delictis Officialium Provinciæ, ut tenent *Carav. rit. 49. num. 24. rit. 54. & rit. 232. Tap. super Const. Reg. Magister Iustitiarius, à num. 8. Petr. ad Capic. decis. 40 num. 16. & seq. de Leonard. in pra. Offic. cap. 3. num 67. Capib. de Baron. prag. 5. n. 70.*

2 Talis præeminentia Reg. Aud. cognoscendi de delictis Officialium Provinciæ non est usurpata per dictas Reg. Aud. à M.C.V. ut existimavit *Carav. d. rit. 49. num. 24.* sed illa concessa fuit ab Imperatore Federico II. eisdem Regiis Audientiis, ut in *Const. Reg.* incipiente, *Et si generalis cura*, à nemine hucusque considerata, quæ non reperitur impressa in volum. *Constit.* sed illam imprimi curavit *Affl. in Const. Capitaneorum, rub. 41. de offic. Capitan. à num. 7.* ibi: *Clamores autem factos contra Officiales decidat Iustitiarius.*

3 Quæ Const. Fed. concessit Regiis Audientiis, id, quòd de jure com. erat eis denegatum, si quidem de jure communi Iustitiarii Provinciarum solum poterant capere informationem de delictis Officialium, & Superiori referre, non autem poterant illos removere, aut punire, *l. 2. C. de Offic. Praf. August.* ibi *Præfectus Prætorio Augustal. ordinariorum, sub se Iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non amovendi, vel puniendi habeat potestatem, Affl. in Const. Reg. Iustitiarii, per Provincias, num. 10.* quòd prius
4 voluit *Paris de Put. ab eod. Affl.* citatus in *tract. de sind. verb. Assessor*, & Præfectus Prætor. Augustal. vocabatur Rector Provinciæ, *l. un. C. de ratiocin. oper. publicarum*, ibi *Iubemus Provinciarum quidē Rectores, & singulæ diœceseos Viros spectabiles Iudices, idest Præfectum Augustalem, & Comitem Orientis.*

5 Nec huic opinioni adversatur, *text. in Auth. ut Iudices sine quoque suffragio, § volumus, & §. si autem*, quinimò magis auxilium præstat supradictæ opinioni, quia in *d. § volumus*, Iustin. dat jurisdictionem Præsidi Provinciali supra omnes Iudices Provinciæ, ne aliquid peragant contra suas Constitutiones; quòd si hoc neglexerint, non dat Præsidi Provinciali potestatem puniendi Iudices inferiores, sed tantum certiorandi ipsum Imperatorem, ibi. *Quia si hoc neglexerint damus ante licentiam eis, & referre de eo, ut nos hanc agnoscentes causam competentèr exequamur.*

6 Et in *d. § si autem*, in uno casu speciali data fuit potestas Iustitiariis Provinciæ capere informationem contra Iudices Provinciæ, & illos etiam castigare, quoties Collatoribus Imperatoris violentias intulissent, ibi. *Si autem ipsi aliquos invenerint propter dignitatis, & cinguli supercilium nostris Collatoribus violentias irrogantes, licentiam ei damus, etiam examinare violentias, & Reos inventos privare cingulo*, & sic ex-
7 ceptio firmat regulam in contrarium, quòd in aliis casibus Iustitiarii Provinciarum non poterant punire delicta Officialium inferiorum, *l. sed an ultrò. §. 1. ff. de neg. gest. Din. in rub. de reg. jur. in 6. circa fin. Surd. dec. 224. num. 13. & dec. 225 n. 10.*

8 Nàm Collatores illi dicebãtur, qui curam habe-

bebant exigendi annalia tributa, nt in *Anth. de Collat. collat. 9. glos. in Anth. ut Iudices sine quoque suffragio, verb. Collatores*, unde si Iudices inferiores auctoritate officii violentias illis irrngabant, impediendo triburnrum exactionem, committebant crimen læsæ Majestatis,
9 quo crimine tenetur impediens quòd tributa Principi non solvantur, *Gig. de crim. læs. Majo. rub. qual. & à quib. læs. Maiest. commit. quæst. 36. Farin. quæst. 113. num. 33.* Constat autem quòd
10 de crimine læsæ Majestatis cognoscere poterant Iustitiarii Provinciatum, *Affl. in Const. Statnimus, n. 2. Muscatel. de cogn. seù prob. delic. tit. de crim. læs. Maje. n. 12. circa fin.*

11 Hęc verò præeminentia Regiarum Audientiarum cognoscendi de delictis Officialium fuit intellecta quòad Officiales Barnnales tantum Provinciæ, qnorum delicta pnssunt à Regiis Audientiis cognnsci, privativè quò ad M. C. V. ut ex rescriptis Collateralis Consilii adductis, per *Danz. de pugn. DD. tit. de praem. Reg. Aud. cap. 1. per tot.* & expressè cavetur in *d. Const. Etsi generalis cura.*

12 Sed quoàd ad Officiales Regios Provinciæ, licèt Reg. Aud. de illnrũ delictis nnn possint cngnnscere, tamen si illi committant aliquod grave delictum, qnod meretur pœnam nltrà relegationem, non solum possunt Regiæ Aud. de illorum excessibus capere informationem, sed etiam possunt Gubernatorem carcerare, & certinrare Pnregem, *pragmatica 10. §. 42. de offic. Iudic.* quæ licèt loquatur de Perceptnribus
13 Provincialibus, quos Regiæ Audien. non possunt cognoscere; si tamen committant aliqund delictum merentem pœnam nltrà relegationẽ, pnssnnt Regiæ Aud. de eorum excessibus capere informarionem, Perceptorem carcerare, & certiorare Proregẽ d. §. 41. & ita practicavi in anno 1676. cnntra Io: Baptistam Guttierez, Gubernatnrem suspensa jurisdictione Civitatis Campaneæ, qui hnmicidinm commisit in personam Iulii Cardilli: nam capta per me destinato commissarin à Reg. Aud. Salernitana informatione de tali hnmicidin, & cnnstito fuisse patratum à dicto Io: Baptista, illnm carceravi, & de omnibus certioravi Illustrem Marchionem de los Velez, tunc Regni Proregem, per quem fuit, mediante rescripro, apprnbata carceratio, fuit transmissus dictus Gnbernator ad carceres M. C. V. ubi Fiscus institit pro morte: vernm causa, servatis servandis, fuit compnsitione sopita.

S U M M A R I U M.

1 *Reg. Audientia an cognoscant de delictis Actuariorum? remissivè.*
2 *Cognoscunt de delictis Birruariorum, & carcerariorum, intuitu officii.*
3 *Non cognoscunt de delictis Officialium delinquentium ante captam possessionem.*
4 *Nec de delictis Officialium supernumerariorum.*
5 *Nec Barones delinquentes.*
6 *Nec Officialem committentem minimam offensam.*
7 *Nec Officialem delinquentem extra officium, & non illius intuitu.*
8 *Delictum quando dicatur commissum intuitu officii?*
9 *Regia Audientia cognoscunt de offensione facta Officiali.*
10 *Officialis offensus potest cognoscere de offensa ei facta.*
11 *Etiam si sit Officialis delegatus.*
12 *Sed delegatus non potest ad mortem condemnare offendentem ipsum.*
13 *Officialis offensus potest cognoscere de iniuria sibi facta, etiam si offendens sit subiectus aliena jurisdictioni.*
14 *Plures casus numerantur ad propositum.*
15 *Ob offensionem, Officialis de incompetente fit competens.*
16 *Præventio datur contra offendentem, inter Iudicem offensum, & Iudicem ordinarium.*
17 *Offendens Officialem penitùs incompetentem non potest ab eo puniri.*
18 *Clericus deponens falsum coram Judice sæculari non potest ab eo puniri.*
19 *Per offensionem factam Officiciali tollitur incompetentia fori tantum.*
20 *Testes falsi producti in causa vertente in M. C. V. civili, sive in S. C. puniuntur per M. C. V. criminalem.*
21 *Concessa alicui jurisdictione cum clausula privativè, & abdicativè, cessat jurisdictio Judicis offensi.*
22 *M. C. V. cognoscit suos servientes abdicativè, & privative.*
23 *Officialis pro injuria sibi facta uti privato non potest cognoscere.*
24 *Nec potest tali casu fabricare processum contra offendentem.*
25 *Excepto si injuria esset notoria, notorietate facti permanentis, n. 27.*
26 *Baro potest cognoscere de injuria notoria ei, vel ejus Officiali facta.*
28 *Notorium facti permanentis, & transeũtis, quid sit? remissivè.*
29 *Officialis offensus uti privatus potest carcerare offendentem, & superiori denunciare.*
30 *Offensio quando dicatur facta Judici, uti Judici.*

C A-

CAPUT I.

Regiæ Audientiæ quos Officiales delinquentes cognoscere possint, & quando? & latè de dispositione *l. nullum, C. de Testibus*.

1 Upradicta præeminentia Regiarum Audientiarum cognoscēdi de delictis Officialium, an comprehendat Actuarios in officio delinquentes, & an Actuarii dicantur Officiales, diximus *tit. anteced. cap. 27. à num. 20. usque ad 30.*

2 Sed talis præeminentia comprehendit birruarios, & carcererios delinquentes in officio,
Franch. decis. 407. Tap. decis. S. C. 13. nu. 12. Thor. in comp. decis. par. 3. sect. 3. verbo verberantes, Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 50. num. 11. Petr.
3 *rit. 49. num. 9.* Non tamen comprehendit talis
præeminentia Officiales delinquentes ante captam possessionem officii, *Franch decis. 326. Cabal. resol. crimin. cas. 148. Capyc. Latr. consul. 130.*
4 *num. 14. cum seqq.* nec Officiales supernumerarios delinquentes, *Marin. resol quotid. lib. 2. cap. 113. num. 10. Novar. in tract. de elect. & variat.*
5 *for. sect. 4. quæst. 35. num. 7.* nec Barones delinquentes, *Sansel. decis. 65. num. 17. Merl. contr. for. lib. 1. cap. 69. num. 20.* nec quælibet offensa
6 verbalis, nec minima personalis comprehenditur sub hac prærogativa, *Cabal. res. crim. cas. 46. Rovit. in prag. 5. num. 26. de abolit.* & denique
7 Regiæ Audientiæ cognoscunt de delictis Officialium commissis intuitu officii, & in illius exercitio tantum, non verò de delictis commissis extra officium, de quibus Regiæ Audientiæ non cognoscunt, *Franch. decis. 274. & 326. Gizzarel. decis. 24. Tap. in Const. Magister Justitiarius, num. 15. & 20. Georg. alleg. 40. num. 36. Ricc. collect. 433.*

8 Tunc autem delictum dicitur commissum intuitu officii, quando est commissum favore, colore, calore, prætextu, auctoritate, vel contemplatione officii, *Mastril. decis. 191. num. 16. Merl. contr. forens tom. 2. cap. 28. num. 3.* unde si Officialis durante officio committat adulterium, homicidium, aut furtum, aut ad illa committenda auxilium præstat, hæc delicta non dicuntur facta contemplatione officii; quòd si ad dicta delicta patranda Officialis utatur officii auctoritate, putà si pro cognoscenda aliqua muliere mittat pro ea suam familiam, prætextu ipsam examinandi, vel alio colore, & dum pervenit ad domum suam, illam carnaliter cognoscat, item si habuit animum aliquem interficiendi de nocte, & misit eum vocandum sub aliquo pretextu, & ille, dum est in itinere interficitur, vulneratur, vel disrobatur; nam cum in istis delictis auctoritas officii fuit in causa, ut Officialis delinquat, dicitur delictum commissum contemplatione officii, *Put. de sindic. verb. Officialis offensa, §. quia dicit, post nu. 6. fol. 350. Carav. rit. 49. num. 27. Casar. pereg. qq. cap. 2. num. 26.*

9 Sed in omnibus casibus supra recensitis, in quibus diximus, quòd Regiæ Audientiæ ex præeminentia cognoscunt de delictis Officialium, intelligitur tam activè, quam passivè, & sic non solum quando Officiales delinquunt intuitu officii; sed etiam quando intuitu officii offenduntur, *Franch. decis. 274. nu. 4. decis. 407. num. 7. & 8. & decis. 502. num. 22. Gizzarel. d. decis. 24. Tap. in prag. 1. n. 41. ubi de del. quis conven. lib. 3. jur. Neap. rubr. 6. Rovit. in rub. de Offic. num. 6. 7. & 8. Carlev. de judic. tom. 1. disp. 2. qu. 7. sect. 1. num. 791. Sansel. decis. 66. nu. 1. circa med.*
10 nàm quoties Officialis fuit offensus intuitu officii potest ipsemet de iniuria sibi illata, nedùm capere informationem, sed etiam contra offendentem procedere ad pœnam, quia iniuria non sibi, sed dignitati facta videtur, *l. 1. in princ. ff. de postul. Cabal res. crim. cas. 128 num. 1. Guazz. ad defens. reor. defens. 1. cap. 18 Prat. resp. crimin.*
11 *17.* Sivè Judex offensus sit ordinarius, sivè delegatus; nàm eodem modo ratione offensionis potest Judex delegatus de iniuria sibi, vel ejus jurisdictioni facta cognoscere; *Covarr. pract. quæst. cap. 18. num. 8. Clar. § fin. quæst. 38. num. 12. Guazz. d. defens. 1. cap. 27. num. 1. Farinac. quæst.*
12 *67. num. 52.* qui delegatus non habet potestatē puniendi offendentē pœna mortis, licèt alias delictum pœnā mortis mereretur, *Clar. d. quæst. 38. num. 12. Peguer. decis. 60. & decis. 79. num. 3. Farinac. quæst. 67. num. 46 & seq. Campan. de forę judic. resol. 29. num. 4. & 5.*

13 Et offensio facta Officiali intuitu officii operatur, ut ille de incompetenti fiat competens, & Officialis offensus valeat castigare offendentem, etiam si ille sit subiectus alienæ iurisdictiōni, *l. nullum, C. de testib.* nàm offendens aures Officialis, ratione delicti, ab eo puniri potest, *Covarr pract. quæst. cap. 18. Thesaur. dec. 266. Pe-*
14 *guer. decis. 60.* sic apud *Sanfelic. decis. 63.* leguntur plures casus decisi, in quibus inobedientes præceptis M. C. V. fuerunt ab eadem M. C cogniti, non obstante quovis fori privilegio, & *num. 5.* refert de illo Regente M. C. qui irreverenter respondidit Actuario S. C. ei denuncianti decretum Præsidis S. C nàm ratione offensionis fuit de ordine S. C. carceratus, & officio privatus, alius casus evenit in anno 1677. die 16. Februarii, quo tempore quidam Scriba Fiscalis dictæ M. C. V. in calce cujusdam ordinis Præsi-

dis S. C. ei notificato replicavit hæc verba. *Non per ebedire al Sagro Consiglio, dice, che in questa causa procede per ordine del Collaterale*, fuit de ordine ejusdem S. C. carceratus, & unitis quatuor Aulis fuit ordinatum dari ictus funis dicto Scribæ; & quia non fuit inventus carnifex, neque corda pendens, fuerunt destinati quatuor Regii Consiliarii, qui omnia retulerunt Illustri Marchioni de los Veles, tunc Regni Protegi, per quem fuit ordinatum, quòd procederet S.C. cujus ordine die sequenti fuit asportatus dictus Scriba ligatus per omnia Tribunalia, & ductus propè cordam, ante januam M.C.V. dum Carnifex eum extollere volebat, fuit ei facta gratia à Præside S.C. postmodum ordine dicti S.C. fuit injunctum mandatum domi duobus Judicibus dictæ M. C. & procedebatur ad informationem, sed dictus Prorex ordinavit desisti ab informatione, & abstulit mandata dictis Judicibus, & *Capiblan. de Baron. tom. 2. cap. 37. num. 9.* refert de illo Barone, qui carceravit quendam Capitaneum novæ militiæ, ex quò eum non salutavit, & carceratio fuit approbata per Regiam Audientiam; nam quomodolibet Judex offendatur, sivè in honore, sivè in

15 jurisdictione, de incompetenti fit competens, & potest punire offendentem, *Franch. dec. 679. Cabal. cas. 117. Gu[illegible]. d. cap. 27. num. 3. Campan. de forind. resol. 29. n. 1.*

16 Dispositioni dictæ *l. nullum*, plures à *DD.* fuerunt dati intellectus. Primò ut non privativè, sed cumulativè per dictam legem fit tributa Judici offenso potestas cognoscendi offendentem, & sic licet ex dispositione dictæ legis quis efficiatur de foro illius, contra quem deliquit: nihilominus non tollitur Judici, alias jurisdictionem habenti, etiam de tali delicto cognoscere, & inter eos datur præventio, *Affl. decis. 219. num. 3. Franch. decis. 148. Ann. cons. 107. num. 7. Galeot. contr. jur. cap. 57. à num. 1. usque ad num. 19.*

17 Secundò quoties Judex offensus est penitùs incompetens illius, qui offendit, tunc ratione offensionis non fit competens, nec potest cognoscere illum, qui cum offendit, nec habet locum dispositio dictæ *legis nullum*, *C. de Testib. Franch. decis. 721. Anna d. cons. 107. Tap. dec. 13. Merlin. lib. 2. cap. 64. n. 18. Marin. resol. quotid.*

18 *lib. 1. cap. 50. num. 1* 8. Hinc si Clericus falsum deposuit coram Judice laico non potest ab eo puniri, sed est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, *Affl. decis. 230.* & ibi *Ursil. Franch. decis. 417. Graff. de effect. clericali effect. 1. num. 147. Ricc. decis. 81. par. 4. Diana resol. moral. tract. 2. resol. 109. num. 120.* licèt tempore quo Clericus deposuit falsum coram Judice laico non incedebat in habitu, & tonsura, *Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 50.* et ratio est per dictam *legem*

19 *nullum* tollitur incompetentia fori, sed non conceditur potestas puniendi crimina illi, qui non habet potestatem dicta crimina coercendi,

Bart. in l. divus, 2. num. 4. ff. de falf. Fachin. lib. 9. contr. cap. 26. Camp. d. resol. 29. nu. 2. hinc *Franch.*

20 *decis. 148. num. 5.* dicit, quòd si Testis deponit falsum in causa civili in M. C. V. civili, est cognoscendus à criminali, ex quò distincta est jurisdictio criminalis à civili, & subjungit, quòd Testes falsi producti in processu S.C. cognoscuntur per M.C.V. in criminalibus, facta prius relatione per Judicem commissarium in S.C. per quem impartitur licentia, quando falsitas est clara, sed quando de ea dubitatur, providetur esse expectandum exitum causæ civilis, idem dicit *Sanfel. decis. 67.*

21 Et ob eandem rationem quoties alicui Judici est concessa jurisdictio cum clausula *privativè, & abdicativè*, cessat omninò jurisdictio Judicis offensi, & per dictam clausulam non potest cognoscere offendentem, sed ille debet cognosci à suo Judice ordinario, *Franch. decis. 712. Ann. cons. 107. Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 37. Galeot. contr. jur. cap. 57. à num. 18. vers. circa secundum, cum seqq. lib. 2.* & in illa causa Capitanei justitiæ vocati à Regia Camera, pro exequendo negotio, ei à Reg. Cam. commisso, quia deliquit in exequendo, fundat *Merl. contr. for. lib. 2. cap. 64.* quòd non poterat cognosci à dicta

22 Reg. Camera, quia M. C. V. habet jurisdictionem in suos servientes privativè, & abdicativè, & non possunt puniri ab alio Judice, nisi à dicta M.C. & dicunt *Tap. decis. S.C. 13. num. 7. Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 50. num. 12.* sed in eadem causa pro Tribunali Reg. Cam. scripsit *Galeot. resp. fiscal. 1.* & obtinuit literas S. M. quæ sunt insertæ in fin. *d. responsi*; attamen dicit *Merl. d. cap. 64. in fin.* quod ipse justis rationibus non scripsit quomodo id resolutum fuit in supremi Italiæ Senatus consessu. An autem jurisdictio concessa Baronibus censeatur cumulativè, vel privativè? dicemus infrà in *tit. de mod. proced. ad mod. bel. cap. 11.*

23 Tertiò tunc Judex ratione offensionis sibi factæ potest procedere contra offendentem, & habet locum dispositio *d. l. nullum*, quoties offensio est facta intuitu officii; secus si offensio esset facta Judici uti personæ privatæ; nam tunc non potest in causa propria sibi jus dicere, *Clar. §. fin. quæst. 35. nu. 26. I. arr. alleg. fisc. 117. num. 34 Gandin. de malefic. tit. de pœn. reor. num. 26. Cabal. res. crimin. cas. 128. num. 2. Cancer. var. lib. 3. cap. 2. num. 253. Sanfel. dec. 63. num. 1. Prac.*

24 *resp. crimin. 17. num. 9. & 10.* nec potest tali casu pro injuria sibi uti privatæ personæ illata fabricare processum, Testes examinare, nec assumere informationem, cum isti sint actus nimis præjudiciales, in quibus Judex potest valde lędere inquisitum, & imputatum de delicto, *Guaz. ad defen. reor. defens. 1. cap. 18. in fin.* quòd prius dixit *Cabal. resol. crim. cas. 128. num. 7. & num. 10.*

25 excepto si injuria facta Officiali esset notoria, putà si esset facta coram decem hominibus, vel sedenti pro Tribunali, quia tunc licèt esset offen-

offensus Judex uti privatus posset esse Judex in
causa propria, *Clar.d.quæst.35.sub num.20. Cabal.d.cas.128.num.9. Farin. quæst.17.num.45.*
26 pro ut de Barone, vel ejus Officiali,qui possunt
cognoscere de injuria notoria eis facta, tenent
Avil.in cap.3.prat.glos.abogados, num.13. cum
seqq.Rovit.in prag.2.ubi de del.num.14. dummo-
27 dò injuria sit notoria notorietate facti perma-
nentis, & non sufficeret si esset facti transeun-
tis,quia tale notorium,cum indigeat probatio-
ne, Judex posset gravare Partem, *Guazzin.d.*
28 *cap.18.num.5.* Quæ autem sit differentia inter
notorium facti permanentis, & notorium facti
transeuntis? dicemus in *tit.de condemn.ex indit. indubitat.cap.6.*

29 Sed in eo casu, quo injuria est facta Judiei uti personæ privatæ, licèt ipse pro tali injuria non possit procedere, benè tamen poterit offendentem carcerare, & superiori denunciare, *§.sedebunt, Auth.de defens.Civit.Cancer var.lib.1.cap.2.num.257.Carlev.de* judic.*disp.2.quæst.7.sect.1.num.785.*

30 Tunc verò dicitur injuria facta Judiei, ut Judici, non autem uti privato, quando ipsi Judici illata fuit Curia pro Tribunali sedente, vel ob aliquam causam officii, sive in actu aliquo jurisdictionis, *Cabal.d.cas.128.in fin.Farin.quæ.17.num.42.Guaz.d.defens.1.cap.18.n.3.*

S U M M A R I U M.

1 *Officialis pro delictis commissis anne possit conveniri durante officio, vel sit expectandus tempus sindicatus?*

2 *Officialis pro delictis gravibus potest conveniri durante officio.*

3 *Officialis potest conveniri durante officio pro delictis, pro quibus imponitur pœna privationis officii.*

4 *Officialis ex quibus causis possit officio privari, usque ad num.23.*

11 *Marinus Freccia quia revelavit secreta sui Tribunalis fuit officio privatus.*

12 *Officialis revelans secreta sui Tribunalis tenetur pœna falsi.*

19 *Officiorum venditio habentia justitiæ administrationem est prohibita.*

20 *Officialis in ingressu officii tenetur jurare nihil impendisse pro obtinendo officio.*

21 *Officialis qua pœna teneatur si emit officium?*

23 *Judex M.C. fuit amotus uti inhabilis.*

24 *Judicum ignorantia qua mala producat? & nu.25.& melius est judicari à Judice furo quam ignorante, n.26.*

27 *Princeps eligens in Officiales ignorantes peccat mortaliter, & quas personas ad officia eligere debeat? n.28.& 29.*

CAPUT II.

Officiales an durante officio possint pro delictis commissis conveniri?

1 Officialis temporalis regulariter durante officio non potest pro excessibus ab eo patratis conveniri, nec molestari, *l. nec magistratibus, 32. ff. de injur.* sed remitti debet sindicatui, *l.pars literarum, ff. de jud.* & in Reg. adest *Const.* incip. *Volumus, Paris de sindi.verb.barattaria, num.5. in fin. Affl.in Const.statuimus, num.42.Carav.rit.295.num.3. Massin.de confis.bonor. quæst.11.nu.26.Ant.de Ball.tract.crim.lib.6.q.3.n.8.*

2 Quòd intelligitur pro delictis levibus, ut scilicèt pro istis non possit Officialis conveniri durante officio; sed pro delictis gravibus potest etiam durante officio conveniri, *l.jubemus, C.ad l.Jul.repet. Farin. q.29. num.43. quæst.32. num.18.& q.111. num.433. Cavalcan. de brac. Reg par.1.sub num.1. Mastr.decis.188. num.13. cum seqq.Pont.decis.7.num.7. Sansel. decis.61. à num.1. & decis.62.num.96. Merl. lib.2.contr. for.cap.28.n.15.Galeo.resp.fis.15.n.144.*

3 Et in omnibus illis delictis in quibus potest officio privari, potest durante officio conveniri, nec expectandus est tempus sindicatus, *Affl. in d.Const.Statuimus, num.50.&* in *Const.Eos, n.6. Clar.§.fin.q.16.vers.præterea quæro, Niger in Cap.Reg.132.num.72.Cabal.resol.crim.cas.76.n.7.Farinac.d.q.111.num.423. Guaz. ad def.reor. def.1.cap.23.num.14.Pont.decis.25.num.1. Menoch.de arbi.Jud.q.80.num 123.* nam si prò delictis, in quibus venit imponenda pœna privationis officii deberet expectari tempus sindicatus, & sic tempus, quo quis officium complevit, quid esset disputandum de amissione ipsius: privatio præsupponit habitum, *l.decem, ff.de verb.oblig.* ità *Pon.decis.26.Cabal.d.cas.76.Capibl.de Baron.lib.2.cap.23.num.2. Mastr.de magistr.lib.6.cap.5.n.35.*

4 Plures autem sunt casus, in quibus Officialis potest officio privari. Primò si commisit crimen barattariæ, *d.l.jubemus, C.ad l.Jul.repet. Boss.de Offic.corrup.nu.34.Catald.de sind.q.30. Muscat. in pra.crim.tit.de Ind.corrup.num.45.& 46.Carrer.in pract.crim.fol.mihi 21.num.7. Menoch.de arb. Jud.lib.2.cas.342.Cancer.var.lib.3.cap.12.n.200.Sansel.decis.61.num.1.& seq.& dec.62. nu.56.Cavalcan.de brach.Reg.p.5.num.1.in fin.Mastr.d.cap.5.num.16. & 17.* qui plures adducit, *de Marl.ad Rever.decis.46.num.2.& decis.260.* Quæ autem sit pœna barattariæ? dicemus *cap. seq.*

seq.& quando Officialis excusetur à crimine
5 barattariæ dicemus *cap.* 10. *hoc tit* Secundò Of-
6 ficialis privatur officio ob munerum receptio-
nem, de quo dicemus infrà *cap.* 4. Tertiò ob
7 mercaturam, de quo *cap.* 6. *hoc tit.* Quartò pro in-
juria Subdito illata, de quo *cap.* 15. dicto *tit.*
Quintò ob nimiam sævitiam, *l.* 1. & 2. ubi
Bart. ff. de his qui sunt sui, Pon. de potest. Proreg.
tit. de elect. Official. §. 1. *num.* 2. *decis.* 7. *num.* 12. &
decis. 16. *num.* 33. *Rov. in prag.* 3. *de Off. Mag. Iust.*
9 *num.* 5. *Mastr. de Magistr. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 20.
Sextò si non tenet integram familiam, pro qua
recipit stipendia, *l.* 1. & 3. *C. de off. præf. præt. Mut.*
super Cap. 68. *Reg. Fed. num.* 4. *Carav. rit.* 49. *num.*
27. *Rov. in d. prag.* 3. *num.* 5. *Mastr. d. cap.* 5. *num.*
10 21. Septimò Officialis privatur officio, si revela-
vit secreta sui Tribunalis, *prag.* 5. ubi *Rov. de*
off. Iud. & *prag.* 3. §. *cum vero*, *de offic.* ubi idem
Rov. nu. 4. & ob hanc causam Marinus Freccia
11 fuit officio privatus, teste *Adden. ad Bellug. in*
specul. Princip. rub. 10. *lit. A. in fin.* quem citat
Thesaur. decis. 1. *num. ult.* & Iudex revelans se-
12 creta Tribunalis tenetur etiam pœna falsi,
Marsil. cons. 1. *num.* 3. *vol.* 1. *Mut. super Cap. Si-*
cil. cap. 71. *num.* 44. *Cæsar. peregr. quæst.* 1. *num.* 4.
& §. 2. *num.* 35. & plura de præstantia secreti
13 adducit *Carav. rit.* 3. *num.* 1. 2. & 3. Octavò Offi-
cialis privatur officio ob longam corporis in-
firmitatem, *Carav. rit.* 49. *nu.* 27. *Vant. de nullit.*
ex def. jurisd. ordin. num. 135. *Mastril. d. cap.* 5.
14 *num.* 23. Nonò si durante officio recedit absque
Principis licentia, de quo diximus *tit.* 1. *cap.* 20.
15 X. ob stuprum, vel adulterium commissum in
subditam, vel carceratam, *Guaz. ad def. reor.*
def. 1. *cap.* 22. *num.* 15. *Mastr. decis.* 188. & 191.
16 de quo dicemus *cap.* 14. *hoc tit.* XI. ob negligen-
tiam in casu gravi, de quo dicemus *cap.* 16. *eod.*
17 *tit.* XII. Officialis potest officio privari si aliquẽ
injustè ad mortem condemnavit, *Rebuf. ad Con-*
stit. Gall. tom. 1. *tit. de avocat. in præfat. nu.* 5. *Thor.*
in comp. decis. tom. 3. *par.* 2. *verbo Officialis*, *fol.*
203. de quo dicemus *cap.* 17. dicto *tit.* XIII. si de-
18 dit pecunias pro obtinendo officio, *Homod. de*
sind. num. 44. *Mastr. de magistr. lib* 6. *cap.* 5. *nu.*
19 22. nàm venditio officiorum continentium ad-
ministrationem justitiæ est prohibita de jure
communi, ut in *l. sancimus,* 6. *C. ad l. Jul. repe-*
tund. d. l. scire oportet, §. *fin. ff. de Tut. & Curat. dat.*
ab his, & *de Jure Regni* cavetur in *Const. Puri-*
tatem, Cap. Item recipiant, & prag. 2. *de Official.* &
quæ iis prohib. & per *Cap.* Caroli V. in anno
1540. edito ad petitionem hujus Civitatis in
generali parlamento *cap.* 4. *Tap. in Const. Reg p.*
tit. de Offic. Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. in
rub. num. 11. *Rov. in d. prag.* 2. *num.* 1. *in fin.* unde
20 debent Officiales in ingressu officii jurare, quòd
ab eis nihil datum, vel promissum fuit pro ob-
tinendo dicto officio, *d. l. sancimus, Auth. jus ju-*
randum, quod præstatur ab iis, l. fin. Cod. ad l. Iul.
repet. Const. Reg. Puritatem, ubi *Affl. d. Cap. Reg.*
Item recipiant, ubi *Nig. num.* 15. *prag.* 4. *de Offic.*
Affl. in d. Const. Regni Puritatem, Staib. resol. for-
tom. 1. *resol.* 100. *à num.* 106. *cum seqq. Galeo. resp-*
fis. 15. *num.* 123. & diximus *tit.* 1. *cap.* 15. *num.* 18.
21 *cum seqq.* & obtinens officia mediante pecunia
punitur pœnis contentis in dictis legibus *Boss.*
tit. de ambit. num. 8. & de jure Regni ipso jure
privatur officio, & pecunia ab eo data pro em-
ptione amittitur, & applicatur pro medieta-
te Hospitali incurabilium, & pro alia medie-
tate Regiæ Curiæ, *d. prag.* 2. *de Offic.* & *quæ iis*
prohib. Tap. in 2. *par. jur. Reg.* sub *rub. de Official.*
22 *num.* 1. *Staiban. d. resol.* 100. *num.* 98.

Et licèt Principi non sit prohibitum vende-
re officia habentia administrationem justitiæ,
quia illorum venditio est prohibita de jure ci-
vili, non autem de jure divino, & Princeps est
supra jus positivum, *Affl. in rub quæ sint regal.*
Cassan. in catal. glor. mund. p. 1. *consid.* 60. *D. Thom.*
opusc. 21. *ad Ducissam Barbantiæ, dub.* 5. *Sot. de*
Iust. & Iur. q. 6. *art.* 4. & alii adducti à *Mastr. de*
Mag. lib. 1. *cap.* 20. *à num.* 1. *cum seqq.* tamen ista
officia, moralitèr loquendo, iniquè venduntur,
& infinita mala ex tali venditione oriũtur, quia
conferuntur ambitiosis, cupidis, & immeritis,
& datur occasio patrandi extorsiones, & inju-
stitia, quia qui emit, carius vendit justitiam, *D.*
Greg. epist. 110. & 114. *lib.* 7. *Gaiet. in rub. officio-*
rum secularium venalitas, *Mastr. de magi. lib.* 1.
23 *cap.* 20. *nu.* 33. *cum seqq.* XIV. Officialis privatur
officio ob insufficientiam in officio, *Menoch. de*
arb. qq. q. 55. *num.* 14. 15. & 16. *Mastr. de Ma-*
gist. lib. 6. *cap.* 5. *num.* *Roccus de offic. rub.* 8. *nu.*
86. sed hoc nunquam in pra. observatum, quòd
Officialis, sivè ad tempus, sive perpetuus, ob in-
habilitatem sit privatus officio dicit *de Ma-*
rin. ad Rever. decis. 114. *num.* 2. actamen tempo-
ribus nostris vidimus iuxta numerum aliorum
Ministrorum sublatorum gubernante Monar-
chia Serenissimo D. Io: ab Austria, etiam amo-
tum quendam Iudicem M.C. ob inhabilitatem;
24 & rectè quidem, nam ignorantia Iudicum est
calamitas Populorũ, *S. Augustinus de Civit. Dei*,
lib. 19. *cap.* 6. & nulla major infelicitas potest
25 homini obvenire in hoc mundo, quam judica-
ri à Iudice ignorante, *Anton. Santacruc. in secre-*
tar. d'Apollo, *in epistol ad Pium Aeneam*, *fol.*
26 167. nam melius est habere Iudicem furem, quã
indoctum, *Rov. in prag. de fal. vend. Cæsar. pere-*
gr. quæstio quæst. 17. *num.* 61. quia potuit Prin-
ceps esse circumventus tempore electionis Of-
ficialis indocti, unde cognita veritate potest
27 eum tutè amovere, quia aliàs Princeps, qui eligit
personas inhabiles ad officia peccat mortalitèr,
Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 5. *nu.*
28 6. *Mastr. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 71. *de Marin. ad*
Revert. d. decis. 114. *nu.* 2. nam Principes debent
ad officia promovere viros idoneos, bonos, &
pios, *Exod. cap.* 18. *in fin. Salam.* 3. *Reg. cap.* 43.
Iosaphat. 2. *Paralip. cap.* 19. *post princip.* ibi *Videte*
quid faciatis, non enim Hominis exercetis judi-
tium, sed Domini, & quodcumque judicaveritis,
in

In vas redundabit, sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite; non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. De requisitis
29 verò, quæ debent concurrere in Ministro, vide *Mastr. de Magistr. lib. 1. cap. 30. Carl. de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 1. Staib. lib. 1. resol. 100.*

SUMMARIUM.

1 *Barattaria crimen quando à Judice committatur? & n. 3. 4. & 6.*
2 *Iudex recipiens pecuniam per intermediam personam committit crimen barattaria.*
5 *Iudex committit barattariam ex sola promissione, & illius acceptatione.*
7 *Promittens bonum litis eventum, & sententiam favorabilem mediante pecunia dicitur barattarius.*
8 *Fumi venditores qui dicantur?*
9 *Concussio quid sit? & n. 10.*
11 *Extorsio quid sit?*
12 *Barattaria crimen gravissimum, & detestabile est, & quibus criminibus æquiparetur?*
13 *Barattaria connumeratur inter maximas, & capitales causas.*
14 *Iudices barattariam cōmittentes antiquo jure, qua pœna tenebantur? qua de iure digestorum num. 15. qua de jure Auth. num. 16. & qua de jure Reg. nu. 18. & 19.*
17 *Ius Auth. non tollit pœnas statutas de jure digestorum contra Iudicem barattarium.*
20 *Iudex judicans per pecuniam in causa civili de jure com. non punitur pœna publicationis bonorum.*
21 *Qua sit pœna de jure com. criminis concussionis? qua extorsionis? num. 22. qua de jure Regni? num. 23.*
24 *Pœna com. Iudices committentes crimen concussionis, & extorsionis imposita de jure com. an sint sublata per jus Regni?*
25 *Pœna imposita per statutum pro aliquo delicto abrogat pœnam impositam de jure com.*
26 *Iudex eligens unam de duabus pœnis impositis pro eodem delicto non potest aliam imponere.*
27 *Pœna corrumpentis Iudicem qua sit? & quid de jure Reg. n. 28.*
29 *Fumi venditores qua pœna teneantur?*
30 *Sciens votum Iudicis, & illud revelans, mediante pecunia, qua pœna teneatur?*
31 *Concussionis crimen committitur etiam ab eis, qui Superioris simulato jussu metum incutiunt, & pecuniam extorquent, & qua pœna teneantur? num. 32.*

CAPUT III.

De Pœnis barattariæ, concussionis, & extorsionis.

1 Barattaria committitur à Iudice, quoties iniquam sententiam pecunia corruptus profert; & ex quò propter pecuniam barattat justitiā dicitur barattarius, *Paris de Put. de sind. verb. barattaria, num. 8. Boss. tit. de Official. corrup. pecun. nu. 2. Masc. de prob. concl 365. num. 11. lib. 1. Mastr. de Magistr. lib. 6. cap. 8. num. 25. & seq. Pasch. de pat. potest. par. 4. cap. 5. num. 68.* sivè pecuniam reci-
2 piat per se, sivè per intermediā personam, *l. 2. ff. de calum. Por. cons. 94. n. 10. Baiar. ad Clar. quæst. 73. num. 28.*
3 Diciturque Iudex barattarius, non solum si pecunia corruptus faciat non facienda, sed etiā si non faciat facienda, *l. 3. & 4. ff. ad l. Iul. repet. Const. Regn. Eos tantum Officiales, glos. in marg. l. 3. ff. de calum. Gram. cons. 35. num. 3. Rov. in prag. 3. de Milit. num. 40. Capibl. de Baron. prag. 4. nu.*
4 *24.* etiam si pecuniam recipiat pro facienda justitia, *l. 3. ff. ad l. Iul. repet. Capic. decis. 180. nu. 17. Meno. de arb. Iud. cas. 342. num. 19. cum seq. Pont. cons. 9. num. 17. lib. 2.*
5 Et ex sola pecuniæ promissione facta Iudici, & illius acceptatione, licèt talis pecunia non fuerit ei effectivè tradita dicitur commissum crimen barattariæ, *Auth. sed novo jure, C. de pœn. Iud. qui malè judic. Paris de sind. verb. corruptio, cap. 1. num. 6. Gram. d. cons. 35. nu. 5. Pasch. cons. 181. num. 33. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 73. nu. 22. Farin. quæst. 111. num. 162. Giurb. cons. 72. num. 13.*
6 Et in summa, quoties Officialis facit, vel non facit mediante pecunia, id quod ratione officii tenetur facere, vel non facere gratis, dicitur Barattarius, *Paul. de Castr. consil. 352. Boss. in tit. de Official. corrup. pecun. num. 2. Mascard. de prob. concl. 164. Calà de mod. artic. §. 1. glos. 2. nu. 492. & 493. Rov. in prag. 3. de Milit. nu. 35. Massin. de confis. bonor. quæst. 11. num. 3. Paul. Rub. de testam. in præfat. n. 196.*
7 Et ne dum Officialis pecunia corruptus dicitur barattarius, sed omnis alius, qui recipit pecuniam promittendo bonum eventum litis, & sententiam favorabilem, *l. qui explicandi, C. de accus.* & ibi *glos. 1.* & in verb. *explicandi*, & in verb. *non minus, Paris de Put. de sind.* verb. *corruptio, cap. 1. num. 31. in fin. Decian. tract. crim. lib.*
8 *8. cap. 35. num. 27. & 41.* & isti dicuntur fumi venditores, *Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 344.*
9 Concussio est cum Officialis premit aliquem occasione dignitatis, vel officii, vel cum ali-
quid

quid à subditis per metum extorquet, *l.1.ff.de concus.l.quod evitandi, C. ob turp.caus. Affl. in Const. Magister Iustitiarius,Cum.de sind.cap.8.n.15.Carav.rit.276.num.5.Casti.decis.164. Rov.in*
30 *prag.3.de Milit.num.*37.nam si Iudex minatur de carcerando aliquem, vel aliquid faciendo, nisi pecuniam dederit, vel figurando jussum Superioris,dicitur concussio,*Paris de sind.verb. Iudicee,cap.7.in princip.Gram.decis.51.nu.14.& 15.Rov.cons.57.lib.3.n.16.*

31 Extorsio est cum Iudex non verbis, sed facto metum subdito incutit eum carcerando, vel alio modo inquietando pecuniam extorquet, *Farin.quest.111.num.50. Rov.d.cons.57.nu.17.* & de ea loquitur *Const.Reg.* incip. *Eos tantum Officiales.*

32 Quoàd pœnas verò criminis barattariæ dicas, tale crimen esse detestabile, & Iudex qui propter pecuniam justitiam barattat dicitur committere crimen læsæ Majestatis,simoniæ,as-
33 sassinii,proditorii,& sacrilegii,latè *Farin.quæ.111.art.1.per totum,Rov.in prag.1.de mune.Official.num.14.* & numeratur inter magnas, & capitales causas, *Bald.in l.observare,§.proficisci, in 10.quest.ff.de offic.Procons.Ant.Rondinel.de sind.Offic.num.56. Marin. in obser.ad decis.40. Revert.n.4.*

34 Undè plures pœnæ antiquo jure imponebantur Iudicibus pecunia corruptis, quas recenset *Decian.tract.crim.lib.8.cap.34.*ubi refert Regem Persarum quendam Iudicem de tali crimine cōvictum fecisse excoriari, & eius pellem fecisse affigere in Tribubunali ad aliorum terrorem.

35 De jure Digestorum Iudex pecunia corruptus injustitiam faciens tenetur lege Iulia repetundarum, *l.1.ff.ad l.Iul.repet.* ejusque pœna est deportationis, vel mortis, secundum delicti qualitatem, *tex.est in l.lex Iulia,§.hodie, ff.ad leg. Iul.repetund.*nam si pecunia corruptus innocētem morti tradit capite punitur, sed si hoc faciat calore iracundiæ ejus pœna erit deportationis,*Boer.decis.153.num.10. Gramat.cons.35. num.9.Clar §.fin.quest.73.num.2.Farin.d.quest. 111.n.24.Rever.decis 46.n.3.*

36 De jure *Auth.*Officialis, qui pecunia corruptus injustitiam facit,si quidē hoc fecit in causa civili punitur pœna tripli, si sit data pecunia; si verò promissa, pœna dupli, & privatur officio;si in causa criminali punitur confiscatione omnium bonorum, & exilio; *Auth. novo jure, C. de pœn. Iud. qui mal. jud.* quæ pœna exilii in *d.tex.*intelligitur propriè de deportatione, *glos.in l.exilium,ff.de interd. & releg. per tex.in l.2.ff.de publ.Iud.* & probant *Decian.tract.crim. lib.4.cap.39.num.15. Amed.de sind. num.165. vers.de jure antiquo, in fin.Revere. d. decis.46. num.3.*

17 Nec pœna imposita per dictum *jus Auth.*tollit pœnam statutam contra Iudicem barattarium de jure digestorum; nam utraque pœna potest practicari, ut tenent *Decian.tract.crim. lib.3.cap.39.num.18.Gomez de delict. cap.1. nu. 38.& seq. Farin.quest.111. num.80. Guazz.ad def.revr.def.33.cap 20 n.1.*

18 De jure Reg. si Iudex peconia corruptus malè judicavit,si quidem hoc fecit in causa criminali,si ex Iudicis sententia fuerit aliquis morti traditus, & tunc tenebitur pœna capitis, ut in *Const.Regn.Iudex si accepta, Rovit.dec.36.num. 23.*si verò præter mortem Reum innocentem condemnavit seu nocentem absolvit punitur eadem pœna, & in quantum condemnavit, *Capit. Reg. Si juste, Foller.in fragm. tit. de pœn. Iud.qui mal.jud. Musc. de cogn. del.tit. de Iud. corrupt.num.49.*

19 Si verò Iudex in Reg dolosè, fraudolentèr, seù pecunia corruptus judicavit in causa civili privatur officio, & publicatis omnibus bonis efficitur infamis, quòd si per ignorantiam juris, prò manifesta animi simplicitate arbitrariè punitur,ut in *Const.Si Iudex fraudolenter, Rov.d. num.23.*& sic *d:Const Si Iudex fraudolenter,* re-
20 spectu Iudicis, qui dolosè iudicavit in causa civili addit pœnas, quia de jur.com. quando causa est civilis, Iudex non punitur publicatione omnium bonorum, *d. Auht.novo jure,* sed per *d.Const.*imponitur pœna publicationis omnium bonorum, etiam quando causa est civilis,ut notat *Affl. in d.Const. Si Iudex fraudolenter,n.1.*

21 Pœna Iudicis, qui pecúniam per concussionem extorquet de jure communi est, quod tenetur ad restitutionem pecuniæ,& criminalitèr punitur, *l.1.in ult.verbis,ff.de concus.*ejusque pœna est arbitraria, *Paris de Put. de sind. verb. Iudex,cap.7.sub num.3. Rondin.de sind. Offic.n. 53.vers.& extraordinariè punitur, Gram. consil. 51.n.16.Farin quest.111.n.40.*

22 Et eodem jure communi attento pœna concussionis tenetur Iudex, qui per extorsionem pecuniam extorquet,*l.quod evitandi,C.de cond. ob turp.caus.Farinac.d.quest.111.n.49:*

23 De *jur.Reg.*per *Cap.Regis Roberti,*incip.*Vulgaris fama proloquium,* si Officialis à privatis superexegerit illicitè,si violētèr, punitur quadruplo,non accedente violentia,duplo; si verò recipiat à spōte solvente,si præcedat concussio, plectitur quadruplo, sed si Officialis Fiscalem pecuniam surripuerit, seu subtraxerit, punitur pœna nonupli Fisco applicanda.

24 Hoc *Capitulum* ansam dedit Doctoribus Regnicolis dubitandi, si in Reg. pro extorsionibus Officialium vigeat solum pœna pecuniaria, inflicta per *d. Cap.* ità ut per illud censeatur recessum à pœnis criminalibus de jure com.statutis contra Officiales per extorsionem, vel concussionem, extorquentes pecunias,an verò possint etiam criminalitèr puniri? juxtà pœnas de jure com.impositas.

In quo dubio *Affl. in Const.Corruptela,num.1.* tenet, quòd in Reg.contra Officialem committentem crimen concussionis,vel estorsionis,non im-

Imponitur pœna corporalis,sed pecuniaria tantum, *Affl.* increpat *Pon.decis.7.num.31.* qui tenet quod utraque pœna, & corporalis, & pecuniaria in Reg. potest practicari, nec per dictũ *Cap. Vulgaris fama proloquium* sint correcta jure antiquo,sed *Affl.* defendit *Camil.de Medic. cons.*143. & hanc opinionem nervosè substinet *Prat.resp.crimi.2.à nu.3. vers.initium, cum sequentibus*,idem tenent *Sanfel.decis.*285. *nu.72. Capyc. Lat.consultat.33. & 34.lib. 1.* Idem *Pont. cons.22.lib.1.* qui ità decisum refert per Regiam
25 Cameram, & hæc est veritas, quia pœna statuti abrogat pœnam juris communis, *Bald. in l. data opera,num.12. & 13.C.qui accus.non pos.Gomez. var.tom.3.cap.1. num.38. Cabal.resol.crim. cas.2.num.3.Menoch.de recup.possess.remed.9. nu.393.Fachin.lib.9.cont.jur.cap.1.num.38. Cavalc. decis.15.num.9.par.5.Giurb.cons.25.num.5.* qui de more plures adducit.

Et infallibiliter in Reg. non posset Iudex Officialem criminaliter punire pro crimine con-
26 cussionis, vel extorsionis, si elegit viam procedendi civilitè; nàm non poterit postea imponere pœnam criminalem, ex quò pœna statuti tollit pœnam de jure communi, si non quòad originem, saltim quòad exequutionem; nam si Iudex elegit unam pœnam, non potest imponere aliam, *Boss.in tit.de Officin. corrup. num. 7. cum seq.Cabal.d.cas.2.num.ult. Farin.quæst.111. num.82.Pont.decis.7.nu.31. Morl. contr. for.lib. 2.cap.54.*

27 Pœna corrumpentis Iudicem est, ut teneatur eadem pœna, ac Iudex corruptus, *Auth. novo jure, C.de pœn.Iud.l.fin.C.ad l.Iul.repet. l.1. vers. & qui Iudicem,ff de fal. Paris de sind. verb.corruptio,num.21.Gramat.cons.35. num. 14. & 15. Decian.tract.crimin.2.par.lib.8.cap.39. num.23. Pont.cons.9.num.3.& 18.lib.2* & in Reg. pœna
28 corrumpentis Iudicem in causa civili est,ut teneatur pœna amissionis causæ, etiam si bonum foveat jus, ut in *Const.litigator, Muscat. de Iud. corrup.n.58.*

29 Fumi venditores, idest qui promittunt bonum litis eventum,& sententiam Iudicis favorabilem arbitrariè puniuntur, ut defendit *Menoch.de arb.quæst. lib.2.cas.344. Decian. tract. crim.lib.8.cap.35.nu.27.& 41. Cabal.resol.crim. casu 67.Farin.d.quæst.111,num.279. & 280.* & ille Actuarius, qui pecuniam accepit asserendo recipere partem ut Iudici daret, & partem in suũ comodum convertendo,promittendo eventum negotii,quod in Iudicis potestate erat,fuit per M.C.uti delegatum privatus officio,& exulatus extra Provinciam, *Sanfel.decis.45.*& ille Mauritius N, qui sub falso prętextu se interponendi apud Magistratum pro liberatione inquisiti extorsit ducatos biscentum, fuit per septennium ad triremes cõdemnatus, *Thor. in comp.decis.par.3.verb.fumi Venditor, fol.*486.& ille Notarius,qui Matri cujusdam carcerati,& jam condemnati ad triremes injunsit, ut inveniret pro Iudice ducatos quinquaginta, cum quibus ejus Filium intelligebat condemnari facere ad triremes, sine quibus Iudex volebat omninò eum suspendere, fuit hoc detecto, condemnatus ad triremes, & ad privationem officii, *Farinac.cons.5.*

30 Unde Actuarius, qui sciens votum Iudicis revelat sententiam ferendam, & ex revelatione pecuniam accipit, tenetur pęna falsi, *Par. de sind.verb.corruptio, cap.1.num.12.in fin.Farin.d. quæst.111.nu.285.& Augustinus* citatus à *Muscat.de Iud.corrup. num.24.* narrat de quadam meretrice, quæ stabat in camera cujusdam Assessoris,& propalavit illius votum in causa criminali, & fuit in periculo combustionis, & etiam Assessor in magno periculo.

31 Concussionis crimen non solum committi potest ab Officiali, sed ab eo qui ipsius Officialis simulato jussu metum incutit, *l. 1. ff. de concus.* & ibi *glos.primo, Farin.d.quæst.111. nu.45.* & dicit *Iodoc. in pract.crim.cap.129. de concus. num.5.* quòd ille Fiscalis, qui per metum extorsit pecuniam à muliere minando, quòd nisi eam dedisset, fecisset eam citare pro adulterio, quòd tenebatur crimine concussionis, & ille Actuarius, qui pecunia subornatus jussit ali-
32 quem citari, dicit *Decian.lib.8. cap.35. sub nu. 24.* quòd fuit extraordinariè punitus,& ille Capitaneus unius comitivæ, qui simulato Protegio jussu eundi extra Regnum, cum aliquibus Militibus suæ comitivę ab ipso eligendis, extorsit à majori parte militum aliquas pecuniarum quantitates, ne includerentur in numero eligendorum pro servitio faciendo extra Regnum, fuit exulatus per biennium, *Rovit. in prag.3.de milit.n.30.cum seqq.*

S U M M A R I U M.

1 *Officialis dicitur barattarius si sub ficto muneris colore aliquid recipit.*
2 *Officiales debent odio habere munera, & quare?*
3 *Recipientes dona peccant mortaliter.*
4 *Tenentur ad restitutionem.*
5 *An de jure com.possint munera recipere? nu.6. Quid de jure Regni num.7.usque ad n.16.*
16 *Non possunt in Regno recipere, nec etiam donationem remuneratoriam.*
17 *Proreges in Regno non possunt dispensare, quòd Officiales recipiant munera.*
18 *Advocatus Fiscalis an possit munera recipere?*
19 *Regni Secretarius an possit munera recipere? remissivè.*
20 *Officiales an possint licitò recipere sportulas.*

C A-

CAPUT IV.

De munerum receptione Officialibus prohibita.

1 Officialis corrumpitur, nedùm quando pacto præcedente justitiam cum pecunia barattat; sed etiam si nulla pactione præcedente sub ficto muneris colore aliquid recipit, ut
observat *Farin.quæst.111.nu.235.Rovit.in prag.*
*1.de muner.Official.num.15.*nam *Salam.cap.15.*
vers.17. ait, quòd ab Officialibus munera sunt
2 odio habenda, quia munerum acceptatio inducit affectionem Officialis erga donantem,
quæ multa mala producere potest, *Steph. Nathem.de just.vuln.sub tit.3.fol.576.*& Iudex talia
3 dona recipiens peccat mortaliter, ut ex *Navar.*
*Sanch.& Regin.*tradit *Guazzin.ad def.anim.def.*
5.cap.38.nu.29.Medin.de restit. quæst.25. Mastrill.de Magistr.lib.1.cap.21.num.11. & etiam
4 tenetur ad restitutionem *Bartol.Medic.*apud *Ioan.de Dicast.de just. & jur.tom.1. lib.2. tract.2.*
*disp.6.num.81.Farin.dec.253.*profert hæc verba
Nullum est officium, tam sanctum, tanquam perfectum, aut tam solemne, quod avaritia commaculare, atque violare non soleant, muneribus non homines solum, sed & Deos flecti consuevisse antiqui illi Etnici clamare solebant, ubi muneribus agitur iustitia locus esse non potest, nec enim legibus pacem habere potest, qui munera recipit. Hęc *Farin.*

5 Unde de jure com. prohibitum est Officialibus munera recipere, nisi esculenta, & poculenta, quòd intra dies proximos prodigantur, *l.*
plebiscito, ff.de off.Præsid.l.2 ff.de offic. Procons. l.
*solent, §.non vero, ff.eod.*quo iure attento Iudex
recipiens munera puniebatur pœna triginta librarum auri, *l.1. C.publ. latit. §. interdicimus.*
Auth.ut Iud. sine quoque suffrag. Bondinell. de
sind.Official.num.63.& de jure canon. est *tex.in*
cap.statutum, §.insuper, de rescrip.in 6.

6 Sed receptio esculentarum, & poculentarum
fuit tunc Iudicibus permissa, quia non habebant salarium constitutum à publico, secus autem si haberent salarium, prout hodie, *Odofred.*
in d.l.plebiscito, & ante eum *glos. in Auth.juris*
jurandi, verb.annonis Moditius, in §. magistratus, seù Prætorum adicta., dubitat.18. Paris de
Put.de sind.verb.corruptio, cap.3. num.3. & in
*verb.poculenta, cap.1.*ante fin.*& cap.2.*in princi.
& *num.1.Silv.Nuptial.lib.5. num. 99. Guaz.d.*
cap.38. Martin.laud.tract.de Offic. conclus.149.
Mastr.de magistr.lib.1.cap.21.n.33.

7 Quòd in Regno fuit explicatum per *Const.*
incip. *Apud Iustitiarios*, ut valeant Iudices recipere à non litigantibus esculenta, & poculenta, sed à litigantibus non possunt, nec esculenta, nec poculenta recipere, aliàs puniuntur in quadruplo ejus quod receperunt, vel promissionem acceptaverunt, *Affl.ibid.num.8.*& esculentum, & poculentum dicit *d.Const.* esse quòd infra dies duos consumitur, & tradit *Nig.in Cap.*
Reg.Item quòd Iustitiarii, n.6.

8 Supervenit *prag.* Regis Ferdinandi, in anno
1490. per quam fuit prohibitum Officialibus aliquid recipere ultra salaria taxata, nec dona, aut lucra, nec à Vassallis, nec ab Universitatibus habere, sub pœna suspensionis ab officio, & unciarum quinquaginta, *pragm. 1. de muner.*
Official.

9 Et per *pragm.* Imperatoris Caroli V. anni
1540. prohibitum est Officialibus ullo modo, aut ullo tempore, accipere aurum, aut argentum, aut res aliquas cujuscumque generis, etiam comestibiles, sivè magni, sivè parvi valoris, quantitatisve sint, sub pœna restitutionis rei donatæ cum duplo, atque suspensionis officii prima vice, qua contrafecerint, secunda verò totalis privationis ipsius, sunt formalia verba expressa in *prag.2.eod.tit.de munerib.Official.*

10 Et prohibitio, & pœna in *d.prag.*contenta,
non solum loquitur quando Officiales per se ipsos munera recipiunt, sed quando per interpositam personam, vel per eorum uxores, aut filios, aliosque eorundem potestati subditos, *d.*
prag.2.

11 Quòd intelligitur, quoties Officialis scivit
munera recipi à supradictis personis, & per medium dictarum personarum recepit munera, & quòd illæ personę fuerunt suppositæ ad receptionem munerum, aliàs Officialis nulla pœna tenetur, quia in delictis non præsumitur parti-
12 cipatio, & igniorantia præsumitur, ubi scientia non probatur, *Giurb.cons.36.num.33.& 34.*
qui plures adducit, & in puncto in terminis *d.*
*prag.*tenet *de Pont.cons.146.num.14. vers.Marchio, & num.61.vers.quoverò ad donationes*, de
quo dicemus *cap.8.hoc tit.*

13 Et per aliam *pragm.*eiusdem Imperatoris anni 1540. fuit statutum, quòd à litigantibus Officiales nihil petere, atque accipere possint, quamvis illud gratiosè, & sponte, ipsis oblatum, donatum, mutuatam, sivè comodatum fuerit, pecunias, aurum, argentum, vel alia quæcumque jocalia, nec res aliquas magni, sivè parvi momenti, & pretii, etiam comestibiles, seù potabiles, quamvis modicę quantitatis existât, sub pœnis in supradictis *prag.*contentis; à cæteris autem personis non litigantibus possunt Officiales recipere vulatilia, feras, fructus, paucis vicibus, & moderatè, *prag.4.d.tit.de muner.*
Official.

14 Omnes supradictæ *pragm.*Imperatoris Caroli V. sunt recompilatæ in *pragm.*edita in anno
1580.tempore Præsidatus D.Io. de Zunica, ut in *pragm.5. eod.tit.* ubi sunt declarata illa verba,
vo-

volatilia, feras, & fructus.

15 Quibus juribus Reg. attentis DD. Regnicoli dixerunt, quòd in Regno prohibitum est Officialibus munera, & donationes recipere à subditis, *Rov. in prag. 1. de mun. Official. num. 12. Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 6. nu. 11. cum seqq.* licèt in *cons. 146. lib. 2.* contrarium teneat, sed est excusandus, quia scripsit in causa propria adversus capita, contra eum porrecta coram tunc Regni Visitatore.

16 Nec potest Officialis in Regno recipere à subditis, nec etiam donationem remuneratoriam, *de Marin in obser. ad decis. 12. Rever. nu. 4. D. Altim. in ejus locupletis. addit. ad Rov. cons. 212. nu. 19.* licèt aliud sit de jure com per quod si probetur merita officium præcessisse, possunt Officiales recipere donationem remuneratoriam, *Paris de Put. de sind. verb. contrahere, num. 1. & 5. Facb. contr. jur. lib. 2. cap. 8. Gratian. discep. for. cap. 208. n. 4.*

17 Et adeo in Regno restricta est Officialibus facultas recipiendi munera, ut ex ordinationibus, quæ resultaverunt ex visitatione facta per D. Lopem de Guzman in anno 1611. prohibitum est etiam Regni Proregibus concedere licentiam Officialibus recipere à subditis, tàm litigantibus coram eis, quam non litigantibus munera, ut ex ordine impresso per *de Pont. d. conf. 146. num. 32. vers. porque,* ibi. *Que mis Ministros, y Officiales non recivan dineras, ioias, ny otras dadivas, ò presentes qualquieres de litigantes, à no litigantes, mis Visorey, que es, à per tiempo fuere, non de licençia a nigun Ministro, ne sobra esto pueda dispensar, y si despensare la tal dispensation, aun que se haya dada motu proprio, sea de ningun valor, y effecto, como no se huviesse cansedida.*

SUMMARIUM.

1 *Officialis recipiens à litigantibus pecuniam sub nomine mutui incidit in crimen corruptelæ.*

2 *Officiales temporales non possunt cum subditis contrahere, & quæ sit ratio? fallit in Officialibus perpetuis, n. 3.*

4 *Officiales possunt a subditis recipere mutuam pecuniam absque usuris, fallit si intervenit fraus, num. 5.*

6 *Officiales possunt facere contractus circa concernentia victum, & vestitum.*

7 *Officiales possunt capere ex testamento.*

CAPUT V.

De contractibus Officialibus prohibitis.

1 Committit quoque Officialis barattariæ crimen, si à litigantibus, sub nomine mutui pecuniam recipit; nam Officialis, qui mutuã pecuniam recipit ab eo, qui coram ipso litigat, incidit in crimen corruptelæ, *l. quisquis, C. si cert. pet.* ubi *Bald. in princip. Amod. de sind. sub num 166 & num. 175. Tusc. lit. E. concl. 248. Vant. de nullitat. ex def proces. nu. 138. Mastr. de Magistr. lib. 8. cap. 8 num. 20. & 28. Giurb. cons. 72. num 6. Cabal. resol. crim. cas. 195. num 1.* & in Regno adsunt *prag. 2. 4. & 5. de mun. Official.* etiam si accipiat sub nomine mutui ante litem, sub prætextu talis futuræ causæ, vel si post latam sententiam, prætextu præteritæ litis, *Amod. num 66. Cabal. num. 6. & 7.* sivè recipiat per se, sivè per intermediam personam, suum familiarem, ipso consentiente, *l. quin etiã, in fin ff. de calum. Imol. cons. 94. num. 10. Cabal. d. cas. 195. num. 5. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 109. Peregr. de jure fis. lib. 4. tit. 7. n. 7.*

2 Quemadmodùm prohibitum est Officialibus temporalibus, ratione impressionis, cum subditis contrahere, *l. un. C. de contr. jud l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Gomez in l. 5. Tauri n. 123. Facb. contr. jur. lib. 2. cap. 78. Sanfel. decis. 105. num. 15. Altim. ad Rov. cons. 112. num. 15.* nec per se, nec per intermediam personam, neque sui domesticam, & familiarem, *Menoch. de arb. Iud. cas. 459. num. 12. cum seq. Sanfel. decis. 404. num. 5. Avendan. de exequen. mand. cap. 2. num. 22. de Marin. ad Revert. decis. 12. num. 1. Altim. ad Rov. d. cons. 92. n. 16. & 17.*

3 Sed Officiales perpetui, cessante impressione, possunt cum subditis coram eis non litigãtibus palàm, & bona fide contrahere, *Caccheran. dec. 144. num. 13. Scacc. de commerc. & camb. §. 1 quæst. 2. p. 3. limit. 12. num. 16 in fin. Gait. de cred. cap 2. tit. 7. q. 5. num. 2025. de Mar. d. decis. 12. num. 2.*

4 Et possunt mutuum recipere palàm, & bona fide, etiam absque usuris, & pœna aliqua non tenentùr, ut latè defendit *Carlev. de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 3. per totam,* & decisum refert *Sanfel. decis. 170.*

5 Excepto, si dolus, & fraus intercederet, putà si figuraretur titulus mutui, & esset in substantia donatio, quia tunc esset delictum valdè pejus, quam esset donatio, & pœnam augeret, *Avil. in cap. 1. prætorum, verb. donation. nu. 25. Catald. de sindic. num. 50. q. 96. Peregr. de jur. fis.*

lib.4.tit.7. num.12.verſ.limita 4.Carlev. d. diſp. 3.num.6.

6 Poſſunt etiam Officiales facere contractus concernentes neceſſaria circa victum, & veſtitum pro eis, & eorum familia, *Molfeſ.conſ.16. Gait.d.q.5.num.2032. Merl.de pign. lib.2. qu. 82.n.6.Altim.ad dictum conſ.92.n.23.*

7 Et poſſunt similitèr etiam capere ex teſtamento, quia eis eſt prohibitum recipere in contractibus inter vivos, non verò in ultimis voluntatibus, *l.non dubium, C.de teſtam.Franch. deciſ.493.Tuſc.lib.2.jur.Reg.rub.41.ſuper Conſt. apud Juſtitiarios,n.10.Ricc.deciſ. Archiep.769. p.2.de Marin.ad Rev.d.deciſ.12. nu.2. Bovadil. lib.2.polit.cap.12.n.45.*

S V M M A R I V M.

1 *Officiales non poſſunt exercere mercaturam, & de ratione.*
2 *In Regno privantur officio,& puniuntur arbitrio S.E.ſi mercaturam exercent.*
3 *Etiam carentes juriſdictione non poſſunt mercaturam exercere.*
4 *Exercentes mercaturam poſſunt durante officio conveniri.*
5 *Pœna contra Officiales exercentes mercaturam non habent locum,niſi illa fuerit quaſtuaria.*
6 *Nec ſi una vice tantum illam exercuerint.*
7 *Nec ſi vendant fructus, quos percipiunt ex eorum fundis,vel animalibus.*

CAPUT VI.

Officialis mercaturam exercens, an durante officio poſſit conveniri?

1 OB eandem rationem, per quam prohibitum eſt Officialibus cum ſubditis contrahere, videlicèt propter metum erga ſubditos, de quo dictum eſt, *cap.anteced.* prohibitum quoque ipſis eſt mercaturam exercere, quòd de jure communi cavetur in *l.3.C.ſi cert.pet. l.ſi per impreſſionem, C.de eo quod met.cauſ.l.& principalibus,ff.ſi cert. pet.l.un.C.de contr.Iud.Pont.conſ.49. Revert.deciſ.59.nu.2.Molfeſ.conſ.16. Pereg. de jure fiſ.lib. 4.tit.7.num.12.Lanar.conſ.43.nu. 17.24. & 25.* & ne Officiales diſtrahantur ab eorum exercitio,& ſe immiſceant fraudibus,& doloſis cavillationibus mercatorum, ut conſiderant *Rov.in prag.1.de mercat.& Altim.ad eund.Rov.in conſ. 92.num.6.lib.2.*& de Jure Regni hoc eſt ſtatutū per *Cap.*38. inter *Cap.* & privileg. Neap. anni 1507.*fol.*61. per *Conſt.*incip. *Communiter*, &
2 per *prag.1.de mercat.Official.* imponitur pœna privationis officii ipſo jure, & alia arbitraria S.E. Officialibus exercentibus mercaturam, tàm per ſe, quàm per interpoſitam perſonam, & ſub nomine Officialium, quibus prohibita
3 eſt mercatura, comprehenduntur etiam Officiales carentes juriſdictione, ſub eadem pęna privationis officii, *prag.14.§.5. de Official. & quæ iis prohib.*& ſic prohibitum eſt in Regno Secretariis, Scribis à mandatis, Præceptoribus, & Portulanis mercaturas exercere, *prag.1.§. 2.& §.5.& prag.43.de off.Proc. Cæſar.* ac proindè in Regno,ſi Officiales mercaturam exerceant,poſ-
4 ſunt durante officio conveniri, quia pro tali delicto,ut diximus imponenda venit pęna privationis officii.

5 Verùm pęnæ contra Officiales exercentes mercaturam locum habent, quoties negotiatio fuit quæſtuaria, *Mattienſ.dialog. relat. p.3. cap. 27.num.1.& cap.28 nu.1.Guttier.de gabel.quæſt. 36.num 16.Giurb.conſ.75.num.25.* undè ſi aliquam rem emerint pro eorum uſu, & ſuperfluū vendiderint,non tenentur pęna aliqua, *Affl.in tit.quæ ſint regal verb.vectigal,à n.36.Mexi.de tax.pan.concl 1.num.170. Ricc. in prax.for.Ecclеſ.deciſ.375 n.16.*

6 Ceſſant etiam pęnæ contra Officiales exercentes mercaturam, ſi una vice tantum exercuerint negotiationem, quia per unam venditionem quis non dicitur mercator, *l.1. §.licet*, & ibi *gloſ.ve. homines, ff.de tribut.actio. Barz.deciſ.99. num.19. Mara.in prax.p.4.diſt.9.num.62. Pont. conſ.146.num.68.tom.2.Tuſc.lit.M.concluſ.209. num.1, Novar.in collec.ſuper pragm.Reg.coll.130. Giurb.d.conſ.75.n.3.& 24.*

7 Et deniq; pęnæ cōtra Officiales exercētes mercaturam, locū non habent, ſi vendunt fructus, quos colligunt ex fundis propriis fructiferis, vel ex eorum animalibus, *Gabed. deciſ.45. par.2. Ricc.coll 4196. Barboſ.de jure Eccleſ.lib.1. de vit.& honeſt.Cleric.cap.40. num.114.& ſeq. D. Altim.ad Rov.d.conſ.92.num.11.& 12.*

S.V M M A R I V M.

1 *Judex habet præſumptionem pro ſe, ideo cautè contra eum eſt procedendum,& n.2.*
3 *Barattaria, ſivè corruptio Officialis, quando agitur criminalitèr debet probari per Teſtes idoneos, & omni exceptione maiores.*
4 *Teſtes condemnati à Judice non admittuntur ad teſtificandum contra eum, nec à Judice carcerati num.5. nec qui dederunt contra Officialem libellum in ſindicatu, n.6. nec accuſator,n.7. nec Teſtes infames, mulieres, nec impuberes,n.8.*
9 *Mediator an ſit idoneus Teſtis contra Officialem quando agitur criminalitèr,& quid quando civilitèr? n.10.*
11 *In civilibus non requiruntur probationes exactæ, pro ut in criminalibus, quando agitur contra Officialem.*

12 Cri-

12 *Crimen barattariæ, concussionis, & extorsionis ad finem condemnandi Officiales est concludenter, & per claras probationes probandum, quòd remittitur Iudicis arbitrio, n. 14. quid si Officialis sit malæ famæ? n. 15.*

13 *In criminalibus ad convincendum requiruntur probationes, luce meridiana clariores.*

16 *Duo Testes saltim requiruntur omni exceptione majores ad condemnandum in criminalibus.*

17 *Tres Testes requiruntur ad convincendum Officialem de barattaria, quòd explicatur, n. 19.*

18 *Tres Testes requiruntur ad condemnandum aliquem de hæresi.*

20 *Quot Testes singulares requirantur in Reg. contra Officialem pro crimine barattariæ? debent esse integræ opinionis, num. 21. debet probari talis qualitas, num. 22.*

23 *Officialis inquisitus de crimine in officio commisso, potest torqueri ex inditiis, & conjecturis.*

24 *Officiales qui fuerunt torti ex processu informativo pro crimine barattariæ, recensentur remissivè.*

CAPUT VII.

Quomodo probentur delicta Officialium?

1 CAutè agendum est contra Officiales, quando redarguuntur de delictis in officio commissis, ex quò cum teneantur ex debito eorum officii delinquentes castigare, sunt tanquam signum ante sagittam positi, & quia non possunt omnibus complacere multos habent malevolos, *Boss. tit. de oppos. contra Testes, sub nu. 59. Gram. in Const. Reg. corruptela, num. 11. & in Cap. Reg. De materia, num. 7. & cons. 35. num. 18. & 19. Decian. tract. crimi. vol. 2. lib. 8. cap. 38. num. 5. Farin. quæst. 111. n. 261.*

2 Nam præsumptio stat pro Officiali ad ipsum excusandum à dolo, culpa, & negligentia, *l. si quis Decurio, C. de decur. l. 2. ff. de off. Iud. Afflict. decis. 243. Sesse de sind. num. 6. & 43. Menoc. lib. 6. præsumpt. 77. num. 7. & cons. 1174. num. 61. Giurb. cons. 72. num. 5. Gram. cons. 35. num. 36. de Georg. alleg. 42. num. 25. & 26.*

3 Undè si agitur contra Officialem pro crimine barattariæ, concussionis, vel extorsionis, ac pro criminibus in officio commissis Testes debent esse bonæ vitæ, & famæ, idonei, & omni exceptione majores, *Afflict. in Const. Corruptela 2. notab. Boss. in tit. de convic. num. 9. Masc. de probat. conclus. 165. num. 5. lib. 1. Gram. cons. 35. num. 37. & seqq. Rot. apud Zuff. de leg. proces. dec. 88. num. 8. Pon. cons. 9. num. 9. lib. 2.* quæ qualitas bonæ vitæ, & famæ, licèt in Teste præsumatur, quia unusquisque præsumitur bonus, *l. merito, ff. pro soc.* tamèn quando agitur contra Officialem, talis qualitas debet probari in Teste, *Sesse de sind. num. 43. Bovad. lib. 1. polit. cap. 1. nu. 224. Gram. d. cons. 35. num. 36. Decian. cons. 311. Mastr. de magist. lib. 6. cap. 8. num. 48. Giurb. cons. 72.*

4 *num. 17.* ac proindè condemnati à Iudice, non admittuntur contra eum ad testificandum, ex quò fuerunt effecti illius inimici, *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 61. Giurb. cons. 71. nu. 55. & 56. Mastr. de magistr. lib. 6. cap. 1. n. 13.*

5 Nec Testes à Iudice carcerati possunt contra eum recipi, nec recepti faciunt probationem aliquam contra Iudicem, *Rot. decis. 88. num. 8. Cavalc. de brach. Reg. par. 5. num. 110. & de Test. par. 4. num. 117. Bajard. ad* Clar. *q. 73. num. 16. Massin. de confisc. bon. quæst. 11. num. 19. Giurb. d. cons. 72. n. 56.*

6 Nec qui dedit contra Officialem libellum in sindicatu admittitur contra illum ad testificandum, *Amod. de sind. num. 168. Decian. lib. 8. cap. 38. num. 6. Emil. in tract. de Testib. verb. Testis barattariam deponens, nu. 9. Farin. d. quest. 111. nu. 273.* Cavalcan. *de brac. reg. p. 5. num. 110. & de Test. p. 4. n. 117. Massin. loc. cit. n. 18.*

7 Nec accusator, qui dicit dedisse pecuniam Iudici admittitur contra illum in Testem, nec modo aliquo probat, *Anth. novo jure,* C. *de pæn. Iud. qui mal. jud. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. cas. 517. num. 25. Pon. d. cons. 9. n. 1. 2. & 3 lib. 1.*

8 Nec Testes infames, nec mulieres, nec impuberes admittuntur ad testificandum contra Officialem, *Farin. d. quæst. 111. nu. 270. Fran. Marc. decis. 685. num. 6. Emil. de Test. rub. Testis barattariam, n. 10.*

9 Et denique mediator non est idoneus Testis in criminalibus contra Officialem ad probandam barattariam, concussionem, vel extorsionem, quia dum deliquit, est effectus infamis, & socius criminis; & proindè non probat, *Gram. cons. 35. num. 33. Dulc. de sind. n. 31. Decian. tract. criminal. lib. 8. cap. 38. num. 2. Pon. d. cons. 9. num. 4. 6. 7. & 8. lib. 2. Merl. lib. 1. cap. 19. Giurb. cons. 72. num. 16. Vermigl. cons. 179. nu. 9.* Ciriac. *cont. 486. num. 18. Massin. de confisc. bonor. q. 11. n. 15.*

10 Quod secus esset, si contra Officialem pro criminibus in officio commissis non ageretur criminalitèr, sed tantum civilitèr in casibus, in quibus tenetur ad interesse, nam tunc mediator est idoneus Testis contra Officialem, *Boss. de Offic. corrup. pecun. num. 58. Gram. d. cons. 35. nu. 44. Musc. de prob. del. tit. de Iud. corrup. num. 36.*

11 quia quoties agitur civilitèr, non requiruntur illæ scrupulosæ probationes, quæ requiruntur in criminalibus, & semiplena probatio sufficit, *Gram. d. cons 35. num. 34. & 35. Boss. d. tit. de Offic. corrup. pecu. n. 14. & seq. Decian. vol. 2. lib. 8. cap. 38. n. 2. Far. d. quæst. 111. n. 265.*

12 Similitèr quando agitur contra Officialem cri-

crimi naliter de barattaria, concussione, aut ex-
corsione, ad finem eum condemnandi, tanquam
de crimine convictum, requiruntur probatio-
nes lu ce meridiana clariores, *l. quòd evitandi,*
C. de cond. ob turp. cauf. l. Iudices, verb. convicti,
C. eod. Boff de Offic. corrup. pecun. num. 14. & seq.
& in tit. de oppos. con. Test. num. 59. Decian. vol. 2.
lib. 8. cap. 38. num. 1. Gram. conf. 34. nu. 5. & conf.
35. num. 16. 36. & 37. Bertaz. conf. 71. num. 11.
lib. 1. Bajard. ad Clar. q. 73. num. 16. Giach. in
conf. u n. de find. int. oper. Clar. nu. 107. & nu. 352.
Massin. de confisc. bon. quaest. 11. num. 16. Pon.
decis. 16. num. 7. & conf. 146. num. 15. & 64. lib. 2.
Camil. de Medic. conf. 143. num. 18. Giurb. consil.
72. num. 15. quòd ea inconvincibili ratione
13 suadetur, quia si ad convincendam quamcum-
que personam de aliquo crimine requiruntur
probationes luce meridiana clariores, *l. sciant*
cuncti, C. de probat. Cabal cas. 230. num. 24. Ma-
scard. de probat. conclus. 1360 num. 4. Larat. conf.
114. num. 4. Merl. decis. 54. Cavalc. de brach. reg.
par. 4. num 187. & 188. Ricc. coll. 1841. Lagan. ad
Rov. post prag. 1. de find. Official. fol. 703. vers. non
solum; tantò fortius quando agitur contra Of-
ficiales, pro quibus stat præsumptio, *Paris de*
Put. de find. verb. probatio con. Officiales, Gram.
conf. 35. num. 16. Mascard. de probation. concl.
1137.
14 Sed in hoc multum prevalet Judicis arbi-
trium, & qualitas Officialis inquisiti, qui si sit
bonæ vitæ, & famæ, nec aliàs inquisitus, Iudex
decernet, quòd contra eum exactissimæ, & li-
quidissimæ probationes admittantur ad con-
demnandum, aliàs sufficit talis qualis proba-
tio, cum agatur de delicto, quod clam com-
mittitur, ità tenent *de Nigr. in Cap. Reg. Vulga-*
ris fama proloquium, Pon. d. decis. 16. num. 10.
Merl. lib 2. cap. 29. num. 8. & 9. de Marin. in
obser. ad decis. Rever. 46. num. 1. & in his termi-
15 nis intelligi debet doctrina, *Capyc. decis. 121.* &
de Goerg. alleg. 43. num. 10. qui tenent, quòd ad
convincendum Officialem de barattaria suffi-
cit talis qualis probatio: nam dicunt, quòd si
deberet expectari depositio duorum Testium,
quia est delictum, quod clam committitur, es-
set impossibilis probatio; debent ergo intelli-
gi, quoties agitur contra Officialem malæ qua-
litatis, contra quem laborat mala fama crimi-
nis, aliàs Officialis esset pejoris conditionis cu-
juslibet privati, ex quò ad convincendam
16 quàlibet personam, ad finem eam condemnan-
di pro aliquo delicto, requiruntur saltim duo
Testes, omni exceptione majores, *l. ubi numerus,*
ff. de Testib. de quo vide latè tradita in *tit. de*
condem. ex ind. indub. cap. 1. ubi explicabimus
quid in delictis occultis?
17 Quinimò quando agitur de convincendo
Officialem de barattaria, sunt qui voluerunt, ut
non sufficiant duo Testes ad eum convincen-
dum, ad finem condemnandi, sed quòd requi-
rantur tres Testes, *Roger. in alleg.* inserta per *La-*
gan. ad Rov. in prag. 1. de find. Official. fol. 704.
vers. tamen enim, Ad quòd probandum adducit,
18 *tex. in cap. ult. de haeret. in 6.* ubi ad condemnan-
dum quem de hæresi tres Testes requiruntur,
ea ratione, quia in dicto crimine, dicta tantum
Testium publicantur, non nomina, *Clar. §. fin.*
q. 49. num. 2. Guttier. alleg. 1. Simanc. de inst. Cath.
tit. 40. de Test. n. 29. & 30.
19 Sed doctrina *Roger.* potest procedere in ter-
minis Officialis perpetui in officio delinquen-
tis, quem quando Rex vult sindicare destinat
Visitatorem, qui secreto modo procedit notifi-
cando tantum visitato quærelas, ex eadem
visitatione contra eum resultantes, absque Te-
stium dictis, & nominibus, *Redi. de maje. Princ.*
verb. sed etiam per legitimos tramites, num. 165.
cum seq. Mastr. de magistr. lib. 6. cap. cap. 3. à nu.
24. cum seqq. Capibl. de Baron. prag. 5. num. 157.
prout fuisse practicatum cum *Reg. de Ponte* tē-
pore generalis Visitatoris ut ipse testatur in
conf. 146. lib. 2. in quo scripsit in causa propria;
isto ergo casu potest applicari dispositio dicti
cap. ult. de haeret. in 6. ex quò Testiū dicta nō pu-
blicantur; secus autē quando agitur de puniē-
do Officialem pro delictis ab eo commissis, in
quibus debet audiri, ut dicemus latè infra
cap. 13.
20 De jure Reg. nostri probatio cōtra Officiales
delinquentes in officio est privilegiata; nam
per *prag. 2. de mun. Offic.* tres Testes singulares
convincunt Officialem de barattaria, quòd fuit
derogatum per *prag. 5. eod. tit.* quæ requirit nu-
merum quinque Testium singularium ad con-
vincendum, ad finem condemnandi, *Musc. de*
21 *Ind. corrup. num. 38.* qui Testes singulares debent
esse bonæ, & integræ opinionis, *d. pragm. 2. &*
prag. 5. §. 2. ibi *Purche siina di buona, & integra*
opinione, e dalli quali non si presumn, che per adio,
& inimicitia deponessero quel che non sanno,
quòd etiam de jure communi requiritur, ut su-
pra diximus, *num. 3.* & in terminis consimilis
prag. testantur *Avend. de exeq mand. cap. 2. num.*
21. p. 1. Giurb. d. conf. 72. num. 17. quæ qualitas
22 debet in Teste probari, quando agitur contrà
Officialem, ut diximus hoc *eod. cap. à num. 3.*
aliàs dicta qualitate non probata non habet
locū dispositio dictæ *prag.* ut dicemus infra hoc
tit. cap. 13. n. 59. Intellige ut supradictæ exactæ
23 probationes requirantur, quando agitur de
condemnando Officialem ad pęnam ordina-
riam, sed si tractatur de eum torquendo, vel
condemnando ad pęnam extraordinariam, suf-
ficiunt conjecturæ, & inditia, & recurritur ad
terminos juris, ut reus cum inditiis possit tor-
queri, *Gram. conf. 35. Amod. de find. num. 168.*
Masc. de prabat. concl. 1137. Decian. tract. crim.
lib. 8. cap. 38. num. 8. Farinac. q. 111. nu. 277. Pon-
te decis. 16. num. 21. punctualis est *decis. Rever.*
24 46. ubi plures Ministri apparent torti; & quod
plus ex processu informativo.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Pœna sequitur suos Auctores.*
2 *Officialis tenetur pro delicto suæ familiæ.*
3 *Familiæ appellatione qui contineantur?*
4 *Officialis tenetur pro delicto suæ familiæ civiliter tantum, non criminalitèr, quòd fallit, n. 5.*
6 *Officialis tenetur pro delicto suæ familiæ circa concernentia officium tantum.*
7 *Familiaris quando dicatur delinquere intuitu officii?*
8 *Officialis non tenetur de delictis familiarium, nisi contra eum probetur scientia delictorum.*
9 *Officialis non tenetur pro delicto familiaris ei assignati à Superiore.*
10 *Gubernator an teneatur de mala judicatura cum consilio Assessoris?*
11 *Substituens an teneatur pro delictis substituti?*
12 *Officialis exhibendo familiarem delinquentem quando liberetur? & n. 13.*

CAPUT VIII.

Officialis an teneatur pro delicto suæ familiæ?

1 LIcèt regularitèr nemo ex al-
terius delicto teneri de-
beat, quia pœna sequitur
suos Auctores, *l. sancimus,*
C. de pæn. l. si quis in suo, §.
legis, C. de inoff. testam. ta-
men una de limitationi-
2 bus, quæ ad dictam regulam addocitur est in
Officiali, qui tenetur pro delicto suæ familiæ,
l. 1. C. ad l. Iul. repet. l. 4. §. proficisci, ff. de off. Pro-
cons. l. 1. §. familia, ff. de publ. Bellug. in spec. Prin-
cip. rub. 35. de gravam. Civit. n. 1. Gram. decis. 34.
num. 39. Arno. dialog. 4. Plaza in epitom. delic. lib.
1. cap. 14. unde in *prag. 4. de mun. Offic.* jubetur
Officialibus, quòd eorum familiam ità corre-
ctam teneant, ut eorundem defectus, & culpæ,
non possint ipsis Iudicibus imputari, quia eli-
gendo malos homines censetur esse in culpa,
Galeo. resp. fisc. 15. num. 132. & appellatione fa-
3 miliæ veniunt omnes existentes sub potestate,
servi, & liberi servientes, & existentes sub fa-
mulatu, & qui stant in Officialis servitio, seù
ministerio, *l. 2. §. familia, ff. de vi bon. rapt. l. pro-*
nunciatio, §. familia, ff. de verb. sig. l. 1. §. familia, ff.
de vi, & vi arm.
4 Sed non tenetur Officialis pro delicto com-
misso à suo familiari, nisi civilitèr tantùm: non
autem criminalitèr, *Farin. quæst. 24. n. 89. Fran.*
Marc. decis. delphin. 523. num. 13. Molin. de just.
& jur. tom. 1. disp. 88. Bovad. lib. 5 pol. cap. 1. n. 78.
& cap. 3. num. 118. Larr. dec. 48. num. 21. Guaz.
ad def. reor. def. 33. cap. 2. num. 2. vers. pro concor-
5 *dia*, nisi Officialis retineat in sua domo famu-
los, vel Officiales improbos, & malæ vitæ, quia
tunc tanquam informatus de illorum mala vi-
ta, eligendo illos, est in culpa, & potest puniri,
non eadem pœna, qua meretur familiaris, sed
mitius, & arbitrio Iudicis, quia tunc Officialis
condemnatur ex præsumptione, tanquam in-
formatus de mala conditione familiarium, &
ubi quis condemnatur ex præsumptionibus
semper Iudex debet mitigare suam sententiam,
Farin. d. q. 24. n. 91. & 93.
6 Imò in tantùm Officialis tenetur pro deli-
cto sui familiaris civilitèr, in quantùm famulus
deliquit circa concernentia officium, secùs au-
tem si extra officium deliquit, quia tunc, nec
civilitèr, nec criminalitèr Officialis tenetur
pro delicto famuli, undè non tenetur officialis
pro homicidio, vel furto extra officiũ commis-
so à sua familia, *Raud. cons. 50. lib. 1. Gram. decis.*
3. num. 12. Ricc. coll. 1816. & 1849. Seraphin. de-
cis. 527. n. 1. Giurb. cons. 36 num. 26. Mast. decis.
231. num. 23. & de magistr. lib 6. cap. 10. n. 40.
7 Et dicitur familiaris delinquere intuitu of-
ficii, & circa concernentia officium, quando
non potuerit illud delictum committere, nisi
fuisset de familia Iudicis, *Guaz. d. cap. 33. nu. 4.*
vers. in hac autem.
8 Et quotiescumque Officialis ab initio usus
est bona familia, & non elegit in familiarem
homines improbos, tunc si isti delinquant, quia
non præsumitur deliquisse de voluntate Offi-
cialis, ad hoc ut Officialis teneatur de illorum
delictis, debet probari scientia Officialis, aliàs
ad nihilum tenetur, neque civilitèr, neque cri-
minalitèr, *Tusc. lit. O. conclus. 99. num. 26. Mon-*
ticel. reg. crim. 7. num. 42. farinac. quæst. 24. nu. 61.
infinitos adducit *Giurb. d. cons. 36. num. 33. &*
34. Ponto cons. 146. num. 14. lib. 2. Bovad. lib. 2.
polit. cap. 11. num. 61. & lib. 5. cap. 1. n. 126. Larr.
decis. gra 48. n. 25.
9 Similitèr Officialis non tenetur pro delicto
familiaris, quoties ille fuit Officiali assignatus
à Superiore, non autem fuit electus ab ipso Of-
ficiali, quia tunc non potest dici, quòd mala
electio sit in culpa, *Monticel. reg. 3. num. 4. Fa-*
rin. d. quæst. 24. num 86. Guaz. d. cap. 2. num. 6.
10 hinc si Gubernator, seù Capitaneus malè judi-
cat cum consilio Assessoris ei dati à Principe,
non tenetur de mala judicatura, quia non po-
test dici quòd mala electio fuit in culpa; secùs
autem si Capitaneus illum elegit, nam tunc te-
netur, quia mala electio est in culpa, *Sal. de Pac.*
cons. 48. num. 12. Menoch. de arb. quæst. 23. nu. 6.
Cancer. var. lib. 3. cap. 2. num. 151. & 152. Giurb.
cons. 31. Fontan. de pat. nup. claus. 4. gl. 10. p. 1. nu.
11 164. sic si locumtenens, vel substitutus fuit jus-
su Superioris electus, & delinquat, substituens
ad nihilum tenetur, secùs autem si fuit volun-
tariè electus, quia tunc substituens tenetur de
culpis locumtenentis, *Cancer. d. cap. 2. num. 87.*
cum seqq. Rever. decis. 207. Giurb. cons. 36. num. 4.
cum

cum seqq. Rov. cons. 87. & denique Officialis non
12 tenetur pro delicto familiaris, quoties exhibuit delinquentem, nam tunc liberatur; dummodò ab initio bonos elegit; *Ann. alleg.* 33. *Maur. alleg.* 93. *nu.* 3. 4. & 16. *Ricc. collect.* 1816. *Giurb. d. cons.* 36. *num.* 42. & 43. *Mastr. de magistr. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 124.

13 Et supposito, quod Officialis elegit ab initio bonos familiares, si illi delinquant, & posteà moriantur, vel aufugerint, non tenetur eos exhibere, *Put. de synd. verb. rectores, in princ.* & *ver. potestas, num.* 10. *Catald. de synd. q.* 278. *Far. q.* 24. *num.* 102. *Guaz. ad def. reor. def.* 33. *cap.* 2. *num.* 7. *Tusc. lit. O. concl.* 99. *nu.* 37. *Giurb. d. cons.* 36. *n.* 44.

SUMMARIUM.

1 *Quæ requisita debeant concurrere ad hoc ut Officialis propter delicta possit ab officio suspendi, & num.* 2. 3. & 4.

5 *Suspendi Officialis non potest ab officio propter delicta, nisi sit auditus.*

6 *Suspenso Officiali ab officio, an debeat alius in illius locum subrogari?*

CAPUT IX.

Officialis quando possit ab officio suspendi?

QUando Officiales processatur durante officio, sæpè deducitur in controversiam, an possint ab officio suspendi, ideo dicas, quòd Officialis potest ab officio suspendi, quatuor tamen con-
1 currentibus. Primò quòd delictum, quod Officiali imputatur sit tale, ut eo probato veniret ab officio removendus, sive privandus, ne sit deterioris conditionis qui est in casu dubio, quam qui est in certo, *Pont. cons.* 22. *num.* 3. *lib.* 1. *cons.* 133. *num.* 1. & *decis.* 7. *num.* 13. *vers. sed ex adverso, Grivel. decis.* 60. *num.* 9. *vers. sed his, Rov. decis.* 36. *num.* 25. *Merl. contr. for. cen.* 2. *cap.* 28. *n.* 12. unde in illis delictis, in quibus locum habet pœna privationis officii, in illis potest practicari suspensio, *Tap. decis. Senat. Ital.* 3. *nu.* 73. *Sanfel. decis.* 61. *Prat. resp. crim.* 2. *num.* 84. *cum seq.*

2 Secundò requiritur quòd ex informatione capta appareat aliquid substantiale de criminibus oppositis, *Mastr. decis.* 188. *num.* 18. & 19. *Pont. decis.* 25. *num.* 7. *Georg. alleg.* 42. *num.* 21. *Cancer. var. lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 220. *cum seq. Guaz. ad def. reor. def.* 1. *cap.* 23. *num.* 14. *vers. an pendente, Roccus resp.* 65. *n.* 5. *p.* 2.

3 Tertiò quòd delictum sit commissum in officio, vel intuitu officii, *Franch. decis.* 8. *num.* 2. *Cabal. resol. crim. cas.* 76. *Galeo. resp. fis.* 15. *nu.* 44. *cum seqq.*

4 Quartò quòd fiscus intentet tale judicium suspensionis ante litem contestatam, sive dationem termini, quia post dationem termini partes Iudicis acquiescunt, proceditur ad ulteriora, & amplius de suspensione tractari non potest, *Fran. d. decis.* 8. *Lancellott. de attent. p.* 2. *cap.* 5. *tit. de attentat. accus. sivè inquis. penden. Sanfel d. decis.* 61. *num.* 10. *Merl. d. cap.* 28. *num.* 12. *vers. addit quartum, facit text. in l. sivè pars, ff. de dilat.*

5 Verum in hoc judicio suspensionis ab officio pro delictis gravibus inquisitus debet audiri, & debent ei dari capita, ex quibus suspensio prætenditur, ut possit se summarim defendere, aliàs si suspensio fiat ipso Officiali inaudito est nulla, pro ut decisum tefert *Pon. decis.* 7. *num.* 16. *cum seqq. Prat. resp. crim.* 2. *num.* 62. *cum seqq.*

6 Suspenso Officiali in casu permisso ab officii administratione debet Prorex, si Officialis est Regius, si verò baronalis, Baro, subrogare aliū in illius locum, ad hocur justitia subditis administretur, *Gram. cons.* 10. *Pon. decis.* 25. & *cons.* 133. *num.* 5. *lib.* 2. *Capibl. de Baron. prag.* 5. *num.* 93. *cum seq.* quòd secus esset, si adhuc contra Officialem non esset capta informatio de excessibus ab eo patratis, sed tantum à Prorege esset vocatus ad hoc, ut se expurgaret super capitibus contra eum porrectis; nam tunc si adsunt alii Collegæ, à quibus subditis justitia posset administrari, non debet alius in ejus locum subtogari, secus verò si sit solus in jurisdictione, nam tunc ad hoc ut justitia subditis administretur, debet alius in ejus locum subrogari, *Roccus resp.* 65. *lib.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Officialis tentatus de corruptela qui noluit assentiri nulla pœna tenetur.*

2 *Excusatur a crimine barattariæ si pœnitentia ductus, re integra, restituit id quod accepit.*

3 *Potest capere ex testamento.*

4 *An possit aliquid recipere post latam sententiā? & num.* 5.

6 *Recipient solita dari aliis Officialibus nulla pœna tenetur.*

7 *Recipiens sportulas, & salaria à Principe taxata, excusatur.*

8 *An possit recipere esculenta, & poculenta? & n.* 9.

10 *Casus in quibus cessant pœnæ contra corrumpentes Iudices, remissive.*

C A-

CAPUT X.

Officialis ex quibus causis excusecusetur à crimine barattariæ.

1 PLures sunt casus, in quibus Officialis excusatur à crimine barattariæ. Primò si fuerit tentatus de corruptela, & noluit assentiri, undè cautela est, quòd si Officialis fuerit ab aliquo litigante requisitus, ut pecuniam recipiat, vel injustitiam faciat, potest ei dicere, ut veniat tali die, & hora, & ibi secretè habere Testes, qui videât, & audiant, & postea eum capere, & punire, *Gomez ad l.Tauri, 80.n.67.*

2 Secundò excusatur Officialis à crimine barattariæ si pęnitentia ductus, re integra, non fatit id, quod per sordes facere promisit; dummodò restituat acceptum, quia tunc nulla pęna tenetur, *Boer.decis.153.num.22.cum seqq. Decian.tract.crim.lib.8.cap.40.num.10. Menoch.de arb.qq.lib.2.cas.342.num.32. & cons.1.num.53. Farin.q.111.num.180.& 181.Bajard ad Clar.§.fin.q.73.num.23.Pont. cons 9.num.19.lib.2. Testaii alleg.9. num.150. Mastr.de magistr. lib.6. cap.10.num.35.*

3 Tertiò potest Officialis recipere sub titulo ultimarum voluntatum, & sic potest hæres institui, & ei in testamento fieri legatum, *l.non dubium, C.de testam.* pro ut diximus hoc *tit.cap.5.num.7.*

4 Quartò excusatur Officialis à crimine barattariæ si aliquid recipiat à litigantibus ex mera liberalitate, post latam sententiam, *Boss. in tit.de Official.corrup.pecun.num.4. Menoch.de arb.qq.lib.2.cas.342.nu.39. Neviz.in silv. nupt. lib.5.rub.quomodo judicandum, num.101. in fin.*
5 dummodò ante sententiam non præcedat aliqua promissio, aut spes recipiendi, aliàs si præcederet pactio esset barattaria, *Amod.de sind.n.160.Decian.lib.8.cap.35.num.2. Farin. d. quæst.111.num.213.* sed vide dicta hoc *tit. cap 4.* ad, quæ me remitto.

6 Quintò Iudex nulla pœna tenetur, quoties recipit ea, quæ Iudicibus sunt solita dari; nam tunc consuetudo excusat recipientem, *Put.de sind.verb.salarium, cap.6.num.16. Cum. de sind. cap.17.num.66. Mastr.de magist.lib. 6.cap.10.n.129.Surd.cons.42.num.13. Giurb.cons.72. num. 8.& 10.*

7 Sextò excusatur Officialis à crimine barattariæ si recipiat sportulas, & salaria taxata à Principe, *l.fin.C.ad l.Iul.repet. Masc.de prob.lib.1.concl.164.num.16.Silv.nupt.loc.cit.num.96.& seqq. Menoch.de arb.qq.lib.2.cas.342. num.40.*

8 Septimò excusatur Officialis si recipiat esculēta, & poculēta *l.solet, §.verò, ff.de off.Proconsl.l. Plebiscito, ff.de off.Præsid.Boer.dec.155 n.4. Boss. de offic.corrup.post num.3.* quòd an procedat in Reg. diximus latè hoc *tit. cap.4.* Tu vide *Pon.*
9 *cons.146.num.76.lib.2.& Capibl.de Baron. prag. 4.num.39.* qui dicunt, quòd in Regno possunt Officiales recipere à non subditis esculenta, & poculenta, sed *Pon.* scripsit in causa propria, ideo ad tradita *d.cap.4.* me remitto.

10 Casus verò in quibus pęnæ cōtra corrumpentes Iudices cessant? vide apud *Farin.quæst.111. à n.114.cum seqq.*

S U M M A R I U M.

1 *Officiales Regii delinquentes non possunt cognosci à Regiis Tribunalibus absque ordine S. E.*
2 *Quarela contra Officiales regios porriguntur S. E. à quo remittuntur M.C.V.*
3 *M.C.V. est competens in cognoscendo de delictis Officialium regiorum.*
4 *Memorialia contra Ministros debent esse subscripta à querelantibus, n.6. usque ad n.9.*
5 *Accusatio est rejicienda si caret nomine accusatoris.*
10 *Capita contra Officiales porrecta sub nomine Universitatis non possunt recipi, nisi in publico parlamento, congregata Universitate sub pœna.*
11 *Audientia Testium an possit per Iudicem committi? & quid in Testibus ad defensam? usque ad num. 16.*
17 *Officiales non possunt discedere ab hac Civitate absque ordine S.E. remissive.*
18 *Commissarius destinatus ad capiendam informationem contra Officialem potest informatione durante Officialem appartare a jurisdictionis loco.*
19 *Non potest tali casu capta informatione Officialem citare, nec aliquem actum facere.*
20 *De delictis levibus non potest Officialis conveniri durante officio, sed remittuntur sindicatui.*
21 *Officiales Regii non possunt vocari à Reg. Tribunalibus inconsulto Prorege.*
22 *Contra Officiales vocatos, & non comparentes quomodo procedatur?*
23 *Tempus in officiis currit de momento ad momentum contra Officialem.*
24 *Fiscales provinciales à Rege creati, an possint à Regni Prorege cognosci?*
25 *Probationes contra Officiales debent benè ponderari ob præsumptionem calumniæ, & falsitatis.*
26 *Officiales quia delinquunt intuitu justitia sunt severiùs puniendi.*
27 *Pax, & quies servatur per Principem in subditos si castigantur Officiales facinorosi.*
28 *Officialis præsumitur bonus.*

29 *Non*

29 *Non debet de facili carcerari, etiam si inquiratur de crimine barattaria.*

30 *Nec potest carcerari, etiam in casibus permissis, absque ordine S.E.*

31 *An, & quando possit torqueri ex processu informativo.*

32 *Tortura ex processu informativo nequit inferri, nisi prius Officiali examinato.*

33 *Officialis debet examinari Curia pro Tribunali sedente.*

34 *Confessio facta coram Iudice non sedente pro Tribunali, vel coram Actuario non sufficit ad condemdandum, sed ad torquendum.*

35 *Officiali inquisito, licèt confesso, & convicto debent dari defensiones, & copia repertorum, nu. 36. debet publicari processus, & concedi terminus super repulsa, num. 37. quæ probationes requirantur contra eum, n. 38. remissivè.*

39 *Officialis absolutus non potest redire ad officium absque ordine S.E.*

CAPUT XI.

Modus procedendi contra Officiales temporales quis sit?

1 OFficiales Regii temporales
habeotes jurisdictionem, si
delinqunt io officio, de eo-
tum excessibus Regia Tri-
booalia oõ possuot cogno-
scere absqoe ordine S.E. *Al-*
far. de Iure fis. glos. 17. num.
35. *Mastr. de magistr. lib. 6. cap. 7. num. 6. Surg. de*
Neap. Illustr. cap. 17. num. 38. Mich. Ferrer. in 2. p.
observat. general. Gubern. cap. 23. Cancer. variar. lib. 3. cap. 12. num. 103. Pot. rit. 49. num. 10.
& adest apostill. ad *prag. 2. de offic. ad Reg. Majest. collat. spect.* à nemioe, quem vidi ex Regni-
colis considerata, ideò seotientes se gravari à
2 dictis Officialibus temporalibus debêt porrige-
re memorialia super capitibos cootioentibus
delicta dictorum Officialium S.E. à qoo remit-
tuotur ad Tribunal M.C.V. cum solita decreta-
tiooe, *M.C.V. de justitia provideat*, qoia dicta
3 M.C. est Iudex competeos io coogooscendo de
excessibus Officialium Regiorum, *rit. 49. 51. &*
60. *Franch. decis. 274. num. 4. Carav. d. rit. 49 nu.*
1. quæ memoralia, & capita contra Officiales,
4 noo debent recipi sub iocerto Auctore, sed de-
bent esse subscripta à querelaotibos, aliàs non
debent recipi, *text.* est puoctoalis io *cap. inquisitionis, §. 3. dubitationis, extr. de accus. Mastr. de*
magistr. lib. 6. cap. 2. num. 47. cum seqq. Alber. de
statut. quæst. 120. num. 32. Tap. decis. supr. Consil. Ital. 17. num. 19. nam si accusatio caret nomine,
est rejiciendus accusator, *l. libellorum, in princ. ff.*
de accus. Bart. in l. si cui, in princip. ff. eodem, Angel. Aret. in tract. malefic. rub. qui accus. poss. Prat. in nicand. num. 260. cum seqq. quòd ioconcussè
6 servabatur tempore Illustris Marchioois del
Carpio, Regni Proregis, cui si porrigebantur
memorialia contra Regios Mioistros, sob in-
certis nomioibus, emanabant rescripta ex Se-
cretaria Justitiæ, *firmesi, y authentichisi, que se*
proveerà, & idem fuisse observatum io Regoo
7 Siciliæ tempore Ducis Ossuoæ, illios Regoi Pro-
regis, cujus ordioe similia memoralia fuerunt
coocremata, & insuper fueruot carcerati, qui
dicta memorialia porrexerunt, quaodo de eis
fuit habita notitia, testatur *Mastr. d. cap. 2. nu.*
8 49. & io Regno adest *prag. 3. §. 7. de Proc.* per
quam puniuntur pęna unciarum ceotum, &
alia corporali, ad arbitrium S. E. porrigeotes
memorialia cootra Officiales, oon subscripta
eorum manu, vel procuratoris, sivè Advocati
9 & antiquitùs ad eom fioem teoebatur accusa-
tor subscribere accosationem, quia si crimina
objecta oon probabat teoebatur ad similitudi-
nem supplicii pęna talioois, quæ pęoa recessit
ab Aula, & ejos loco soccessit pęna calumnia-
toris, ot diximus *tit. 1. cap. 11. à nu. 5. cum seqq.*
& tradoot *Paris de synd. p. 1. verb. injuria Officialis, Bovad. lib. 5. polit. cap. 2. num. 94. Prat. in nicand. n. 542.*

10 Et memorialia, & capita accosationum, quæ
noo à particularibus, sed sub nomioe Uoiver-
sitatis contra Officiales porrigootur, oon suffi-
cit si siot subscripta ab Electis pro tempore, sed
de jure Regni debent proponi in publico par-
lameoto, congregata Uoiversitate, cum distio-
ctiooe capitum proponeodorum, aliàs Electi si
dicto ordine prætermisso, sub nomine Univer-
sitatis dicta capita subscribant puoiuotor pę-
na ooriarum centum, & corporalis, ad arbitriũ
S.E. *prag. 3. §. 5. de Procur. Recc. de offic. rub. 14. §. 14. n. 5. & 6.*

11 Remisso memoriali porrecto S.E. contra Of-
ficialem M.C.V. per Regentem dictæ M.C. com-
mittitor causa uoi ex Iudicibus ejusdem M.C.
qui potest accedere de persooa in partibus, ad
capiendam informationem, & potest etiam
12 Testium examen committere Scribæ ejusdem
M.C. *Capyc. decis. 90. Gizzarel. decis. 27. num. 12.*
Rov. in prag. 7. num. 31. de ord. judic. quia licèt in
13 crimioalibus Testes debeaot à Ministro com-
missario recipi, & illorum examen oon possit
alteri committi, *Auth. cum apud eloquentissimum, & l. Iudices, C. de fid. instr. l. Testium, ff. de*
Test. Covar. lib. 2. var. cap. 13. num. 10. Pegu. in
practicar. crim. cap. 12. §. 2. de Testib. in eff. recip.
Farinac. quæst. 77. num. 236. & adest io Regno
rit. M. C. Vicar. 141. ubi cavetus, qood Te-
stes degentes infra dietem, debent recipi à cõ-
missario causæ; si verò oltra dietem committi-
tur illorum audientia, *Carav. d. rit. 141. num. 2.*
tamen dictus *ritus* fuit iotellectus, ut examen
testium io crimioalibus non possit committi
Actua-

Actuariis, vel Officialibus aliarum Curiarum, non verò Scribis, & Actuariis ejusdem M. C. nàm tunc committendo dictis Scribis, & Actuariis, videtur ipsa Curia examinare, quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *And. in Const. In pecuniariis, Gizz. d. decis.* 27. *num.* 12. *&* 13. præterquam quòd hodiè dispositio *tex. in d. Auth. apud eloquentissimum* recessit ab Aula, & indistinctè in criminalibus audientia Testium committitur cuicumque Officiali loci, & ità observari testatur *Pet. rit.* 141. *num.* 4. qui omnes adducit.

17 Iudex verò Magne Curiæ causæ commissarius, nec etiam potest discedere ab hac Civitate, & se conferre in partibus pro captura dictæ informationis, nisi prius obtenta licentia à S.E. discedendi, & non sufficit pro discessu illa decretatio, quòd M. C. justitiam faciat, quia Officiales non possunt discedere ab hac Civitate, pro quovis negotio explendo, nisi prius obtenta licentia S. E. ut late diximus *tit.* 1. *cap.* 20. per totum, & illa clausula justitiam faciat, nihil addit, sed est tantum excitativa jurisdictionis, ut diximus *tit.* 1. *cap.* 8. *num.* 25. qua licentia obtenta Iudex commissarius, sive

18 Scriba, se confert in partibus ad capiendam dictam informationem, in qua si resides Officialis processandus, potest commissarius, ei injungere mandatum pœnale, quòd durante informatione se absentet à loco jurisdictionis per tot miliaria, ne ex Officialis præsentia Testes terreantur, & veritatem non patefaciant, & quia hæc suspensio est modici præjudicii, ex quo durat durante informatione, non requirit causæ cognitionē, *Tap. decis.* 3. *n.* 76. *Pont. decis.* 25. *& cons.* 133. *Capibl. de Bar. tom.* 2. *cap.* 23. *n.* 5.

19 Capta informatione cōmissarius nihil aliud facere potest, nec citare Officialem, nec alium actum contra ipsum facere, *prag.* 10. §. 73. *de ass. Ind. Scial. de torq. reos, cap.* 13. *num.* 45. sed debet talem informationem præsentare in M. C. V. qua præsentata, in secreto inter Iudices ponderantur deducta in processu contra Officialem

20 processatum, & si resultat inquisitus de delictis levibus, remittuntur sindicatui, quia pro illis non potest durante officio conveniri, *l. pars litterarum ff. de jud.* & diximus hoc *tit. cap.* 2. *nu.* 1. si verò venit inquisitus de delictis gravibus

21 citatur Officialis, facto verbo, in Aula, verùm exequitur postea citatio facta relatione S.E. & prævia ejus licentia, pro ut de prac. testatur *Iul. Mastr. in alleg.* inserta per *Scagl. post pragm. alleg.* 1. *num.* 122 *&* 123. quia Officiales Regii non possunt vocari inconsulto Prorege, ut ex apost. ad dictam *prag.* 2. *de offic. ad Reg. Majest. coll. spect.*

22 Officialis citatus si non obedit, & fugam arripit, declaratur contumax, & proceditur contra eum, pro ut in Regno contra alios reos non comparentes proceditur, & etiā ad foriudicationem, si delictum meretur pœnam mortis, secundùm terminos *Const. Reg. Pœnam earum, & Cap. Sive quis sit forbannitus*, de quo latè dicemus in *tit. de foriudicat.* nec hoc casu, quando agitur contra Officialem Regium temporalem tractatur de privatione officii, quia eo ipso quod fuit ab officio suspensus, si intetim labatur tempus, non potest de jure petere reintegrationem ad tempus elapsum, quia

23 tempus in officiis currit de momento ad momentum, & non datur aliud tempus pro tempore, neque alia subrogatio, etiam si hoc fuit casuale, quia imputabitur suæ fortunæ, *l. si usufructus mihi, ff. de usufr. leg. Capibl. de Baron. tom.* 1. *prag.* 5. *num.* 87. *Rov. in prag.* 1. *nu.* 5. *de off. Iud. Cabed. dec.* 84. *lib.* 2. *Mastr. de mag. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 90. *& cap.* 23. *n.* 56 benè tamen posset practicari contra absentem officii privatio, si ageretur contrà Fiscalem alicujus Provinciæ, quia licèt illi sint Ministri perpetui, & à Rege creentur,

24 & uti tales videretur dicendum, quòd Prorex de illorum delictis non possit cognoscere, *Pant. de potest. Proreg. titul. de electia. Official.* §. 7. per totum *Sanfelic. decis.* 62. & latè dicemus hoc *tit. cap.* 13. attamen practicatum in dies videmus, quòd contra istos Fiscales perpetuos M.C. præcedente prius rescripto S.E. procedit, & punit pro eorū excessibus, pro ut practicatū videmus passim, & signantèr in causa Francisci de Buragna, olim Advocati Fiscalis Reg. Audientię Cusētiæ, Francisci Bruni, olim Advoc. Fiscal. Provinciæ Aprutii citrà, & aliorum. Modum autem procedendi contra Officiales absentes pro privatione officii, dicemus infrà *cap. seq. num.* 5.

25 Si verò Officialis citatus comparet, & se præsentat, debet M.C.V. benè perpendere deducta in processu contrà Officialem, & ponderare probationes, & cuncta considerare si possunt à malevolis esse sugesta, quia Officiales occasione justitiæ, quam administrant habent multos malevolos, & sunt sicut signum ante sagittam positi, *Bass. de appos. con. Test. sub num.* 59. *Gram. in Const. Corruptela, num.* 1 t. & dixi hoc *tit. cap.* 7. *num.* 1. & præcipuè si in loco gestæ administrationis habent inimicos de potentioribus, qui eo ipso quòd ab Officiali loci aliquid fit, quòd ipsi putant tendere in detrimentum eorum alti dominii, dicunt Officialem retigisse eorum pupillam, hinc persequutiones, hinc seductiones Testium, hinc reclamores ad Principem, hinc Testes falsi, hinc querelæ personarum suppositarum. Ad summum omnia subvertuntur: & ò utinam hæc non evenirent.

26 Non nego tamen contrà Officiales pro delictis in officio commissis debere magna cum severitate procedi, quia sub clypeo justitiæ delinquunt, *Cassiad. lib.* 7. *epist.* 27. *&* lib 4. *epist.* 10. *Larr. alleg.* 2. *num.* 14. & in puniendis Officiali-

27 bus facinorosis Princeps omnem curam adhibere debet, ad hoc ut judicium pacis, & quietis in subditos conservet, *Tap. lib.* 2. *Iur. Reg. lib.* 2. *tab. de offic. in Reg. constit. num.* 10. *&* 11. *Carl. de*

L *jud.*

*jud.lib.1.tit.1.disp.1.num.5.& 6.Rocc. de offic.in proem.num.*18.19.& 20.tamèn hoc intelligitur quoties constat Officiales deliquisse, nam in
28 dubio Officiales habent præsumptionem pro eis, quòd sint boni, & pro eis lex præsumit, *Gram.decis.*35.*num.*36. *Bertaz.cons.crim* 71.*n.* 8.*cons.*81.*num.*7.& *cons.*180.*nu.*15.*Fràn.Morc. decis.*645.& 685.*p.*1. *Decian. tract.crim. lib.*8. *cap.*38.*num.*5.*Gratian.discept.for.*549.*num.*34.
29 ideò non debent Iudices de facili procedere ad eorum carcerationem; & licèt inquirantur de delictis importantibus privationem officii, & quòd plus, etiam pro crimine batattariæ, non debent carcerari, sed audiri extra carceres, præstita fidejussoria cautione, *Amed.de sind. num.*106.*Cavale.de brac.Reg.p.*5.*nu.*95. *Mastr. de magistr.lib.*2.*cap.*2. *num.*4. *Prat. resp.crim.*2. *nu.*12.13.&14.Si verò M.C.ex deductis in processu videbitur, Officialem non posse audiri
30 extra carceres, antequam procedat ad carcerationem, debet referre Proregi, & ab eo obtinere licentiam, aliàs absque tali licentia non habet potestatem carcerandi Officialem Regium, *Pon.de potest.Proreg.tit.de assens.§.*7. *Iul.Mastr. alim M.C.Fisci patronus,d.alleg.*2.*num.*197. *Capibl.de Baron.in rub.p.*1. *nu.*20. qui loquitur de Præsidibus, Auditoribus, Gubernatoribus, & Iudicibus Regiis.

31 Carcerato Officiali, in casibus permissis, si delictum ab eo patratum sit atrox, potest etiam torqueri ex processu informativo, putà si prætextu officii stupravit puellam, vel si practicavit cum bannitis, *Mastr.decis.*191. *num.*10.*cum seqq.* vel si sit inquisitus de crimine batattariæ, *Revert.decis.*46. dummodò ultrà delicti gravitatem concurrant alia requisita pro inferenda tortura ex processu informativo, vz. urgentia inditiorum, & vitæ levitas, de quo dicemus in *tit.de tort.ex proc.infor.cap.*2.*à num.*37.*cum seqq.* & in casibus in quibus contra Officialem potest practicari tortura ex processu informativo, an-
32 tequam M.C.ponit Officialem ad torturam, ex processu informativo, debet illum examinare, non ad finem contestandi litem, sed ad finem ut reducatur processus in provisionem, & habita responsione negativa interponit decretũ. Esse Officialem torquendum ex processu informativo, *Novar de gravam. Vassal.tom* 1. *gravam.*375.*num.*2 *Scial de torq.reos,cap.*6. *n.*68.

In casibus verò, in quibus non est locus contra Officialem torturæ, ex processu informativo, sed M.C.videt debere procedi ordinariè, re-
33 cipit Officialis examen, Curia pro Tribunali sedente, aliàs si emanat confessio, quæ non sit recepta Curia pro Tribunali sedente, sed vel à Iudice, vel ab Actuario, illa non sufficit ad
34 condemnandum, sed tantum ad torquendum, *Boer.decis.*90.*num.*8 *Foller.p.*1.3.*p.rub.& si confitebantur,n.*7 & 60.*Clar.q.*21.*vers.sed hic cadit quæstio,& q.*55.*vers.item potest, Far.q* 81.*cap.*1. *num.* 50. *cum seqq. Racc.de offic.rubr.* 14.§. 14. *n.*32.

35 Completo examine dantur Officiali defensiones, quæ non possunt ei denegari, licèt sit confessus, & convictus, *l.desertorem,§ si ad idem, ff.de re milit.Far.q.*39.*num.*12. *Rocc. d.§.*14.*nu.* 41.& 43.nam defensiones nõ possunt per Principem tolli, quia sunt de iure naturæ, ut dicemus *cap.*13.*num.*44. & debet M C.V. Officiali inquisito tradi facere copiam inquisitionis, &
36 omnium actorum contra eum, *Homed. de sind. vers.item si petitur, Gand.in tit.quomod. cog.de malef.num.*18.qui dicit quod completa inquisitione Testes, & totus processus debent publicari, & de eis fieri copia ipsi Officiali Reo, sequitur *Mastr.de magistr lib.*6.*cap.*2.*num.*27.& 28.sed in M.C V.observatur, quòd loco copiæ repertorum consignatur Advocato carcerati processus originalis ad percurrandum, & facta
37 publicatione conceditur etiam Officiali terminus super repulsa Testium examinandorum per Fiscũ, *rit.M.C.*73. & *prag.*11.*de ord.jud. Carav. rit.*83.*num.*5.*Ann.sing.*67.*Gram.cons.crim.*15.*n.* 12.*Ricc.decis.*29.*num.*15.*p.*3.& *coll.*834.
38 Quæ autem probationes requirantur ad condemnandum Officialem diximus hoc *tit. cap.*7.

Instructo processu, & monito Officiali ad di-
39 cẽdũ prosequtur sententia, vel absolutoria, vel cõdẽnatoria, juxtà deductain processu, verũ si Officialis Reg.sit mediãte sentẽtia absolutus, liberatus, vel aliter tanquam innocens licentiatus, non potest ad officium redire, absque ordine S. E. sed solum M.C.V. debet relationem facere S.E.de statu causæ, quæ nota, quia in dies accidunt, & alibi ità succinctè explicata non invenies.

S U M M A R I U M.

1 *Officiales non habentes jurisdictionem si delinquant in officio cognoscuntur per R.C.& quæ sit ratio? n.*2.

3 *Officiales non habentes jurisdictionem, quomodo possint cognosci per Reg. Audientias? & quid in Perceptoribus? n.*4.

5 *Contrà dictos Officiales citatos pro delictis, & nõ comparentes, quomodo procedatur ad officii privationem?*

6 *Debeat audiri, tàm in suspensione, quàm in privatione officii.*

7 *Officialis extraordinariè punitus, non potest officio privari, & n.*8.

9 *Ob delictum mediante sententia officio privatus, censetur etiam privatus proprietate, quòd procedit etiam in officiis emptis, & n.*10.

11 *Habens officium cum potestate nominandi heredem, si sit officio privatus, censetur etiam privatus tali nominatione.*

12 *Pro Officialium delictis possunt heredes officio privari, quòd quomodo procedat, vide n.*13.

CAPUT XII.

Modus procedendi contra Officiales non habentes jurisdictionem quis sit?

Diverso modo proceditur contra Officiales non habentes jurisdictionem, quam cum Officialibus habentibus jurisdictionem, de quibus dictum est *cap. anteced.* si quidem contra dictos Officia-
1 les non habentes jurisdictionem, si delictum sit intuito officii commissum, non possunt procedere alia Regia Tribunalia, nisi solum Regia Camera, absque nulla licentia S.E. *pragm.61. §.20. de off.procur.Cæsar.Carav.rit.132.in fin.Frec.de subfeud.tit.de Magistr.Camer. num. 13. Rever.dec. 6.p. 2.* nàm cum Regia Camera habeat
2 interesse super officiis, constat autem, quòd quoties tractatur de causis, in quibus Fiscus habet interesse, nullum aliud Tribunal cognoscere potest, nisi Regia Camera, ut diximus *tit.1.cap.11.num.10.*

3 Possunt tamèn Regiæ Audientiæ de excessibus dictorum Officialium non habentium jurisdictionem capere informationem, & constito de illis, eos carcerare, & transmittere unà cum processu ad Regiam Cameram, pro ut apparet practicatum penès *Prat. resp. crim.2.in princip.* sed respectu Perceptorum Provincialiū,
4 possunt Regiæ Audientiæ capere informationem de eorum excessibus, & illos carcerare in casu solum, quo illi patraverint aliquod grave facinus, merentem pœnam ultra relegationem, *prag.10.§.42.de off.Ind.*

Capta informatione de excessibus commissis ab Officiali intuitu officii, citatur pro delictis
5 ab eo commissis ad informandum, & si non comparet, reputatur contumax, & eo persistente in contumacia, citatur ad dicendum causam quare non debet officio privari, & ad omnes, & singulos actus, usque ad sententiam, ejusque exequutionem inclusivè, dato termino, & compilato processu, pro ut in aliis causis civilibus, privatur officio, facta relatione S. E. *Franch. decis.457.* quam decisionem licèt impugnet *Rov.cons.85. vol.1.* tamèn eam validè defendit contra *Rov.Capibl.de Baron.prag.5.num.83.cum seqq.Franch.* sequuntur *Rever.decis.257. num.2. Cap.Lat.consult.33.in princ.Campan. de forjudic. resol.16.n.2.*

6 Si verò Officialis citatus comparet, tunc contra eum duo fiunt judicia, unum summarium ad finem eum suspendendi ab officio durante inquisitione, & alterum plenarium ad finem condemnandi, *Pont.decis.7. num. 18. Prat.d. resp.crim.2.num.70.* debetque Officialis audiri, tàm in judicio suspensionis, quàm condemnationis, sed diverso modo; si quidem in judicio suspensionis ab officio debet Officialis se summarim defendere, debentque ei dari capita, ex quibus suspensio prætenditur, *Pont. d. decis.7. num.16. Prat.l.c.num.66.vers.& ne longius*, & contra eum non potest practicari suspensio ab officio, nisi concurrentibus illis quatuor requisitis, quos recensuimos hoc *tit. cap.9.* sed in judicio condemnationis debet Officialis audiri plenariè, debent ei dari defensiones, copia repertorum, & formari processus, iisdem modis, ac agitur cōtra Reos inquisitos de aliis criminibus, *Pont.num.18.Galeo.resp.fiscal.15.a n.80.cū seqq.*

7 Instructo processu si Officialis sit extraordinariè punitus, tanquam non convictus de delicto, quod ei imputatur, non potest officio privari, quia officii privatio tunc locum habet, quando Officialis inquisitus est convictus, *l.si aliquid*, ibi *de interventione convictus, l. Iudices*, ibi *Fuerunt maculasse convicti, & l.2.C.de dign.* ibi *Deprehensus eversor*, & ità per supradicta jura tenet *Rov.cons.57.num.9.lib.3.* quod consilium est insertum in commen. super *prag.3.de Milit.num.30.cum seqq. Mastr.decis.271.num.27* qui citat *Nigr.in Cap.Reg.Frequens, nu.68. vers.sed pone.*

8 Etenim cum pro delicto Officialis, non solum lex imponat pœnam corporalem, sed etiam amissionem officii, ideò si ex defectu probationum minoretur pœna ordinaria delicti, censetur etiam minorata pœna amissionis officii, quia tunc non condemnatur uti de delicto cōvictus, sed uti de delicto suspectus, & per consequens non potest ad pœnam pecuniariam condemnari, ad tradita per *Cabal. cas.82. à nu. 24. Merlin.lib.1.cap.19.Rov.decis.67.*

9 Si verò Officialis mediante sententia ob delictum privatur officio, ne dum censetur privatus exercitio officii, sed etiam proprietate, *Farin.cons.5.* & defendit *Merlin.tom.2.cap.30.*

10 Quòd non solum procedit in officiis merè gratis concessis, sed etiam in officiis emptis, in quibus si fuerit dictum amplius non exerceat, intelligitur Officialis privatus proprietate, *Pont.decis.7.num.33.Rov.cons.104. num.14 lib.2.Cafar.pereg.qq.cap.2.§.3.* qui scripsit in eadem causa, in qua pro contraria opinione scripsit *Marcell.de Graf.* ut in alleg. inserta per *D. Altim.* post *decis. Rov.* & obtinuit *Cafar.* ut ipse testatur.

11 At si Officialis habeat officium cum potestate nominandi unum hæredem, aut successorem, & fuerit officio privatus per sententiam, intelligitur etiam privatus potestate nominandi, *Rov.cons.104.& cons.106.lib.2.* ubi ita decisum refert, etiam si in concessione nominandi non sit nominatum verbum hæres, & licèt nominatio fuisset facta ante Patris delictum, ut in *de-*

cis. Rever. inserta post *2.tom.cons. Rov. 1. in ord.*

12 Imò si Pater viveos delinquat io officio, & posteanominat successorē in dicto officio, potest ad instantiam Regii Fisci post illius mortem capi informatio de delictis, & constito potest successor officio privari, nàm actio, *l. Iulia repetundarum* habet locum etiam contra hæredes, ut dicemus latè hoc *tit. cap.* 14. sed interim nominatus debet immitti in possessionem officii, ut in *2. decis. Revert.* inserta post dictum *2. tom. cons. Rovi.*

13 Et si hæres inveniatur in possessione officii non potest contra eum practicari suspensio officii, ex quo contra eum locum habet actio civilis, non autem criminalis, in qua debet plenè audiri, formari processus, & postea contra eum proferri sententia privativa, *Gram. cons.* 10. *nu.* 3. *in fin. Revert. d. decis. 2. num* 16. *Rovit. dec.* 64. *n.* 23. & dicemus *cap.* 14. *n.* 35.

SUMMARIUM.

1 *Officiales perpetui cognoscuntur à Rege, vel à Visitatore per eum destinato.*
2 *Potestas visitandi Officiales perpetuos competit Regi in signum ejus supremæ auctoritatis.*
3 *Vicerex in Regno est alter Ego.*
4 *In concessione generali facta per Regem Proregi non censetur communicatum jus visitandi.*
5 *Pròrex non potest Officiales perpetuos visitare, carcerare, vel suspendere.*
6 *D.D. Didaci Soria, Marchionis Crespani, laudes.*
7 *Rationales Regiæ Cameræ sunt Officiales perpetui.*
8 *Rex ad sui libitum potest ordinare visitationem Officialium, & num. 11. sed quomodo observetur? n. 12.*
9 *Iudices M. C. V. perpetui quolibet biennio visitantur.*
10 *Sindicatus Iudicum, & Regentis M. C. V. recipitur ab Electis hujus Civitatis.*
13 *Visitatores in Regno deberent esse Proreges, & de ratione.*
14 *Visitator quando in Regno incipiat habere jurisdictionem? Quid in aliis Magistratibus? num. 15. Quid in Proregis? n. 16.*
17 *Visitator est Iudex delegatus.*
18 *Delegatus an teneatur ostendere rescriptum delegationis? & n. 19.*
20 *Visitator creatur a Rege cum amplissima potestate.*
21 *Debet emanare banna, ut veniant querelæ contra Officiales, an tale bannum continere debeat tempus certum? & n. 22. 23. & 24.*
25 *Potest procedere contra Officialem visitandum, etiam non existente diffamatione criminum.*
26 *Querelæ contra Officiales non sunt recipiendæ per Visitatorem, nisi fuerint subscriptæ à querelantibus.*
27 *Visitator potest suspendere Officiales ab officiis durante informatione. Quid ea capta? n. 29.*
28 *Quilibet Officialis potest ab officio suspendi durante captura informationis.*
30 *Visitator debet scribere integra dicta Testium.*
31 *Non potest detinere Testes carceratos per longum tempus.*
32 *In quibus casibus potest Testes torquere, usque ad n. 36.*
37 *Officialis debet sedere quando examinatur à Visitatore.*
38 *Officiales dicuntur membra Principis, & Patres Reipublicæ, & n. 39.*
40 *Quando possint torqueri ex processu informativo.*
41 *Visitator debet concedere defensiones Officialibus inquisitis, sed non dat eis copiam repertorum, num. 42. impugnatur talis praxis a num. 43. usque ad num. 54.*
44 *Defensiones sunt de jure divino, & naturali.*
45 *Modus torquendi Reos ex processu informativo est terribilis, sed illata tortura cessat prærogativa, n. 46.*
47 *Copia repertorum conceditur Reo in delictis occultis.*
48 *In delictis atrocioribus.*
49 *In crimine hæresis.*
50 *In crimine læsæ Majestatis.*
51 *Officiales sunt Dii terreni.*
52 *Officialium infelicitas ostenditur, & n. 53.*
54 *Probationes contra Officiales debent esse luce meridiana clariores.*
55 *Tres Testes requiruntur ad convincendum Officialem.*
56 *Debent esse omni exceptione majores.*
57 *Quid de Iure Regni? usque ad n. 59.*
60 *Visitatores procedunt sola facti veritate inspecta, & quomodo hoc intelligatur? & n. 61. & 62.*
63 *Qui Testes non debeant admitti à Visitatore?*
64 *Visitatores non habent potestatem condemnandi Officiales, sed tenentur transmittere ad Regem processus instructos.*
65 *A sententiis latis in Regia visitatione non datur appellatio.*
66 *D.D. Iacobus Capycius Galeota fuit declaratus innocens, ejusque laudes.*
67 *Prorex Regni non potest à Visitatore visitari.*
68 *Nec illius Secretarii.*
69 *Nec Barones Regni.*
70 *Nec Officiales temporales, contra, n. 71.*
72 *Officiales de regimine Universitatum possunt cognosci à Visitatore, pro revisione computorum.*

CAPUT XIII.

Modus procedendi contra Officiales perpetuos quis sit?

1 Potestas cognoscendi Officiales perpetuos residet penès Regem, vel penès Visitatorem sb eo deputatum ad visitandum dictos Officiales perpetuos, *Clar.§.fin. q.15. vers. præterea quæra, Azeved.in rub.lib.3.tit.7.num.4.in recop Bellug. in spec.rub.44. num.2. Mastr.de magistr. lib.6. cap.1.num.145.Prat.in nicand. nu.145. & 146.*
2 quæ potestas soli Regi competit io signum ejus supremæ suctoritatis,& est jus persooalissimum, ossibus ipsius quodadmodò affixum, *Cabed.decis.40.p.2.Tap.decis.Ital.2.num.*38.ac proinde
3 licèt Vicerex in Regno creetur à Rege alter ego, ut diximus *tit.1.cap.1. num.*6 tsmen, quia jus
4 visitaodi competit Regi in signum supremæ potestatis,in genersli concetlione non veniunt specialia,*cap.quead translationem, de off.lega.l. qui peculio,ff.de pecul.*& solum traoleuot solits, quæ consuevit Princeps committere,non insolita, & personalja, *l.fin.ff.de Senata.Prat. in nicand.num.*151.& 152. unde Proregibus Regni non censetur communicata potestss visitandi
5 Officiales perpetuos,& sic noo possunt Proreges eos visitare, suspeadere, vel carcerate, *prag.11. de affic.Iud.Marc. Ant.Sarg.de Neap. illust.cap. 22.num.6.in fin.Cerd.in visiloq.cap.1.§.2.fol.14. Tap.decis.2.& 3.Ital.Pont.de potest. Proreg.tit.de elect.Official.§.7.per tat. Mastr.de magistr lib.5. cap.6. num. 134. & 137. cum seqq. Sanfel.decis.62.Cap.Lat.consult.101.num.17.* quod practicatum novissimè vidimus contra Franciscum Corradum, Regiæ Cameræ Rationalem, inquisitum de mandato ad homicidium, cum qualitate assassinii, contra quem fuit consulta S.M. & fuit ejus ordine formata juncta Ministrorum
6 ex Ministris R.C.S.C. & M. C. cujus caput fuit Illustris Marchio Crespani, D. Didacus Soria Morales, Regi.Caocell.Reg.vir doctus,integer, justitiæque acerrimus defensor, per quam junctam, servatis servandis, fuit dictus Rationslis
7 ad mortem condemnatus, (licèt mortem sibi veneno paravit, sntequam fuit ei à carnifice illata)ex quo Rationales sunt Officiales perpetoi, *Sanfel.d.decis.62.n.3.*

8 Et licèt possit Rex quandocumque sibi placuerit destinare Visitatores in Regno, quia sd ejus libitum possunt Officiales perpetui sindicari, *Paris de sind.verb.accusatus in officio, Affl. in Const.Reg.Statuimus,num.49.Nig.in Cap.Reg. Item statuimus, num.71.Homod.de sind.nu. 46. Gram.decis.40.num.10.& 11. Ant. de Bull.lib. 6.tract.crim q.3.Cancer.var.lib.3.cap.12. n.100. Galea.resp.fis.15.num.98.* quod practicatum vi-
9 demus in Judicibus M.C.V. perpetuis, qui de ordine S.M.quolibet biennio sindicâtur,& obtentis literis liberatorialibus, redeunt postea
10 ad eundem officium, qui sindicstus tam Iodicum, quàm Regentis M.C. recipitur ab Electis hujus Civitatis, absque interventu Officislis Regii, ut ex *privilegia* dictæ Civitsti concesso *66.fol.67* & adest confirmatio Caroli V.die 12. Martii 1550.redacts in *val. pragm. rub. de sind. Official.prag.2.vers. item supplicano*, & potest
11 Rex ad ejus libitum creare Visitatorem, non solum generalem ad visitandum omnes Ministros, sed etiam ad visitandum unum, vel aliquos Ministros, *Mastr.de magistr.lib.5.cap.6. num.141.& 142.* actamen solet Rex, non sem-
12 per, sed singulis viginti annis, destinare Visitatores in Reg.Neap.quemsdmodùm in Regno Siciliæ,& Mediol.testatur *Mastr.de magistr.lib. 6.cap.2.num.3.& cap.5. à num.1. cum seq.* imò singulis quindecim annis, testatur *de Marin. resol.quotid.lib.2.cap.244.in princip.* qui Visita-
13 tores,quia afferunt Regiæ Curiæ magoas expensas, & ex quò non habent notitiam Officialium,& etiam ad evitandas dissentiones,quæ inter eos, & Proreges pro tempore oriri solent, ad omnia ista evitanda, Visitatores Regni deberent destinari Proreges, ut desiderat etiam *Pont.de pot. Prareg.tit.de elect.Official.§.7.*
14 Sed Visitator, licèt à Rege constitutus, non habet in Regno jurisdictionem,nisi prius congregato consilio Civitatis, coram Domino Prorege,ostendat literas suæ commissionis, & illæ exequsntur,*Gabr.de except.rei jud.concl.3.ampl. 2.Cum.in prax.de sind.cap.1. Mastr.d.lib.6.cap. 3.n.1.Prat.in nicand.n.178.& 179.*
15 Quòd regulsre est in quolibet Magistratu, qui nequit jurisdictionem exercere, nisi post præsentationem suæ commissionis, *Felin.in cap. cætera, vers vales processus, de rescript. Frec.de subfeud.tit.quis dic.Dux,nu.56.Anna alleg.141. n.2.& sing.181.*
16 Idem est in Regni Prorege,qui nullam habet jurisdictionem, licèt sit ingressus in hac Civitate, nisi ceperit possessiooem,& juraverit, *Capyc.decis.151. num.7.Franc.decis.393.num 3. & 4.Pan.de pot. Prareg.tit.de assens.reg.§.5.n.15.*
17 Quòd fortius procedit in Visitatore,qui cum sit Iudex delegatus, *Put.de sind.verb.Iudices ad sindicandum,cap.1.num.10.Randin.de sind. num. 285.Cancer.var.lib.3.cap.12.num.3. Rovit.prag. 2.de sind.num 3.Mastr.de magistr.lib.6.cap.1.*
18 *num.31.*tenetur Iudex delegatus ante omnia ostendere rescriptum delegationis,aliàs quòd gerit nullum, & invslidum est,*l.1.C. de mand. Princ.l.prohibitum,C.de jur.fis.lib.10.l.sancimus, C. de div. rescrip.cap.sancimus,25. q. ult.glos.in cap.cum jure peritus,de off.deleg. Roma.cons.166. num.4.cum seqq. Ann.alleg.24. Mising.obs.1.in princ.cent.3.* sed non tenetur generslis Visitator

19 tor in quolibet processu inserere copiam ejus potestatis, quia est delegatus ad universitatem causarum, & sufficit si se asserat in quolibet actu processus Visitator, *Scacc. de jud.lib.1.cap.66.num.7.Vant.de nullit.cis.coram quo null.prob.poss.num.17.Grat.discept.for.cap.738.nu.9.Camp.de forind.resol.12.nu.8.* quia Visitatores consti-
20 tuuntur à Rege, cum amplissima potestate eo modo, & forma, quæ ipsis melius expedire videbitur, ipsisque conceduntur vices, & voces regiæ, quæ ostendunt liberam, & absolutam potestatem, *Menoch.de arb. Iud.lib.1.q.7. num.62.cum seqq.Prat.in nicand.n.177.*

21 Postquam verò Visitator cæpit possessionem, emanat banna, ut quilibet possit proponere accusationes,& querelas contra Officiales, *Mastr.d.lib.6.cap.3.nu 6.* quod bannum non habet
22 tempus præfinitum, *Mastr.d.cap.3.num.7.* quia remittitur per Regem ad arbitrium Visitatoris, sed per literas,& instructiones secretas assignatur ei tempus,infra quod visitationem expedire teneatur, *Bovad.lib.5. polit.cap.1. num.124. & 170.cum seq.Mastr.d.cap.6.num.1.*

23 Quòd intelligitur quoties bannum est generale contra incertos Ministros, quo casu non tenetur Visitator limitare tempus: secus verò si bannum sit particulare contra unum, vel plures Ministros, nàm ibi tenetur Visitator præfigere terminum ad porrigendum querelas, *l.sive, C.qui accus.non poss.Gomez var.lib.3.cap.1.num.21.Tap.decis.Ital.17.num.14.Bovad.d.cap.1.nu.174.Prat.l.c. num.390.* quemadmodùm obser-
24 vatur in sindicatu Officialium temporalium, contra quos infra certum tempus, & non aliter, possunt proponi querelæ, & bannum,quod promulgatur à Sindicatoribus debet continere tempus limitatum,v3. de jure communi dierum vigintiquinque ad porrigendum, & dierum vigintiquinque ad prosequendum, *l.un.C.ut omn.Iud.tam civ.quàm milit.*& de Jure Regdierum viginti ad porrigendum, & dierum viginti ad prosequendum, *pragm. 1. de sindic. Offic.*

25 Ad quam generalem inquisitionem potest Visitator devenire, licèt contra Officiales visitandos nulla adsit diffamatio criminum, *Mara.in spec.par.6.tit.de inquisit.nu.28. Clar.§ fin.q.6.vers.caterum,Farin.q.9. num.16. Cancer.var.lib.3.cap.12.num.97.cum seq.Mastr.d.lib.6. cap.7.num.11.*

26 Emanatis bannis per Visitatorem recipiuntur querelæ Accusatorum, quæ debent subscribi, aliàs libelli contra Officiales non sunt recipiendi, *cap.inquisitionis, §.35.dubitationis articulus, de accus.Clar.q.5.num 4.cir.med. Bajard. ad eund.Clar.q.73.num.42. Ambrosin. decis.50. Boss.de indic.n.7 Perez de lar.lib.2.de anniver. cap.4.num.123.Larr.alleg.101.num.20.Escob.de purit. & nobilit.p.2.q 2.rub.de Iud. & libel.secr. num.3.Mastr.d.lib.6.cap 2. num.47.* quia debet esse certa persona accusatoris,vel denunciatoris, *l.libellorum, in princ.ff.de accus.Bart.in l.si cui, num.1.in princ.ff.de accus. Bonifac. Vitalin. in tract.de malef.verb. quid sit accusatio, Menoch.cons.94.num.19.lib.1.Prat.in nicand.nu.160. cum seq.*& diximus hoc eod.*tit.cap.11. à num.4.cum seqq.*

27 Super dictis querelis, dum Visitator capit informationem, potest suspendere Officialem processandum ab officio, & illum absentare à loco, in quo capitur informatio, ad hoc ut Testes contra cum examinandi liberè possint eorum depositiones præstare, & non terreantur ob Officialis præsentiam, *Cancer.var.lib.3.cap.12.num.142.Guttier.lib.1.pract.qu.39. num.11. Bovad.lib.5.polit.cap.9.num 190.cum seq. Mastr.de magistr.lib.6.cap.2.num.5.*& practicatum vidimus tempore Visitatoris Regentis Danesii Casati,per quem fuerunt,durante informatione suspensi aliqui Officiales perpetui,& absentati
28 in aliquibus locis distantibus ab hac Civitate, quòd regulare est in quolibet Officiali procesando, cui per Officialem commissarium pro captura informationis potest fieri ordo, quòd se absentet à loco jurisdictionis per tot miliaria, ob eandem rationem, ne Testes ob timorem, & præsentiam Officialis terreantur, & veritatem non manifestent, ut diximus *d. cap.11. num.18.*

29 Hæc autem suspensio, quæ fit durante informatione, quia est modici præjuditii, non requirit causæ cognitionem, & fit Parte non citata, *Capibl.de Bar.tom.2.cap.23.num.5.* sed si capta informatione Visitator intendit aliquem Officialem ab officio suspendere, in hoc alia, & plenior, est adhibenda causæ cognitio,debentque benè discuti inditia, & cum maturitate ponderari deducta in informativo, *Cancer.var.lib.3.cap.12.num.141.Bovad.d.cap.1.num.190.cum seq.Mastr.d.cap.5. num.49.* & debet Officialis summariè audiri in hoc juditio summario suspensionis, debentque ei dari capita inquisitionis, ex quibus suspensio prætenditur, *Pont.decis.7.num.18.Prat.resp.crim.2. num.70.* ac debent,ut suspensio locum habere possit,cōcurrere omnia illa requisita, quæ recensuimus hoc eodem *tit.cap 9.*

30 Tempore capturæ informationis,debet Visitator integra dicta Testium scribi facere, & sic tam quæ faciunt contra, quam pro Officiali, *Nig.in Cap.si cum sceleratis,n.37.Carav.rit.234.num.4.Larre.decis.granat.98. num.48. Escob.de nobil.q.6.§.4.rub.de exam.Test.num.26.vers.sed nova,*& in Reg.adest *cap.*relatum à *Rov.in prag.4.nu.1.de off.mag.Iust.d.prag.4. de offic.mag. Iust. prag.21.§.item quia, & prag.27.num.50.eod.tit.*
31 non debet detinere Testes carceratos multo tempore, *Farin.cons.193. Larrea alleg. fisc.cap.102.tom.2.*aliàs depositio præsumeretur extorta metu carcerum,& per vim,ad finem,ut Testis à carceribus se liberaret, *Farin.d.cons.193.nu.3. vers.imò, Vermigl.cons.33 num.15.cons.74.num.6.&*

6.& conf.143.num.19. præcipnè si Testis sit de-
tentus in carcere atroci, cum compedibus, cate-
nis, vel manicis ferreis, vel si ei denegata fue-
rint alimenta, nàm tunc licèt Testis confitea-
tur, talis confessio non nocet Officiali, quia ta-
lis carceratio est species torturæ, & sic dicere-
tur confessio facta metu carcerum, quæ non
valeret, Bal.in l.2.vers.quaritur, C.de episc.aud.
Marsil.in tract.de Bann.verb.carcerati, num.28.
Scial.de torq.reor,cap.14.n.22.
32 Nec debet torquere Testes, nisi in casibus à
jure permissis, videlicèt Testes convinctos, &
negantes deponere, Thesaur.dec.42.num.1.San-
fel.dec.84.n.1.Farin.q.79.num.21.Guaz.ad def.
reor.def.19.cap.3. vel Testes, qui dicunt inter-
venisse in aliquo facto, sed negāt aliquid audi-
visse, vel vidisse, vel si dicunt interfuisse, & va-
cillant, Guaz.d.def.19.cap.2. Farin.d.q.79.nu.
14.cum seqq.Ricc.decis.844. p.2. & decis.826.p.
3.Ambros.in proc.inform.lib.1 cap.4.n.10.Caren.
de offic.San.inquis.par 3.tit.6. n.84.Scial.de torq.
reor,cap.14.n.5.cū seqq.vel Testes qui in eorū re-
petitione negant eorum primam depositionem,
Foller.in pract.rub. & demum repetantur Testes,
num.16.Scial.loc.citat.num.25. vel Testes infa-
mes, qui non admittūtur absque tortura, l.ob car-
men, § si ea rei conditio, ff.de Test. Boss. de tort.
Test.num.3.Clar.q.85.in prin.Farin.d.q.79.à nu.
24. usque ad 28. vel Testes verisimilitèr infor-
matos de delicto, qui nullam excusationem
adducere possunt, & de dicta verisimilitudine
constet in actis, Brun.de ind. p.2.q.4. num.14.
Blan.de quæst.nu.299.& 418.Guazz.defens.19.
cap.2. num.5.& cap 5.num.8.Ambros.proc.infor-
mat.lib.1.cap.4. num.15. Ball tract. crim. lib.1.
cap.4. num.15.Boss.de tort.Test.num.11.Farin.d.
qu.79.num.39.Scial.d.cap.14 num.38.& 39.ubi
per totum d.cap. enumerat omnes casus, in qui-
bus Testis potest torqneri, vide etiam Conciol.
verb.tortura, resol.20.qui resol.5. declarat quan-
33 do Testi torquendo sit danda copia inditio-
rum, unde nō debet Visitator torquere illos Te-
stes, qui inviti non possunt cogi ad ferendum
testimonium, putà filium contra patrem, nec è
contra, fratrem contra fratrem, & similes, Franc.
decis.538.Rov.in prag.1.num.8.de quæst. Scial.d.
34 cap. 14. num. 59. nec debet torquere Testes,
nisi in casu quo principalis posset torqueri,
aliàs si Officialis ex delicto non posset torque-
ri, à fortiori non posset torqueri Testis, Cabal.
resol.crim.cas.200.num.128. Scial. d.cap.14.nu.
35 13.& 43.nec potest torquere Testes, nisi prius
examinato Officiali, nàm si Officialis in depo-
sitione fateretur delictum, ad quid torquere
Testes, Bajard.ad Clar.quæst.25.num.3.Guazz.
def.19.cap.1.num.9. supponendo quòd Officia-
lis sit in fortiis, nam si est absens, tunc Testis in
casibus permissis potest torqueri tempore cap-
turæ informationis, etiam principali non exa-
minato, Scial.d.cap.14. num.8. nec debet Testes
36 torquere, nisi prius constito de delicto in gene-
re contrà Officialem, Farin. quæst.76.num.70.
Guaz.d.cap.1.num.1. alios casus, in quibus Te-
stes non possunt torqueri, vide apud eundem
Scial.d.cap.14.a num.42. cum seqq.
37 Receptis probationibus ad Visitatoris in-
structionem, & sopita informatione, examina-
tur ipse Officialis per Visitatorem super capi-
tibus inquisitionis, verum tempore quo exami-
natur debet Officialis sedere coràm dicto Visi-
tatore, Cabal.cas.54. Mastr.de magist. lib.6.cap.
2.num.55. quia debent Visitatores cum omni
urbanitate procedere cum Officiali inquisito,
Avil.in cap.Prætor, glos.durante, num.7. & seq.
& cap.1.sind.gl.1.num.12. Burg.de Paz in prac.
tom.1.cap.un.p.8.num.14.Bovad.lib.5. polit.cap.
1.num.50.ex quò Officiales dicuntur membra
38 Principis, & partes corporis ipsius, l. quisquis,
C.ad l.Iul.mai.glos.in l.fin.C.de ind.lib.toll. Pont.
de pot.Proreg.tit. de elect. Offic.§.6. num.3. sunt
39 Reipublicæ Patres, & Ministri divinæ justitiæ
in Terra, proverb.cap.3.Narbon.ad leg.Reg.lib.4.
tit.1.l.20.glos.18.num.88.Rocc.de offic.in proæm.
n.8 usque ad n.12.
40 Si verò Officialis veniat inditiatus pro ali-
quo gravissimo delicto, putà, pro crimine ba-
rattariæ, potest torqueri ex processu informa-
tivo, Revert.decis.46. vel si sit inquisitus de au-
xilio præstito bannitis, Mastr.decis.151.num.
10.cum seqq. dummodò concurrant omnia illa
tria requisita, quæ debent concurrere, ad hoc
ut tortura ex processu informativo possit infer-
ri, videlicèt gravitas, & atrocitas delicti, ur-
gentia inditiorum, & diffamatio, aliàs uno dè
his tribus requisitis cessante, tortura ex processu
informativo contra Officialem locum habere
non potest, ut latè dicemus in tit.de tort.ex pro-
cess.informativo, cap.2.
41 Completo examine datur per Visitatorē Of-
ficiali competens terminus ad se defendendum,
Raudens.resp.49.sub num.7.& resp.50. num.34.
Azeved.l.13.num.11. cum seq. Mastr. d.lib.6.
42 cap.8.num.45.verum non datur Officiali copia
repertorum, sed tantùm notificantur visitato
querelæ ex eadem visitatione contra eum resul-
tantes, absque dictis, & nominibus Testium, ut
testantur Redin.de majest.Princip. verb.sed etiam
per ligitimos, nu.165. cum seqq. Capibl.de Baron.
lib.6.cap 2.num.25 & 26.& lib.1.prag.5. n.157.
Pont.cons.146.lib.8. Mastr.d.cap.2.num.25.&
26. ubi ob hanc rationem vocat talem practi-
cam rigorosissimam, & ego subiicio, esse terri-
43 bilissimam? Quomodo enim potest divinare
Officialis visitatus, quę telæ sunt contra eum
paratę? Quomodo poterit excogitare quæ per-
sonę contra eum testimonium protulerunt?
Quomodo poterit ostendere falsitatem Testiū,
qui propter calamitatem temporum facillimè
inveniuntur, læditur propterea Minister, dum
nequit se defendere, & læditur etiam, quia
clauso processu transmittitur per Visitatorem
ad Curiam Regis, ubi terminatur causa per Ju-
di-

Judices non informatos de stilo Regni, absque Advocatis, & Procuratoribus, qui jura Ministri tueri possent, ut infrà dicemus. Et quis inficiari poterit ob talem modum procedendi in substantia Officiali tolli defensionem, licèt mediante decreto ei concessa videatur, quæ defensio, cum sit de jure Divino, & naturali, nec
44 per Papam, nec per Regem, tolli potest, *Masc. de prob.conc.*1157.*n.*54.*Surd.de alim.tit.*9.*q.*31.*n.*23.*Vasq.contr.quæst.cap.*18. *nu.*3.*& seq. Cabal. cas.*88.*n.*3.*& de hom.n.*425.*Gunz.defens.*29.*cap.* 4.*num.*2. *Rov.in pragm.*1. *de bon.prod. num.*2. *Burg.de mod.proced.ex abrup.q.*13.*à num.*8.*cum seqq.*

45 Exclamant DD. modum inferendi torturam ex processu informativo esse terribilem, quia per eum denegatur copia repertorum, & torquetur Reus nulla habita defensione, *Cartar.de exeq.sent.cap.ban.in præfat.num.*23.*Ant.de Ball. de quæst.quæst.*10.*nu.*7.*& seqq. Conciol. res.crim. verb.tortura, resol.*4.*num.*9. *in fine*, & tamen
46 tortura ex processu informativo hoc in se habet, ut ea illata agitur postea ordinariè, & Reos in omnibus auditur in juditio ordinario, *Niger in Capit. Regni si cum sceleratis, num.*50. *Carav.rit.*159.*num.*10. *Scaglion.alleg.*1. *num.*8. *cum seq.* Quid dicent de isto modo procedendi contra Officiales, quibus à principio usque ad decisionem causæ, & post eam decisam denegatur defensio, quia à sententia lata in Regia visitatione non datur appellatio, ut infrà dicemus. Si talis modus procedendi est ità privilegiatus ob difficultatem probationum, quia delicta Officialium clam committuntur, nonne
47 in delictis occultis conceduntur Reis de talibus criminibus intinctis defensiones, *Affl. decis.*391 *num.*2.*Gramat.decis.*36.*num.*50.*Rov.in rub.de bon.prodit.num.*4.*Tusc.pract.concl.*99.*num.* 9.*lit.I.Ball.de quæst.q.*10.*num.*14. *Burg.de mod. proc.ex abrup.qu.*13.*num.*8.

48 Sin verò ast fundatus ob delictorum atrocitatem, etiam habemus, quòd in in delictis atrocioribus debet dari Reo copia repertorum, cum nominibus, & integris dictis Testium, *Carrer.in pract.crim.tit.de indit.& tortura vers. circa quintum, n.* 16.*Scial.de torq. reos, cap.* 6. *num.*11.

49 Sic in crimine hæresis, quod inter atrocissimos primū locū obtinet, licèt non notificentur inquisitis nomina Testium contra Reum examinatorum, tamen publicantur dicta, super quibus potest reus se tueri, *Clar.§.fin.q.* 49. *n.*1. *Guttier.alleg.*1.*Siman.de inst.Cath.tit.*4.*de Testib. n.*29.*&* 30.*Bosf.de haret.n.*9.*Farin.q.*185.*n.*219.

50 Dissimile non est læsæ majestatis crimē, quod inter atrocissimos similem locum obtinet, publicantur quoque dicta Testium, & datur Reis de tali crimina inquisitis copia repertorum, *Bart.in extrava.ad reprimendum, verb.& figura, num.*15.*Gig.de crim.las.majest.lib.*1. *tit. qualiter in crim.laf.majest.proced.q.*11.*à num.*3. & dicemus *tit.*5.*cap.*3.*à num.*36.*cum seqq.* solum contrà Officiales inventa est talis rigorosa praxis procedendi, quæ si sit Juri consona ex supradictis videre poteris? Dicat nunc mihi *Mastrill.* si
51 Officiales sunt Dii terreni, prout ipsa sentit *de Magistr.lib.*1.*cap.*1. *num.*11. nàm melius dixisset cum J.C.in *l muneruum*, *verb.indicandi quæque,ff.de mun.& hon.* quod officium sit onus, nō beneficium, & munus judieandi, licèt sit honorificum, est tamen magnoperè onerosum, & periculosum, *cap.pastoralis,verb.exonerare, de offic.deleg.cap.pastoralis,§.*1.*de offic.ord.* homici-
52 (see margin)
53 dium in personam Andreæ Iserniæ, interfectum à quodam Gallo, carcerationes Angeli Aretini, & Folletii, fuerunt fructus officii, & ottę ex causa judicandi, ut testatur *Prat.in nicand.nu.* 604. meritò Philosophus Temistocl. in hæc verba prompit. *Si mihi duas ostenderetis vias, quarum una ad sepulchrum, altera ad Tribunal duceret, multo libentiùs ingrederer eam, quæ rectà ad sepulchrum duceret, & Stob. ferm.*43. *& Demost.* citatus à *Man.lib.*4. *apoph.ex Plutar.* ait *Si ex duobus alterum sit eligendum, citiùs in exilium iturum, quàm ad fugestum, aut Tribunal.*

54 Ac proindè, quia in hoc visitationis juditio, majus adest periculum, majus est adhibendum remedium, *cap.ubi periculum, de elect.in* 6.*l.*1.*§. siquis, C. de carb.edic.* undè ex quò regulariter probationes contra Officialem debent esse luce meridiana clariores, ut diximus hoc *tit.cap.*7. *num.*12.*&* 13. tanto fortius hoc tenendum est quando agitur juditio visitationis, & sic ad eā
55 condemnandum non sufficiunt duo Testes, sed tres requiruntur ad convincendum, punctualis est, *tex.in cap.ult.de heret.in* 6.quem ad hoc adducit *Roger.in alleg.* inserta per *Lagun. post prag.* 1.*de sind.Offic.vers.tamen, fol.* 704.quia in *d.cap.* iden desiderantur tres Testes ad convincendum aliquem de hæresi, quia in dicto crimine publicantur tantum Testium dicta, non verò nomina, à fortiori hoc est dicendum in casu nostro, ubi nec nomina, nec dicta Testium publicantur, qui Testes ad convincendum Officialem vi-
56 sitatum debent esse omni exceptione majores, & talis qualitas debet probari, ut diximus *d. cap.*7.*num.*3.

57 Et licèt contrà Officiales in Reg.admittatur probatio per Testes singulares, ut diximus *d. cap.*7.*num.*14.15.20.*&* 21. tamèn hoc intelli-
58 gitur quoties contra Officialem agitur in juditio sindicatus, ubi Officialis validè potest se defendere, quia datur ei copia repertorum, secus verò si agatur juditio visitationis, quo casu cum Officiali proceditur modo quo supra, & in puncto tradit *Mastril. de magistr.lib.*2. *cap.*2. *num.*34.

59 Imò jura Regni, quæ admittunt contra Officiales probationes per Testes singulares, intelliguntur quoties Testes sunt omni exceptione majores, alràs *d.pragm.* jubent servari quòd jura, & leges Regni disponunt, ut advertit *Pont. cons.*

conf.146.num.15.lib.2. quæ jura, & leges Regni requirunt convictionem, *l. Iudices, C. de dign. lib.12.l.fin.C.ad l.Jul.repetund.Const. Regni Corruptela crimen, & Const.apud Justitiaries.*

60 Nam licèt Visitatores habeant vices Regis, & procedant manu Regia, sola facti veritate inspecta, nullis juditiorum solemnitatibus adstricti, *Bart.In extravag.ad reprimendum,verb. videbitur,num.2.Grat.consf.74.in princ.lib.3.Hemed.de find.num.142. Roland. conf.70. num.16. Menoch de arb.Iud.lib.1.q.7.num.69. & q.31.n. 5.Prat.in nicand.num.252.& 253.* nec tencan-

61 tur observare leges illius Regni, ubi destinantur Visitatores, ut ex rescripto Regis Philippi II. testatur *Mastr.d.lib.6.cap.2.n.17.*

62 Tamen hoc intelligitur in modo procedendi, non vero in modo probandi, in quo debet Visitator observare ea, quæ Jura disponunt, ad tradita per *Nigr.in Cap.Reg.223. num.6. Menoch.de arb.Iud.lib.1.quest.7. num.70. & quest. 9.num.4.Farinac.quest.37. nu.68. Burg. de mod.*

63 *proced.ex abrup.q.41.* unde non debet admittere in Testes contra Officiales personas de Jure non admittendas, & sic inimicos, accusatores, condemnatos, mediatores, infames, & similes, de quibus diximus *hoc tit. cap. 7 à num.4. cum seqq.*

64 Instructo processu, Visitator non habet potestatem condemnandi Officiales visitatos, sed tenetur transmittere processus ad Regem, & causæ, vel terminantur in supremo Italiæ Consilio, à cujus sententiis non datur appellario,

65 quia proferuntur nomine Regio, *Mastril. de magistr.d.lib.2.cap.12.* vel per Regem destinantur Judices loci, ubi Officialis fuit visitatus, quod observatum vidimus in dicta visitatione Regentis Danesii Casati: nam transmissis per eum processibus ad Regem contra Officiales visitatos, aliqui fuerunt condemnati ad aliquas pecuniarum quantitates, causæ aliquorum fuerunt delegatæ aliquibus Ministris hujus Civitatis, & aliqui fuerunt absoluti, & præcipuè

66 fuit declaratus innocens, magnus ille Regens, D. Jacobus Capycius Galeota, Patritius Neapolitanus, Dux S. Angeli, togæque decor, qui non fuit alitèr, tempore quo vixit, officio privatus, sed solum durante informatione, super capitibus contra eum à malevolis porrectis, fuit appartatus in Casali Trocchiæ, ubi (proh dolor) vitam cum morte commutavit, & Ministri qui fuerunt in visitationibus vexati, & postea absolori leguntur penes *Testay alleg.7. & 8. lib.1. Sess.post tract.inhib.just.Arag.Larr.alleg.501.lib. 2. & Sanfel.decis.62.*

67 Reperiuntur tamen aliqui Officiales, qui sunt exempti à Regia visitatione, & non potest Visitator illos cognoscere. Primò est exemptus Regol Prorex, cum non sit decens exponere illius magnam autoritatem calumniis subjectorum, *Siman.de Republ.lib.6.cap.23. Mastrill.d. lib.6.cap.4.n.9.& 10.*

68 Secundò non habet Visitator facultatem visitandi Secretarios ipsius Proregis, quia illi propriè non continentur appellatione Officialium, ex quo non habent jurisdictionem, excepto si Regi aliter placuerit, *Marin.resol.quotid. lib.2.cap.224.n.1.& 2.*

69 Tertiò non potest visitare Barones Regni, *Pent.de potest.Proreg.tit.de elect.Offic.§.1. n.62. Mastr.d.cap.4.n.12.*& fuit novissime ordinatum per S. M. dicto Visitatori Casati, ad instantiam hujus Fidelissimæ Civitatis, quòd se non intromitteret contra dictos Barones, ità fuit executum, & Barones non fuerunt molestati.

70 Quartò non potest Visitator visitare Officiales temporales, qui subiacent sindicatui, quia juditium visitationis fuit introductum contra Officiales perpetuos, in punc. *Mastril.d.lib.6. cap.1. num.16.* præcipuè quandò Officialis fuit absolutus in sindicatu, quo casu non potest iterum molestari, ut latè fundabo in *tit.de sind.Offic.cap.15.* sed contrarium vidi observatum per dictum Visitatorem Casati, per quem fuerunt etiam visitati Officiales temporales, verum no-

71 luit apponere manus contra illos Ministros, qui habuerunt litteras liberatorials, & in una facti contingentia, me patrocinante, exhibitis litteris liberatorialibus, noluit Visitator procedere super quadam querela, concernente sindicatum.

72 Benè tamen potest Visitator cognoscere Officiales de regimine Universitatum, pro revisione computorum, pro ut processit dictus Visitator Casati contra quamplures administratores locorum, & signantèr Civitatis Puteolorum, me patrocinante pro dictis administratoribus, ubi servatis servandis, eos condemnavit ad certas pecuniarum quantitates, & significatoriç fuerunt consignatç Perceptori Tertæ Laboris.

S U M M A R I U M.

1 *Delictum extinguitur cum pœna ob mortem delinquentis.*

2 *Sententia non potest proferri contra mortuum.*

3 *Actiones ex delicto non transfunduntur contra hæredes defuncti.*

4 *In delictis privatis, post litem contestatam, pro pœna Parti applicanda, actio transit contra hæredes defuncti, quid in delictis publicis? nu. 6.8.9.& 10.quid pendente appellatione? n.7.*

5 *Lis in criminalibus quando contestetur?*

11 *Crimina publica quæ sint?*

12 *In criminibus l. Julia repetundarum, de residuis, & peculatus, potest agi contra hæredes delinquentis.*

13 *Qui teneantur de crimine l. Julia repetundarum, qui peculatus, num.14.& qui de residuis, remissivè.*

15 *Hæredes defuncti tenentur solvere pœnam, in quam incurrit delinquens ipso jure.*

16 *Tenentur solvere pœnam due. mille pro ictu scop-*

 pit-

pitti, emisso à delinquente.

17 *Pæna imposita per legem, ipso jurs, requirit sententiam declaratoriam.*

18 *Sententia declaratoria potest proferri post msrtem delinquentis, audito illius harede.*

19 *Et qusmodo tali casu pronnncietur sententia?*

20 *Cadaveri, se ipsum occidsntis, an possit pæna imponi?*

21 *Occidsnt so ipsum privatur Ecclesiastica sepultura.*

22 *Bona occidentis se ipsum quando publieentur?*

23 *In crimine furti actio transit contra haredes furis, licst adsos nihil pervensrit.*

24 *Ds crimine lasa Majestatis potsst cognosci post mortsm delinquentis.*

25 *Et de crimins haresis.*

26 *Es de crimins sodomia.*

27 *De jurs Canon. etiam lite non contestata, pro dslicto defuncti agi potest contra haredem.*

28 *Pro delicto Officialis infra quantum tempus possit agi contra hersdes? & n. 29. 30. & 31.*

32 *Harsdss pro dslicto defuncti possunt convsnirè infra quinquennium à die mortis Rei.*

33 *Sed in crimine haresis actia durat psr annos quadraginta.*

34 *Msmoria delinquentis damnatio in quibus delictis practicetur?*

35 *Harsdes Rei defuncti sunt audiendi in juditio damnationis msmoria, vsl confiscationis bonorum.*

36 *Hers sin sasu quo tsnstur pro dslicto defuncti, licèt non csnfscit invsntarium, non tsnstur de proprio.*

CAPUT XIV.

Pro delictis Officialium an possint conveniri illorum hæredes? & latè de casibus, in quibus agi potest mortem delinquentis.

1 MOrtuo delinquente regularitèr delictum, unà cum pęna extinguitur, *l. defuncto, ff. de pub. jud.* ibi *Dsfuncto so, qui Reus fuit criminis, est pæna extincta, l. 1. & 2. C. si reus, vel accus. mort. fuer. l. pupillum, §. in haredem, ff. de publ. jud.*
2 cum concord. non solum ea ratione, quia contra mortuum sententia ferri non potest, *l. Paulus, ff. qua sent. sin. appell. rescind. l. Neratius, ff. de reg. iur. l. quam rsm, §. cum absentem, ff. de judic.* de quo dicemus in *tit. ds forsud. cap. 53. nu.* 109. sed etiam quia actiones ex delicto non possunt
3 transfundi contra defunctum, ad ejus hæredes, *Bosr. dscis. 64. Surd. decis. 89. num. 14. Cabal. res. crim. cas. 298. num. 3. Anel. Amat. cons. 55. num. 7. Carlev. de jud. tom. 2. disp. 1. num 17. lib. 1. Sebast. Medic. tract. mors omn. sol. p. 1. concl. 32.* nec contra fidejussorem defuncti, *Grivell. decis. 6.* per totam.

4 Hæc regula plures patitur limitationes. Primò quoties sumus in delictis privatis, & pęna ex eo venit Parti applicanda, tunc si delinquēs moriatur pendente accusatione, & lite jam contestata, judicium, & instaorta, & per consequens illa pęna bonorum transit contra hæredes, secus si Reus moriatur ante accusationem propositam, vel ea proposita ante litē contestatam, quia tunc extinguitur delictum, *l. sx judiciorum, vers. fin. ff. de accus. l. un. C. ex del. def. §. non antem omnes, inst. de perp. & temp. act. Gomez. var. lib. 3. cap. 1. num. 84. Cabal. res. crimin. cas. 298. num. 18. & 19. Farin. quast. 10. num. 53. Barbos. in l. filius familias, num. 155. ff. ds Iud. Guazz. ds confisc. concl 18. num. 59. Vasq. contr. illustr. cap. 96. num. 25. lib. 3.* lis autem duobus
5 modis contestatur in criminalibus; nam aut agitur contra Reum præsentem, & tunc fit actus contestationis, quando Reus ducitur coram Judice pro Tribunali sedenre, solutus vinculis, & catenis, & post quam fuit interrogatus, respoodit super capitulis suæ inquisitionis, affirmando, vel negaodo, postea interponitur decretum, quòd ei dentur defensiones, quod per Scribam fiscalem ei ootificatur, *Foller. in prac. crim. verb. fiat litis contestatio, Capyc. Lat. dscis. 121. num. 27. & 28.* aut agitur contra absentem, & tunc Rei contumacia habetur pro litis contestatione, ex quo per Reum conventum stetit quominus lis contestaretur, *Bart. l. 1. ff. ds priv. del. n. 9. Bosr. decis. 64. nu. 2. Grinel decis. 6. n. 6.*

6 Secundò limitatur regula supradicta in delictis publicis, in quibus si delinquens moriatur post sententiam, actio transit coutra hæredes, ad differentiam privatorum delictorum, io quibus sufficit litis contestatio, *Ulpel. resp. crim. t. num. 3. in fin. lib. 1. Bos. ds accusat. nu* 34. & in *tit. quomod. procedatur per action. in del. n. 30. Farin. d. quast. 10. n. 53 Sebast. Msdic. d. concl. 32. n. 86. circa fin. Grivel. decis. dolan. 6. n. 8.* unde si reus condemnatus de crimine publici judicii decedat post latam sententiam, à qua fuit appellatum, quia appellatio, respectu status presentis extinguit judicatum, respectu futuri suspen-
8 dit, hinc fit, quòd in publicis criminibus pęna extinguitur, & non potest agi contta hæredes delinquentis, quoties pæna venit in consequētiam corpotalis, *l. fin. C. si Reus, vel accus. mort. fue. Clar. §. fin. quast. 94. vers. sed pons, Psregr. de jur. Fis. lib. 4. tit. 5. num. 40. Grivel. d. decis. 6. nu. 9.*
9 secùs si veoiat principalitèr, ut probat *Rovit. decis. 64. num. 3. & 4.* si autem concurrat aliquid quod sententiæ æquipolleat, putà confessio, quæ sententię æquiparatur, tunc etiam in publicis judiciis actio cōtta hæredes transit, *Bald. Clar.*

Clar. Peregr. Marc. & Menoch. adducti à *Grivel. d. decis. 6. num. 11. Caccher. decis. 148. num. 9. Cabal. resol. crimin. cas. 298. num. 15. 16. & 27.* sed
10 confessio debet esse vera, non ficta, quæ oritur ob Rei contumaciam; nam hæc non operatur quòd mortuo Reo, sic fictè confesso, possit pro bonorum confiscatione agi contra hæredes, *Alber. de Rosat. in tract. de Statut. lib. 4. quæst. 25. Pereg. d. tit. 5. Cabal. d. cas. 298. à num. 41. cum seqq.*
11 Crimina autem publica sunt, læsæ Majestatis, *l. 1. ff. de publ. jud. §. publica autem, inst. eod.* raptus, *§. item lex Julia, vers. sin autem, de vi pub.* sacrilegii, *Auth. si quis neu dicam rapere, C. de Episc. & Cler.* adulterii, *d. l. 1. de publ. jud.* legis Juliæ de ambitu, *d. l.* 1. repetundarum, *d. l. 1.* de annona, *d. l.* 1. peculatus, *d. l. 1.* de vi publica, sive privata, *§. item lex Iulia, de vi priv.* de residuis, *§. sunt præterea,* de ambitu, *d. l.* 1. legis Corneliæ de sicariis, *§. item lex Cornelia, de sicar.* de falsis, *§. item lex Cornelia, de fals.* legis Pompeæ de Patricidiis, *d. l.* 1. legis Flaviæ de plagiariis, *§. est inter.* Quæ autem sit differentia inter privata, & publica delicta, & quomodo hodie observetur, dicemus *tit* 8. *cap.* 9.
12 Tertiò limitatur in criminibus l. Iul. repetundarum, de residuis, & peculatus, in quibus post mortem Officialis delinquentis, etiam potest agi contra illius hæredes, *l. 1. & 4. ff. ad l. Jul. repet. l. fin. ff. de peculat. l. ex judiciorum, ff. de accus. l. 2. C. ad l. Jul. repet. l. in heredem, ff. de calum. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 39. num. 37. in fine Clar. §. fin. q. 51. num. 14. vers. sunt tamen, Gomez. d. cap. 1. num. 80. vers. 3. casus, Pereg. de jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 4. Amat cons* 55.
13 Et ille committit crimen l. Iul. repetundarum, qui in aliquo officio existens pecuniam accipit, quo magis, aut minus, quid faciat, *l. 1. & 4. ff. ad l. Jul. repetund.* idem est si ob talem finem domesticus, aut minister ejus acceperit, *l. 1. C. eod. d. l. ex judiciorum, ubi glos. Gomez. loc. cit. vers. 3. casus, Pont. decis. 16. num. 12.* Crimen ve-
14 ro peculatus committitur ab eo, qui rem sacrã, vel publicam subtraxerit, ut dicemus latè in *tit. de mod. preced. ad med. beū. cap. 1. à n.* 10. ubi etiã dicemus de crimine de residuis.
15 Quartò limitatur quoties pro delicto à defuncto commisso esset apposita pœna confiscationis bonorum, vel alia pecuniaria ipso facto, & ipso jure incurrenda, tunc non obstante morte defuncti, repetitur ab hęrede, *l. Cajus, ff. ad fil-Ian. l. ex judiciorum, ff. de accus. vers. adeo, Boss. tit. de sent. num. 47. Clar. q. 51. num. 15. Pereg. de jure fisc. lib. 4. tit. 5. num. 7. Valdaur. illust. qu. 83. num. 7. lib. 2. Moles in decis.* impressa per *de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 244. num. 9. de Philip. dis-*
16 *sertat. 16. num. 11.* ex hac limitatione infertur ad *pragm. 4. de ict. scop.* per quam pro pęna ictus scoppitti solvuntur duc. mille, qui debentur statim facto Reo contumace, quòd ex quò talis pęna debetur principalitèr, & non in consequentiam delicti, si Reus moriatur, pœna potest exigi ab illius hæredibus, ut latè fundat *Onofr. de Palma in alleg.* inserta per *Prat. resp. crimin.* 48.
17 Et quamvis pœna, quæ infligitur Reo ipso jure etiam requirat sententiam declaratoriam, tale delictum fuisse commissum, & ante talem sententiam non possunt apprehendi bona, *l. ejus qui delaterem, ff. de jur. fis.* tamen talis sententia
18 declaratoria potest proferri post mortem delinquentis, audito illius hærede, nec est necesse quod talis declaratoria fiat in vita delinquẽtis, *Far. d. qu. 10. nu. 83. Cabed. decis. 197. p. 1. Rov. decis. 64. num. 11. &* 13. nam pronunciatur in
19 sententia, delictum fuisse à Reo mortuo commissum, & propterea incurrisse in pęnam pecuniariam à lege, vel statuto indictam, & ejus bona Fisco applicantur, *Clar. q. 51. num. 15. Pereg. d. tit. 5. num. 1. Menoch. cons. 168. & seq. Rov. d. decis. 64. n.* 14.
20 Quintò limitatur supradicta regula, quoties delinquens sibi violentèr mortem infert, nam tunc licèt de jure non posset Judex ejus cadaveri pœnam imponere, ut fundant *Gomez. d. cap. 1. num. 79. Gizzar. decis. 15. Farin. quæst. 10. num. 77.* & decisum refert *de Laurent. decis.* 113. tamen de consuetudine in delictis atrocissimis contrarium servatur: nam etiam post mortem pęna imponitur delinquentis cadaveri, quia vel suspenditur cadaver, vel concremantur ossa, vel aliis pœnis infligitur, juxta enormitatem delictorum, ut in exemplis allatis à *Gomez. dicto cap. 1. num. 79. ab Angelis ad Gizzar. d. decis. 15. num. 8. à Boss. de exeq. sent. nu. 18. à Clar. quæst. 51. nu. 15. a Gig. de crim. læs. Majest. lib. 2. q. 33. n. 9. à Farin. d. q. 10. num. 74. à Menoch. de arb. cas.* 285. & de Rationali Corrado diximus *tit. 1. cap. 18. num.* 11.
21 Sed occidens se ipsum privatur Ecclesiastica sepultura, & inter stercora projicitur, *cap. placuit, 23. q. 5.* ubi *glos. Roman. sing. 164. Carrer. fol. 207. Plac. in epitom. delic. cap. 23. num. 14. de*
22 *Laurent. decis.* 123. non tamen privatur bonis, nisi in eo casu, quo quis erat inquisitus de crimine tali, pro quo bona erant confiscanda; nam ex sola sui ipsius occisione non infligitur pęna confiscationis bonorũ, sed mors delinquentis extingit delictum, & pœnam, *Covar. var. lib. 2. cap. 1. sub num.* 11. & latè tuetur *Cabal. resol. crim. cas.* 137. & decisum referunt *Peregr. de jur. fisc. lib. 4. tit. 4. num. 12. de Laurent. decis. 129. num.* 9.

In qua pœna cadaveri irroganda, etiam ubi adest consuetudo, debet Judex valdè cautè procedere, ut non nisi in delictis enormibus, & atrocissimis, & de quibus si delinquens esset vivus non posset evadere condemnationem, aliàs non debet de facili insęvire contra cadavera mortuorum, *Farinac. d. qu. 10. num.* 29. & quid si Reus mortem sibi intulit appellatione pendente à sententia mortis contra ip-

sum prolata? diximus *hoc capite, num.* 7.

23 Sextò limitatur regula supradicta in crimine furti, in quo transit actio furti ad hæredes furis, licèt ad eos nihil pervenerit de bonis surreptis, *l. si pro fure, §. condictio, ff. de cond. furti. Gomez. d. cap.* 1. *num.* 85. *Farin. d. quæst.* 10. *num.* 72. *Vasq. quæst. Illust. cap.* 96. *lib.* 3. *n.* 72.

24 Septimò limitatur in crimine læsæ Majestatis, in quo mortuo delinquente potest cognosci, & memoria defuncti damnati, *l. fin. C. ad l. Iul. Maje. l. ex judiciorum, ff. de accus. Masc. de prob. concl.* 348. *num.* 35. *lib.* 1. *Bell. de crim. læs. Majest. cap.* 5. *num.* 5. *Peregr. de jure fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 19. *Gizzarel. decis.* 14. *n.* 16.

25 Octavò limitatur in crimine hæresis, quod durat etiam post mortem, nec cum morte delinquentis extinguitur, *l.* 4. *C. de haret. l. apostatarum, C. eod. cap.* 2. *il* 2. 24. *q.* 2. *Bosf. de heret. nu.* 30. *Clar. q.* 52. *vers. sunt tamen.*

26 Nonò limitatur in crimine sodomiæ, in quo si sodomita condidit testamentum, & in vita non fuit accusatus, potest accusari post mortem, ut ejus memoria damnetur, & testamentum declaretur nullum, *Boss. de stup. detestab. in masc. n.* 2. *Farin. d. q.* 10. *n.* 44.

27 Decimò limitatur de jure canonico, quo jure favore animæ, ut ipsa à peccato liberetur, tenetur hæres, etiam lite non contestata cum defuncto, in solidum pro delicto defuncti, *cap. fin. de sepult. cap. in literis, ext. de rapt. Mel. in decis.* impressa per *de Mari. lib.* 2. *cap.* 244. *n.* 17.

28 Sed omnes casus, in quibus de jure agi potest contra hæredes pro delicto defuncti habent tempus limitatum; si quidem si agitur crimine repetundarum, debet fieri de necessitate à Fisco instantia contra hæredes defuncti delinquentis infra annum, alias anno elapso præclusa est ei via amplius agendi, *l.* 2. *ff. ad l. Jul. repet. Mattienz. in dialog. relat. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 10. *vers. pœna lecum habet, Pereg. d. lib.* 4. *tit.* 5. *nu.* 31. *vers. quintus casus, Rovit. d. decis.* 64. *num.* 86. qui ita decisum refert *de Marin. resol. quotid. lib.* 2. *cap.* 244. *n.* 4.

29 Excepto si ad hæredem Officialis aliquid pervenit, nam tunc, etiam elapso anno potest agi in simplum, contra illius hæredem, *glos. in l.* 2. *ff. ad l. Jul. repet. Bart. in l. ex judiciorum, in fin. ff. de accus. Caball. cas.* 298. *num.* 4. quòd intelli-

30 gitur quoad actionem civilem tantùm Patti spectantem; ita ut nullum commodum ex illa actione Fiscus percipere posset, nam respectu Fisci ultra annum pœna, & actio esset extincta, *Cald. in repet. l. un. C. ex del. def. in* 4. *p. relct. n.* 25. *de Mar. d. cap.* 244. *num.* 6. qui *nu.* 7. dicit, quod

31 si Pars turpitèr dedit, neque dans, neque hæres ejus repetere poterit, *l. si in haredem, §. etiam, ff. de calum. l.* 3. ubi *DD. ff. de cond. ob turp. caus. Covar. in reg. peccatum*, 2. *par. §.* 3. *num.* 1. *Bovad. polit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 34.

32 In cæteris autem delictis, in quibus lex habilitat posse agi contra hæredes defuncti, actio, & accusatio proponi debet infra quinquennium, à die mortis Rei; aliàs elapso quinquennio præclusa est via amplius molestandi hæredes, *l. si qui defunctum, C. de apostat. glos. in l. Manicheos, C. de heret. Gig. de crim. læs. Majest. lib.* 1. *qu.* 23. *Guaz. ad def. reor. defens.* 35. *cap.* 27. *num.* 5. *Gram. decis.* 105. *num.* 22. *Clar. §. fin. q.* 51. *vers. scias etiam, in fin. Farin. d. q.* 10. *n.* 18.

33 Sed in crimine hæresis durat actio per annos quadraginta à die mortis hæretici, *Gomez. d. cap.* 1. *lib.* 3. *num.* 81. *Far. d. q.* 10. *n.* 82.

34 Et in eodem hæresis crimine, quemadmodùm in crimine læsæ Majestatis, & sodomiæ, memoria delinquentis post mortem damnatur, prætèr autem hos tres casus, licèt posset agi contra hæredes mortui delinquentis, in casibus supra enumeratis, memoria tamen defuncti non damnatur, sed tantum agitur ad confiscationem bonorum, *l. ult. C. ad l. Iul. Majest.* & diximus hoc eodem *cap. num.* 18. 19. & 20.

35 In quo inditio, quod formatur contra memoriam defuncti, vel pro confiscatione bonorum, debent auditi hæredes delinquentis, qui possunt ad exclusionem delicti deducere omnia eorum incumbentia, ut vel bona, vel honor cōserveretur, *Aret. in §. interdum, num.* 2. *inst. de hared. qua ab intest. defer. & in tract. de malef. verbo che hai tradita la tua patria, num.* 17. *& in verb. D. Judex, num.* 42. *Gig. de crim. læs. Majest. lib.* 1. *rubr. qual. in crim. q.* 21. *Cavalcan. de brach. Reg. par.* 4. *num.* 138. *Cabal. resol. crimin. cas.* 298. *num.* 29. *&* 30. *Caccher. decis.* 106. *nu.* 3. *& decis.* 148. *in princ. Vasq. lib.* 3. *contr. illustr. cap.* 96. *n.* 11.

36 Et in omni casu quo hæres pro delicto defuncti, servatis servandis, fuit condemnatus ad solvendum aliquas pecuniarum quantitates, licèt non confecerit inventarium, nunquam tenetur ultra vires hæreditarias, sed pro eo quod est in hæreditate, *Clar. quæst.* 51. *num.* 17. *Boss. de pœn. sub num.* 34. *Gomez. var. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 85. *in fin. Cabal. d. cas.* 298. *n.* 44.

SUMMARIUM.

1 *Officialis carnalitèr cognoscens, extra causam officii, mulierem inhonestam, non punitur, quid si mulier cognita erat honesta? n.* 3.

2 *An in loco jurisdictionis possit detinere concubinam.*

4 *Officialis cognoscens meretricem carceratam, vel intuitu officii, qua pœna puniatur? & num.* 5. *&* 6.

7 *Custos carceris carnalitèr cognoscens meretricem carceratam, qua pœna puniatur?*

8 *Officialis cognoscens carnaliter mulierem honestam carceratam, vel intuitu officii, absque violentia, qua pœna teneatur?*

9 *Qua pœna teneatur de jure com. si intervenit violentia?*

10 *Qua de jure Regni?*

11 *Mulieri asserenti se fuisse violentatam non creditur.*

12 Coi-

12 *Coitus quando dicatur violentus?* & *num.* 13. & 14.

CAPUT XV.

Pro delictis carnis an Officiales possint durante officio conveniri?

1 SI Officialis, cessante causa officii, carnalitèr cognoverit aliquam mulierem inhonestam, non tamen carceratam, non punitur pœna aliqua, & habetur tanquàm quilibet privatus, ex quò Officialis non facit votum castiratis, *Marsil.sing.*150.*Boer.decis.*317.*num.*12.& 13.*Tusc.pract.conclus. lit.C. concl.*79.*num.*21.*Giurb.cons.*36. *num.*2. unde
2 non potest Officialis puniri, si in loco jurisdictionis detinuerit concubinam, *Put. de sind. verb.adulterium Officialis,num.*8. & 11. *Bovad. lib.*4.*polit.cap.*3.*num.*126. & *seq. Decian. tract. crim.lib.*8.*cap.*36. *num.*30. sed quia est res mali exempli, debent à tali peccato Officiales se abstinere, *Avil.cap.*47.*pretor.nu.*5. *verb.manceba, Mastril.de magist.lib.*6 *cap.*10.*nu.*88.*cum seqq.*

3 Si mulier cognita extra causam officii erat persona honesta, sed non erat carcerata, Officialis tenetur pœna stupri, si mulier stuprata erat virgo, vel pęna adulterii si erat conjugata, iisdem modis, quibus tenetur quilibet privatus, *Caravit.rit.*49.*n.*27.

4 Si vero mulier ab Officiali cognita erat carcerata, vel si eam cognovit prætextù officii, putà si coram eo litigabat, vel sub promissione ad suum officium spectante, isto casu, etiam quòd mulier cognita esset meritrix, talis coitus non debet esse impunitus, sed est puniendus pœna arbitraria, *Cabal.resol.crim.cas.*283.*n.*10.& 11. *Menoch.de arb.Iud.cas.*292.*nu.*4.*lib.*2. *Farin. quæst.*31.*num.*157.*Guazz.ad def.reor.def.*6.*cap.* 1.*num.*58.*Giurb.cons.*37.*nu.*5.6.& *seq.*

5 Debetque tali casu Officialis officio privari, *Boer.d.decis.*317.*nu.*16. *Tusc.lit.C. conclus.*413. *num.*17. & per Concistorium Regni Siciliæ, non solum fuit privatus officio ille Judex, qui prætextu officii accessit ad domum cujusdam meritricis, & eam carnalitèr cognovit, sed etiã fuit in exilium per quinquennium condemnatus, *Mastril.decis.*191.*n.*36.

6 Carceris enim violatio, qui est locus publicus, ac etiam periculum ne Officialis fugam carceratæ permittat, vel illam impunitam dimittat, efficiunt coitum punibilem, qui aliàs esset impunibilis, *Menoch.cas.*292. *num.*4. *de arb.Jud.Cabal.casu* 283.*num.*11. *Giurb.cons.*37. *num.*6.

7 Ob quas rationes, si Custos carceris cognoverit meretricem carceratam punitur pœna arbitraria, *Marsil.sing.*150. *Menoch.d.cas.*292.*n.* 1.*Farin.quæst.*31. *num.*120. *Gomez ad ll.Tauri* 80.*num.*25. *Cabal.cas.*283.*num.*5. *Clar.* §.*fornicatio, verbo non carcerata.*

8 Quòd si mulier ab Officiali cognita erat persona honesta, sed erat carcerata, vel cognita fuit intuitu officii, & tunc licèt coitus fuerit inter eos voluntarius, & absque violentia, ultra pęnam stupri, si mulier cognita erat virgo, sivè adulterii si erat maritata, est Officialis pœna majori puniendus, *Guid.Papa sing.*689.& *decis.* 448 *num.*3.*Clar.*§.*fornicatio,num.*24. *Carrer. in prax.*§.*decimo excusatur,n.*2. *Boer.decis.*317.*nu.* 5.& *num.*15.*Giurb.cons.*36. *num.*8. *Grilland. de pœn.omnif.coit.quæst.*13.& aliqui Officiales, qui mulieres honestas ex causa criminali carceratas carnalitèr cognoverunt, fuerunt damnati ad tempus ad triremes, ut refert *Cabal. d.cas.* 283. *num.*8.

9 Si verò coitus cum persona honesta carcerata, vel intuitu officii, fuit habitus ab Officiali cum violentia, & tunc de jure communi punitur pœna à relegatione infra, *Boer.decis.*317. *num.*9.& 16 *Clar.*§.*fornicatio,n.*24.*Farin.quæst.* 31.*num.*114.*Mastril.decis.*191.*à num.*21. & licèt *Put.de sind.verb.adulterium,cap.*1.*post num.* 2.*Boss.tit.de coit damn.*& *punib.num.*40. & 41. *Gomez.ad ll.Tauri* 80.*num.*25.teneant, quòd tali casu Officialis puniri debeat pęna mortis; tamèn omnes se remittunt ad *Jo Fabr.in* §.*item lex Julia,num.*3.*inst.de publ.jud.* qui non meretur allegari; siquidem loquitur de Consuetudine Regni Franciæ, & eodem modo respondetur ad *Ant.Fabr.in defin.*5.*C. ad l.Jul.de adult.* qui *num.*9. se remittit ad *Io.Fabr.* & ad *Clar.*§. *stuprum,num.*9. qui loquitur de alio casu.

10 De jure vero Regni habemus *Const.* incipientem, *Omnes nostri regiminis*, per quam cognoscens per vim mulierem, etiam inhonestam, & meretricem, punitur pœna ultimi supplicii, & tenent *Viv.opin.*679.*num* 6.*Gizzar.decis.*74. *num.*17.*Rovit super pragm.rubr.de meretr.num.* 2.*in fin.* & sic videtur quòd in Regno Officialis per vim cognoscens mulierem, debeat etiam puniri pœna mortis. Sed quòd etiam in Regno cognoscens mulierem inhonestam per vim, debeat extraordinariè puniri, tenent *Isern.*& *Affl. in d.Const.Omnes nostri regiminis, Gramat.decis.* 107.*D.Pisan.* ad præsens dignus Fiscalis Regiæ Audientiæ Salerni, *in add.super rit. Reg.Cam. rub.*17.*n.*23.

11 Sed mulierem fuisse ab Officiali violentatam non præsumitur, etiam si accesserit dictum mulieris, cui super hoc non est credendum, sed debet aliundè violentia probari, *Honded.cons.*10. *num.*11.& 18.*lib.*1.*Bursat.cons.*69.*nu.*19. *Gramat.cons.*45 *num.*1.*Boer.decis.*319. *Mascard.de prob.conclus.*184. *num.*34. *Mastril. d.decis.*191. *num.*93.

12 Qui-

12 Quinimo licèt blanditię, allectamenta, persnasionea, promissiones, fraudea, & fallaciæ, æquiparentur coactioni, & vi, quia seductio est via interpetrativa, *l. 1. C. de rap. virg.* nbi (*in. nu. 5. Bald. num. 17. & 20. Affl. in Const. Si quis rapero, num. 9. Novizzan. in silv. nupt. par. 4. num. 46. in fin. Mascard. de probat. concl. 1253. nu. 18. lib. 3. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 7. usque ad vers. quamquam autem*; tamèn propriè coitus
13 violentus dicitur, quando committitur cum armis, ut ex *Angel. Aret. inst. de publ. jud. §. item lex Julia*, tenet *Sanfel. decis. 245. num. 7.* vel si mulier fuisset ligata, vel fuisset audita vociferari, *Farin. quæst. 43. num. 94. Capibl. de Baron. prag. 4. prim. par. num. 330.* hinc licèt intervenerit ex parte stupratoris fallax persuasio, & promissio, semper tale stuprom fuit punitum, ac si nulla vis intervenisset, *Gram. vot. 4. sub num. 23. Farin. quæst. 147. num. 35. Bajar. ad Clar. §. adulterium, num. 72. Capibl. loc. cit. num. 332. Sanfel. d. num. 7. in fin.* quia si contrarium diceretur omne stuprum esset violentum, *Boss. tit. de coit. damn. & punib. num. 66. vers. sed adverte, Tusc. pract. conclus. 710. n. 3. vol. 7.*

14 Et si Officialis redaeguatur accessisse ad domum alicujus mulieris, intuitu officii, causa eam carnalitèr cognoscendi, & violentèr frangeret hostium domus, sed non violentèr stupravit puellam, non dicitur violentiam in stupro commisisse, quia violentia debet esse facta personæ, *Decian. tract. crimi. lib. 8. de stup. & coit. viol. cap. 15. n. 3. Franc. dec. 333. Giurb. d. cons. 37. n. 7.*

S·U M M A R I U M.

1 *Officialis qui injuriam Subdito intulit qua pœna teneatur? n. 2.*
3 *Iniuriarum pœna qua sit? num. 4 9. 11. & 13.*
5 *Vis publica quando commitatur?*
6 *Pœna l. Jul. de vi publica qua sit de Iure communi? quad de Iure Reg? n. 7.*
8 *Injuria dupliciter potest inferri, aut re, aut verbis.*
10 *In Regno pro injuriis verbalibus non recipiuntur querelæ.*
12 *Alapa pœna qua sit?*
14 *Officialis de jure communi an pro injuria illata Subdito possit officio privari, & durante officio conveniri? num. 15. quid de Iure Regni? n. 16.*
17 *Officialis excusatur à pœna injuria pro injuria subdito illata in quinque casibus notatis, usque ad n. 27.*
21 *Magistratus sunt ab omnibus honorandi, & salutandi ob eorum dignitatem, & uti Principem representantes, n. 26.*
22 *Pater tenetur prius salutare filium Officialem.*
23 *Non salutans Officialem punitur, & n. 27.*
24 *Incurrit quasi pœnam sacrilegii.*
25 *Princeps honorat Officiales, & Consiliarios suos, & illis assurgit.*
28 *Vasalli tenentur præstare obsequia Baroni.*

C A P U T XVI.

Pro injuria subdito illata an Officialis possit durante officio conveniri?

1 De Iure communi inveniõ, quòd Officialis, qui injuriã intulit subdito alia pœna non tenetur, nisi injuriarum arbitraria, *l. nec magistratibus 32. ff. de injur.* ibi *Nec Magistratibus licet aliquid enjuriose facere, si quid igitur per injuriam fecerit Magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia magistratus, injuriarum potest conveniri*, & ita tenet *Paris de Put. in tract. de sind. rub. de mod. & form. sindic. §. sindicantur etiam Officiales, Io. Fab. inst. de injur. in princ. Bonifac. de Vital. tit. de injur. nu. 29. Farin. quæst. 105. n. 131.*

2 Si verò Officialis infert subdito injuriam cũ armis, & convocatis hominibus, tenetur l. Iulia de vi publica, *l. lege Iulia, 7. ff. ad l. Iul. de vi publ.* juncta *l. qui dolo, 10 §. hac lege tenetur, ff. eod. tit.* quòd observat *Nig. in Cap. Reg. Statuimus, n. 71. vers. tertiam.*

Eadem ergò pœna tenetur Officialis subditum injuriantem, qua tenetur quilibet privatus; si quidem pœna pro injuria illata à quolibet
3 privato est Iudici arbitraria, *§. in summa, inst. de injur. l. fin. ff. eod. Gram. decis. 37. nu. 10. in fin. Thesaur. decis. 18. sub num. 1. & decis. 229. num. 7. Carav. rit. 311. nu. 19. Farin. q. 105. nu. 56. Prat. resp. crim. 17. n. 28. & 29.*

4 Er quoties aliquis infert alicui injuriam, coadunatis hominibus, incidit in crimen l. Iul. de vi publica, toto *tit. ff. & C. ad l. Iul. de vi public. Thesaurus decis. 35. num. 1.* quinimò vis publi-
5 ca committitur, etiam si ab uno solo violentia inferatur, *Clar. §. fin. q. 83. vers vim publicam, Carav. rit. 68. num. 3. & 5. Gram. cons. 43. Viv. decis. 391. num. 3. Rov. in prag. 2. de abol. num. 49* & veram esse hanc opinionem in puncto juris testatur, *Tesaur. d. decis. 35.* licèt per ejus Senatum contrarium fuisse decisum testatur: dummodò talis violentia fiat cum armis, aliàs non tenetur hoc crimine de vi publica, *Rov. d. prag. 2. num. 37. 38. & 39. Gram. vot. 15.* licèt contratium voluit *Thes. d. decis. 35. num. 2.* quòd non teqnitantur arma.

6 Pęna verò l. Iul. de vi publica de jure communi est deportatio, *§. item lex Iulia, Inst. de publ. jud. Carav. d. rit. 68. num. 4. Gram. cons. 43. num. 1. Viv. decis. 391. num. 1.* qui *num. 6.* dicit quòd hodiè de genetali consuetudine dicta pęna est arbitraria.

7 De jure verò Regni, per *Const.* incip. *Iusticiarii,*

rii, si insultus est factus cum armis, non punitur pœna corporali, nisi sit sequuta percussio, *Gram.conf.*43. *num.*6. *Rev. d. pragm.* 1. *de abol. num.*14.

8 Injuria verò dupliciter potest inferri, aut re, aut verbis, re quoties manus inferuntur, verbis quoties manus non inferuntur, sed fit convitium, *l.* 1. §. *injuriam autem*, *ff. de iniur. Farin. quæst.*105. *num.*2. & 3. nam etiam injuria in scriptis illata dicitur verbalis, *And. Gaill. obser.*104. *num.* 1. *Bajard. ad Clar.* §. *injuria*, *nu.*35. *Bertaz. cons.*273. *n.*2.

9 Pro injuria verbali cõpetit de jure communi tantũ actio civilis ad æstimationem, §. *pœna autẽ*, *inst. de injur. Mut. dec.* 36. *n.* 5. *Rovit. in prag.* 1. *de abol. n.*48. *Prat. resp. crim.* 27. *n.* 36. *cum seqq.* & est statutum de jure Regni per *rit.* 311. ubi *Carav. num.*7. & 8. imò per *prag.* 36. §. 43. *de offic.*
10 *mag. just.* est cautum, ut pro injuriis verbalibus non recipiantur querelæ.

11 Pro injuria verò reali, in casibus contingentibus, non nisi pœnam exulatem invenio impositam, sic apud *Thes. decis.*224. *num.*1. pro verberibus cum baculo fuit imposita pœna annorum trium exilii, & per tantundem tempus in eadem facti contingentia fuit alter condemnatus, apud *Grammat. decision.* 17. & apud eundem *Grammat. vot.* 15. pœna fuit biennalis exilii, & unciarum centum, idem tenent *Vivius decis.*291. *num.*6. & *Prat. respon. crim.* 7. *à num.*39. *cum seqq.* ubi plures casus adducit, & dicit *Nig. in Cap. Reg.* 140. *num.*48. quòd pro injuria reali, nec etiam potest agi ex officio, idem tenet *Carav. rit.* 68. *num.*7.

12 Fortius pro alapa invenio non nisi pœnam exulatem fuisse impositam in casibus contingentibus, apud *Lapum alleg.*76. *Gram. decis.*14. *Viv. dec.*46. *Ther. in comp. decis. p.* 1. *verb. alapam*, & per alios relatos à *Far. q.*105. *num.* 208. licèt sit gravior injuria percutere aliquem alapa, quam pugno, vel ex eo quia alapa in faciem magis sonat, & auditur, vel ex eo quia, cum alapæ dentur pueris, habens alapam pueriliter tractatur, *Nig. in Cap. Reg. de injuriis, num.* 13. *Valenz. cons.*41. *num.* 21. *lib.* 1. *Ros. de decret. M. C. cap.* 1. *n.*45.

13 Sanè potest intervenire qualitas ità aggravans, ut pro injuria imponatur pœna gravior, & quandoque capitalis, de quo latiùs dicemus in *tit. de ferind. cap.*4. quando scilicèt in pœnis arbitrariis arbitrium possit extendi usque ad mortem.

14 Modò applicando omnia supradicta ad quæsitum supra positum, ut vides de jure communi non est imposita pœna privationis officii Officialibus subditos injuriantibus, sed solum pœna exulatis, & ideò in *l. nec Magistratibus* 31. *ff. de iniur.* dicitur, quòd Magistratus habentes jurisdictionem, non possunt pro crimine injuriarum conveniri, quandiù sunt in magistratu, sed deposito tantum officio.

15 Excepto si ex aliquibus circumstantiis pœna injuriæ augeri deberet, & excederet pœnam exulare, & esset durior, tũc intrat dispositio *text. in l. jubemus, C. ad l. Iul. repetund.* ut pro delictis gravibus, ultra relegationem, possit Officialis durante officio conveniri, *Capyc. decis.*121.

16 De jure Regni nostri contrarium est statutũ, nam per *Const. Eos tantũ.* § *fin* contra Officialem injuriantẽ subditos imponitur pœna publicationis tertiæ partis bonorum, efficitur Officialis perpetuò infamis, removetur ab officio, & nullo tempore admitti potest ad alia officia, *Paris de find. rub. de mod. & for. find.* § *findicatur, col.* 1. qua pœna perterritus *Affl. in d. Const. num.*6. hortatur Officiales Regnicolas, quòd patienter sufferant injuriã eis factã à subditis, ac proinde cũ de jure Regni imponatur pœna privationis officii Officialibus pro injuria, possũt Officiales durante officio conveniri ex dictis supra hoc *tit. cap.* 2. & ita intelligendus est *Capibl. de Bar. tom.* 2. *cap.* 23. *num.* 2. 3. 4. & 5. qui tenet quòd pro alapa illato subdito, possit Officialis conveniri durante officio, si quidem intelligendus est quòd loquatur de Jure Regni, licet non alleget *d. Constit.* nam si loqueretur in terminis juris communis, obstarent supra à nobis tradita.

17 In pluribus casibus pœnæ contra Officiales subditos injuriantes locum non habent, & sic non possunt pro illis conveniri, nec durante officio, nec eo finito in findicatu, Primò quoties Officialis non injuriavit subditum malitiosè, puta si occurrit tumultui, & verberat, aut convitiis afficit tumultuantes zelo Patriæ, vel si esset in aliqua celebritate Principis, vel ut arceret Populum, ut non turbaret celebritatem, vel ludum Principis, vel si cœperit aliquem cum armis, vel resistentiam facerent contra Officialẽ, tunc non tenetur actione injuriarum, nec pœna aliqua, *Paris de find. verb. findicantur etiam, col.* 1. *Nig. in Cap. Regni Item statuimus*, *num.*71. *in fin.*

18 Secundò excusatur Officialis injurians etiam verbalitèr subditos insolentes, & jurisdictionẽ turbantes, aut irreverentèr, & importunè procedentes, *Paris de find. tit. find. Officialium quid sit, verb. Iudices, cap.* 6. *num.*7. *Natt. cons.*462. *nu.* 20. *Cavalc. de brach. Reg. p.* 5. *num.* 25. *Mastril. de magistr. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 110.

19 Tertiò non tenetur Officialis de verbis injuriosis subdito illatis, si dictas injurias protulit animo subditum corrigendi, *Amod. de findic. nu.* 109. *Ciacchar. ad Clar. in cons. un. de find.* inserto post oper. *nu.*161. *Baiar. ad Clar.* §. *iniuria*, *n.*26. *Far. q.*105. *n.*132.

20 Quartò Officialis non tenetur pœna aliqua, nec durante officio, nec in findicatu, si pileum subditi, qui eum non salutat, projicit in terram, & cum pedibus conculcat, ità decisum refert
21 *Giurb. cons.*38. ea ratione quia Magistratus sunt ab omnibus honorandi ob eorum dignitatem, §. *sed debent*, *Auth. de Iudic. l. primicerium*, *C. de*

fa-

*fabric.lib.*11.*Bovad.lib.*3.*polit.cap.*2.*Prat.observat.*34.*num.*9.& *num.*17.*Surg.de Neap.Illustr. cap.*21.*num.*13.& 16. etiam si sit Pater, qui te-
22 netur prius salutare filium Officialem, *Capibl. sing.*74.*num.*166.& qui non salutant Officialem
23 nudato capite, debent puniri pro Judicis arbitrio, *l.*1 *C.de silentiar.l.*1.*C.de domest.& protect. lib.*12. *Carav.rit.*5.*nu.*10.& 12.*Mut.super prag. Reg.Sicil.p.*2.*tit.*4. *num.* 43. & contra facientes
24 incurrunt quasi pœnam sacrilegii, *Io. de Plat. in l.*1.*C.de domest.& protector.lib.*10.& *in l.*1.*C. ut dign.ord.serv. Gratian. discept. for.lib.*1. *cap.*
25 184.*num.*56.cum etiam Princeps Officiales, & Consiliarios suos honoret, & illis assurgat, *Barbat.de praestan. Cardin.quaest.*1. *col.*2. undè tan-
26 quàm Principem representantes debent à subditis salutari, *Signorol.de Homod. cons.*108. *col.* 1.*vers.redeo ad primum, Gratian.loc.cit.num.*59. & contrafaciens punitur, *Bovad.loc.cit.cap.*18. *Sess.de inhib.cap.*8.§.3.*num.*199. *Gratian.discep.* 284.*Capibl.singul.*74.*nu.*167.& decidit M.R.C.
27 penès *Giurb.d.cons.*38.*in fin.* ubi ille Nobilis, qui ex proposito non salutavit Officialem, fuit condemnatus ad exolandum per menses sex, & Clericos qui ex propopoposito non salutat Officialem laicum punitur, *Bovad.in pol.lib.*2. *cap.* 18.*num.*89.*Sess.de inhib.cap.*8.§.3.*n.*189 *Giurb.*
28 *d.cons.*38.*sub num.*15. Vassalli similitèr tenentur præstare obsequia Baroni, aliàs puniuntur, *Cassan.in catal.glor. mund.p.*1.*consid.* 12. *Capib. de Baron.lib.*2.*cap.*56.*n.*14.

29 Quintò Officialis qui jure publico utitur, vel aliquid facit Authore Prætore, non tenetur actione injuriarum, nec pœna aliqua, *l.iniuriarum actio*, §.*is qui jure publico*, & §.*qua jure potestatis*, *ff.de iniur.Boss.tit.de injur.num.*11. *Peguer. decis.crim.*13. *num.*15. *ad fin. Far. q.*105. *num.*130.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis quando malè se gerit in officio.*
2 *Delicta Officialium, vel consistunt in committendo, vel in omittendo.*
3 *Iudex quando teneatur de denegata iustitia? & num.*5.6.& 7. *quando de negligentia in officio? num* 4.& *quando de retardata iustitia? n.*8.
9 *Pœna Iudicis negligentis, vel denegantis facere iustitiam qua sit?* & *nu.*10. & 18.
11 *Officialis pro denegata, vel neglecta justitia, an possit durante officio conveniri?* & *n.*12.
13 *Negligentia magna in officio dicitur culpa.*
14 *Magna negligentia qua sit?*
15 *Officialis si videt subditos rixantes, & se non interponit, potest officio privari, quod fallit,*
16 *num.*16.
17 *Relaxans de facto carceratum pro causa criminali privatur officio, & quid in birruario?*
19 *Non tenetur de retardata iustitia, nisi fuerit requisitus pro causæ expeditione, quod fallit, num.*20.
21 *Nec tenetur de retardata iustitia, etiam requisitus, nisi causa sit in limine expeditionis.*
22 *Ob multitudinem causarum Officialis excusatur à retardata iustitia.*

C A P U T XVII.

Officialis pro denegata justitia an possit durante officio conveniri?

1 OFficialis malè se gerit in officio, quando facit non facienda, vel non facit facien-
2 da, *Affl.de pac. iuram. firm.* §.*Iudices*, sub hac regula comprehenduntur omnia delicta Officialium; nam aut denegant, negligunt, aut retardant facere justitiam, & tunc non faciunt facienda, aut malè iudicant pecunia, dolo, vel ob imperitiã, & faciunt non faciẽda, *Boss.de Off.corrup.pecun. num.*26.*vers.adverte igitur.* In hoc *cap.* tractabimus de Officiali qui non facit facienda, in *cap. seq.* de Officiali, qui facit non facienda.

3 Dicitur justitia denegata quando Judex requisitus obmutescit, vel non facit quòd tenetur, vel differt supersedendo, *Affl. in d.*§. *Iudices, Bald.in cap.*1.*verb. nihil respondens, de Mil. Vassal.& l.mancipia, C.de serv.fugit.Put.de synd. cap.*9.*vers.syndicatur etiam, Prat.in nicand. num.* 407.vel si negligat ea, quæ incumbunt eius officio, *Luc.de Pen.in l.*1.*C.de naufrag.lib.*11.*Rovit. decis.*36.*num.*17.porrò si non inquirit con-
4 tra delinquentes in eius jurisdictione, *Amod. de synd.num.*38. *Farin.qu.*111. *num.*533. dummodò delictũ fuerit notorium, vel fuerit denunciatum Officiali cum Testibus, vel inditiis, & non fuit processum, tunc propriè dicitur negligens facere justitiam, *Boss.de Offic.corrup. nu.*25.
5 nam si requisitus noluit recipere accusationem, Testes, probationes, vel appellationem Partis, tenetur de denegata iustitia, *l.si quando*, § *fin. C.de Test.Paris de synd.verb.negligentia, cap.*1.*nu.* 20.& 21. & *cap.*2.*num.*5. *Amod.de synd. nu.*71. & *num.*155.*Rondin.de synd.num.*15. & 23. *De-*
6 *cian.tract.crim.lib.*8. *cap.*41. tenetur etiam de denegata iustitia, si relaxat carceratum non relaxandum, *Giurb.cons.*76. *Capibl. de Baron.lib.*
7 2.*cap.*27.*num.*7.vel si appareat innocentia Rei, & Iudex requisitus negat illum sub fideiussoribus relaxare, nam tunc tenetur similitèr de denegata iustitia, *Marsil.in prac.*§.*quoniam, nu.* 51.*Carav. rit.*21.*num.*14. Si autem requisitus
8 noluit decidere causam sistentem in limine expeditionis, tenetur de retardata iustitia, *Bald. in cap.*1.*de Mil.Vassal Menoch.de arb. Iud.cas.* 34.*n.*4.*lib.*2.*cen.*4.*Carrab.de synd.par.*2.*n.*23.

9 Pœ-

9 Pęna vero Officialis negligentis, vel dene-
ganris facere justitiam, est arbitraria, inspecta
qualirate personæ, ac facti circumstanriis, *Me-
noc.de arb.Iud.lib.2.cent.2.cas.341.num.2. & 5.*
& in civilibus si Judex excarcerat debirorem
absque crediroris licentia, tenetor creditori ad
solurionem debiti, & ad omnem litis æstima-
tiooem, *Rondin.de sind.num.236. Farin. qu.27.
unm.14.& q.111.num.551.Giurb.cons.76.num.
8.& per tot.*ubi ità decisum restatur, quam pœ-
nam non evitat Judex, etiam si debirorem ad
carceres reducat, *Nig.in Cap Reg.Itemstatnimus,
num.14. Giurb. d.cons.76. num.9. per text. in l.
quoties,C.de exact.tribut.lib.*10.

10 Er potest Judex pro negligentia in officio
puniri pecnniaritèr, & corporalitèr, *Io. de
Anan.in cap.moncamus, §.moneantur, de heret.
Bertrand.cons.154.num.4.lib.2. Rondin. de sind.
num.20. Boss.de Offic.corrupt. nu.12.Menoch.de
arb.qq. lib.2. cas. 341. num.2. Farin. d. qu.* 111.
*num.*408.

11 Regularirèr verò Officialis pto neglecta, vel
denegata iustitia, oon potest cooveniri duran-
te officio, sed est expectandus tempus sindiea-
tns, *Decian.cons.110.num.7.Phanut.de in lit.jur.
p.2.§.secundum membrum,num.29.Plot.de in lit.
pers.malef.ubi Rov.num.11.& in prag.5.§.3.eod.
*tit.*non obstante *decis.Sanfel.37.* quę est contra
d.prag.& Pars debet intimari personalitèr, nec
suf-

81 sufficit si intimetur domi, putà si commissarius, qui accedit in partibus pro facienda repetitione, citaret Reum domi, nam esset nullitas, *Fräc. decis.716.* quæsta decisum refert; ac proinde si
83 Testes examinati ad instantiam Curiæ moriantur antequam repetantur, nihil probant, *Cabal. resol.crim.cas.269.Farin.quæst.72. num.129.* &
84 etiam si essent mille non faciunt inditium ad torturam, *Bart.Bald. Angel.& Curt.citati à Gramat.vot.30.num.7.& cons.64.nu.1.Felin.* & alii
85 citati à *Rovit.in pragm.1.de bon.prod. num.48.* Quæ Testium repetitio debet fieri per Fiscum infra terminum datum Reis ad faciendas suas defensiones, ut ex *pragm.* edita in anno 1536. die 20. Octobris, quæ est *2.sub tit.de citat.* de qua mentionem faciunt *Gram.dec.28.& Franc.*
86 *decis.716.num.3.* unde si in expeditione causæ appareat magna mora in repetitione, praxis est ordinare, quòd procedatur ad expeditionem causæ, absque repetitione, de quo praxi testatur *Franch.d.decis.716.num.9.* Sed *Ann.singul.423.*
87 refert decisum, repetitionem esse faciendam infra dies quindecim, quibus elapsis nõ possit amplius differri, sequitur *Rov.in d.pra.2.decit.n.21.*
88 Sed tempore quo repetuntur Testes, potest Reus dictis Testibus repetendis dare interrogatoria, quarum copia non est danda Fisco, vel accusatori, ne Testes instruantur, *Cavalc.de Test.par.5.num.185.Guaz.defens.25.cap.1.nu.7.*
89 dummodo sint cohærentia, quæ vertunt circa Testium dicta, ad finem involvendi Testes examinatos, secùs si sint intentionalia, quæ habent vim articulorum, ut probent pro inquisito extra illud, quod Testes deposuerunt, nam tunc non sunt admittenda, *Cavalc.de Test. par.5.nu. 212.Guaz.def.25.cap.4 num.12.in fin. Zuff.de legit.proces.lib.3.quæst.154.in princ.Conciol.resol.*
90 *crim.verb.interrogatoria,cap.1.* nec suo admittenda interrogatoria, quæ continent infamiam, & turpitudinem Testium, *Covar. pract. quæst. cap.18.num.7.Farin.quæst.73. num.13.Conciol. dict.verb.interrogatoria,cap.3.*

In multis verò casibus Testium repetitio non est necessaria. Primò non requiritur Testium repetitio quãdo Reo persistente in cõtumacia, Testes sunt mortui, *Clar.d.quæst.45.n.13. Cartar.de exeq.sent.cap.ban.cap.fin.n.175.Fari. quæst.72.n. 100. & 136. Guazin. ad defens. reor. defens. 24.cap.9. num.26. Merl.contr. for.lib.1.cap.41. num.13.* & adest *d.pragm.10. §. 83.de off. Iud.*
92 Secundò non requiritur Testium repetitio, quando fuit facta confrontatio cum ipso Reo cum juramento, quia tunc Testes examinati absque alia repetitione plenè probant, quia confrontatio habet vim citationis ad videndum juramenta Testium, *Afflict.in Const.Si damna clandestina,num.28.in fin.vers.vel Index,& nu, 36.& 37.Cabal.cas.269.num.15.& seq.Scacc.de iud.caus.caus.civil.& crim.cap.86.num.54. Sanfel.dec.97.num.13.Merl.contr.for.d. cap.42. nu. 4.Calvin.de aequit.lib. 2.cap.179. num. 3.& 19.*
93 *Vermigl.cons.257.in princ.*& est in facultate Iudicis Testes confrontare, vel illos repetere, *Cartar.in pra.interrog.reo.lib.3. cap.1. nu.89. Guaz. def.20.cap.19.in princ.& num.10.* sed debet Iu-
94 dex quantum potest abstinere à tali confrontatione, & debet potius procedere ad repetitionem, ob metum vacillationis, propter præsentiam illius, contra quem deposuerunt, *Guaz.loc.*
95 *cit.num.97.Conciol.verb.confrontatio, cap.1.nu. 8.* excepto si Testes deponerent non cognoscere Reũ de nomine, sed tantũ de visu: nã tunc omnino requiritur confrontatio, quæ potius dicitur recognitio, *Calvin.loc.cit.n.20.Conciol.l.c.nu.4.*
96 Tertiò quando Reus dedit Testes Curiæ pro legitimè citatis, juratis, & repetitis; nam tunc non requiritur alia Testium repetitio, *Cabal.resol.crim.cas.269.nu.20. Guaz.defens.20. cap.21. num 8.Scial.de torq.reos,cap.6. num.38. Prat.d.*
97 *d.resp.crim.18.*& compatitio Rei, quæ dat Testes Fisci pro legitimè citatis, juratis, & repetitis, præter Testes absentes, & mortuos, non admittitur, sed reservatio prædicta, tanquam præjudicialis reiicitur, *Baiar. ad Clar. quæst.49.nu. 34.35.& 36.Cartar.in pra.interrog.reo.lib.3.cap. 3.nu.56. Rocc.de offic.tit.de mod.proced. in caus. contraban.§.14.num.46.* talis autem compatitio
98 Rei, quę dat Testes Fisci pro repetitis, non convalidat informationem nulliter per Fiscum captam, putà ex defectu jurisdictionis, sed tantum fit ad finem, ut ei detur copia repertorum, ad hoc ut valeat se defendere, *Prat. d.cap.18.&*
99 *num.3.cum seqq.* qui *num. 6. & 8.* dat rectam cautelam Reis, quòd non dent Testes Fisci pro repetitis, quia posset evenire, vel quòd Testes essent mortui, & non probarent, vel essent in remotis partibus, & probatio Fisci diminueretur, vel in repetitione Testes sibimet ipsi contradicerent, & sic semper esset valdè utile Reo non dare Testes Fisci pro repetitis.
100 Quartò non requiritur Testium repetitio, quoties Reus esset confessus in tortura sibi illata ex processu informativo, *Tho.in C. rer. judic.cas.*
101 *15.* Quintò si quis fuerit restitutus adversus sententiam latam in contumaciam, vel admissus ad novas defensiones; nam tunc non sunt repetendi Testes, eo citato, sed in odium ejus contumaciæ, habentur pro legitimè repetitis, *Clar.§.fin.quæst.45.vers.caeterum, Cabal.cas.110. num.17.Guaz.defens.24.cap.9.num.14. & defens.25.cap.1.n.27.Zuffi.de legitim. proces.quæst. 60.n.28.& quæst.116.num.1.& seq.* Sextò testis impeditus à reo ne repetatur, ad hoc ut auferat jus fisco, habetur pro repetito, *glos.in c.pervenit, il 1.de test. cog. Boss. de fals. num. 164. Guazin. def. 16.cap. 1. Gratian. discep. 370. num. 17.*
102 Septimò quando Reus est legitimè confessus de crimine, non requiritur repetitio, *Clar.§.fin. quæst.45. vers. caeterum, Calvin.de aequit. lib.2. cap.179.num.54.& seq.Prat.d.resp.18. num. 13.* & in Regno adest *pragm.10.§.51. de off.Iudic.*
103 quod notabilitèr limitatur in Testibus exa-

minatis ſuper delicto in genere, qui debent repeti, non obſtante quòd Reus ſit confeſſus de crimine, aliàs abſque tali repetitione, non poteſt imponi Reo pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria, *Laganar. ad Ravit. in d. prag. 10. num. 25. Scial. d. cap. 6. num. 43. & 44.* ea ratione, quia ſi Teſtes non repetuntur, remanet proba-
104 tum delictum in genere ex ſola confeſſione Rei, quæ non eſt ſufficiens ad condemnandum pęna ordinaria, niſi aliundè conſtet de delicto confeſſato, ut dicemus *tit. 10. cap. 2. num. 4. & à num. 25. cum ſeqq.*

105 Similitèr ad finem denegandi Reo confeſſo, & convicto appellationem, requiritur quòd Teſtes ſint repetiti, aliàs ſi Reus eſt confeſſus, & convictus, & Teſtes non ſunt repetiti, non prohibetur appellare à ſententia contra eum prolata, *Novar. deciſ. 73. Scial. d. cap. 6. n. 43.*

106 Elapſo termino Reo impartito ad ſe defendendum, fit monitio pro diſcuſſione inditiorum, quæ intimatur Reo, prout de pract. Tribunalium teſtantur *Bajard. ad Clar. quaſ. 64. nu. 104. Scial. de torq. ree. cap. 7. num. 6.* & ſi Iudici
107 videbitur inditia eſſe eliſa, talitèr quòd non poſſit eſſe locus torturæ, etiam ſi agatur de delictis, in quibus à Iure eſt impoſita certa pęna, tunc non poteſt Iudex Reum condemnare ad pœnam extraordinariam, ſed debet illum liberare in forma, *Paris de ſind. verb. pœna*, & de prac.
108 teſtatur *Pont. conſ. 96. num. 16. & 17. lib. 2.* ſin autem urgeant inditia, tunc Curia pro Tribunali ſedente, per Iudicem interponitur decretum de torquendo, *Cartar. de interrog. reis, lib. 4. cap. 1. num. 66. Gomez. var. lib. 3. cap. 13. num. 21. & 23 Nigr. in Cap. Reg. Si juſtè, num. 57. Farin.*
109 *quaſt. 38. num. 7. 8. & 9.* quod decretum torturæ in Regiis Audientiis debet ſubſcribi ſaltem à duobus Auditoribus, aliàs eſt nullum,
110 *prag. 10. §. 12. de off. Iud.* & in M. C. debet ſubſcribi per omnes Iudices, aut maiorem partem ipſorum, & in exequutione dictorum decretorũ debet intervenire ſaltem duos Iudices, qui votaverunt, *prag. 1. de quaſt.* ſed dictũ decretũ torturæ in Regno non intimatur Reo, ut in apoſt: ad *prag. 10. §. 23. de off. Iud. Scial. d. cap. 7. nu. 26.*
111 à quo decreto torturæ licèt poſſit Reus appellare, *l. 2. C. de appell. recip. Cap. Reg. Si juſtè, Gomez. var. lib. 3. cap. 13. num. 23. Clar. quaſ. 64. verſ. ſed quid agendum, Scac. de appell. quaſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 143. Tap. deciſ. S. C. 29.* tamen
112 appellatione non obſtante Iudex poteſt Reo inferre torturam, *Gaid. Pap. deciſ. 74. Scacc. de*
113 *jud. lib. 1. cap. 97. num. 67. Guaz. defenſ. 30. cap. 1. num. 8.* quia decretum torturæ eſt interlocutorium, *Sebaſt. de Neap. in Cap. Reg. Item caveant Iudices, num. 6. Arcamen. in Cap. Reg. Si juſte, nu.*
114 13. & Iudex poteſt exequi decretum interlocutorium, non obſtante quòd ab eo ſit appellatum, *Cap. Non ſolum, circ. fin. de appell. in 6. Maran. in ſpec. par. 6. rub. & quandoque appellatur, num. 172. Revit. in rub. de appell. num. 12.* benè
115 verum eſt, quòd in Reg. Neap. poſſet contrarium dici, quia per *Cap. Reg. Si juſtè*, ſi non obſtante appellatione à decreto de torquendo, Iudex proceſſerit ad torturam punitur, & *Nig. in d. Cap. nu. 36.* dicit quòd Iudex debet ſuſpendere torturam ſtante appellatione, & verè *d. Cap.* claré loquitur, tamen ità obſervatur, quòd non retardetur executio torturæ per appellationem, niſi Iudex à quo fuerit inhibitus, *Bajard. ad Clar. q. 64. num. 85. Genuen. in pract. Archiepiſ. cap. 69. num. 17. Maran. in ſpec. p. 6. rub. & quandoque, num. 172. Scial. de torq. reos, cap. 7. num. 20.*

Poterit tamen Reus pro ejus cautela, antequam decretum torturæ interponatur, adire Iudicem ſuperiorem, & obtinere proviſiones, quòd ſi Iudex inferior fuerit in voto inferendi torturam, vel procedendi ad actum irretractabilem, tranſmittat acta, & per dies non pro-
116 cedat: nam à comminata tortura admittitur appellatio, *Bartolom. de Capua in Cap. Reg. Si juſtè, Clar. §. fin q. 64. num. 26. Gram. ſuper Cap. Reg. fol. 133. num. 4 Carav. rit. 259. n. 14. Farin. quaſt. 38. num. 11. Scacc. de jud. cauſ. civil. cap. 82. & 97. Conſtant. Pap. de arbit. M. C. cap. 2 num. 77. Guaz. defenſ. 30. cap. 1. num. 5. Ricc. coll. 1777. verſ. amplia quinto, Novar. de gravam. Vaſſal. gravam. 372. num. 11.* & interpoſita tali appellatione, & ea præſentata Iudici ad quem, ſunt ligatę illius manus, & non poteſt procedere ad torturam, *Genuenſ. deciſ. Archiepiſc. Neap. cap. 69 num. 17. Clar. quæ. 64. verſ. ſed quid agendum, Scial. d. cap. 7. num. 20.* & tranſmiſſis actis Iudici ad quem, ſi adeſt gravamen, retinet apud ſe cauſam, aliàs illam remittit Iudici à quo, qui ſuum exequitur decretum, *cap. ut debitus, extr. de appell. Scial. n.*
117 23. excepto ſi per Reũ exiſtentem in carceribus M. C. V. fuerit obtenta Regia decretatio de verbo facienda in S. C. à comminata tortura, quia iſto caſu, licèt adſit gravamen, S. C. ob multitudinem litium, non retinet ſibi cauſam, ſed illam remittit eidem M. C. cum modificatione, & emendato gravamine, ut ſcilicèt citrà torturam procedat, *Franch. deciſ. 88. & 518. Sãfel. deciſ. 363. num. 12. de Marin. reſ. quotid. lib. 1. cap. 2. num. 36.*

118 Iudex verò non debet ponere Reum in torturo, niſi poſt octo, aut decem horas à ſumpto cibo, *Cartar. in pract. interreg. ree. lib. 4. cap. 1. nu. 78. & ſeq. Guaz. def. 30. cap. 4. num. 20. Ambroſ. in prac. infor. lib. 5. cap. 1. num 30.* & non poteſt
119 inferre torturam ultrà horam, quando tortura infertur ad eruendam veritatem, *Foller. in prac. verb. rei indurati torqueantur, num. 16. Ambroſ. in proc. infor. lib. 4. cap. 3. Farin. quæ. 38. num. 54. Cartar. in prax. interrog. reos, lib. 4. cap. 1. nu. 113. & ſeq. Guaz. def. 21. cap. 1. num. 5. & def. 30. cap.*
120 21. *ſub num. 6.* ſi verò Reus torquetur ad ſciendum complices, & fautores, non poteſt ad ſummùm torqueri ultra mediam horam, *Cartar. de exeq. ſent. cap. ban. cap. 6. nu. 68. Guaz. def.* 21.

21.*cap.1. num.* 4. atsi torquetur Testis tanquam
121 verisimiliter informatus, non potest detineri in tortura ultrà quartam partem horæ, & quandoque usque ad mediam horam, *Clar.quæst.25. vers.torquentur, Farin.quæst.79. num. 81. consil. 83.num.5.& cons.181.num.2.Guaz. def.19. cap. 5.num.2. Ambros.in proc.infor.lib.1.cap. 4.n.12.*

122 Nec debet Iudex excogitare nova genera tormentorum, sed uti tormentis solitis, & consuetis, secundùm consuetudinem loci, aliàs ultrà quòd reputatur crudelis, pro tortura indebitè illata punietur, *Cartar.d.cap.1.num.7. & seq.Guaz.d.def.30.cap.21.nu.1. Ball.tract.crim. lib.2.qua.5.num.25.Thor.in C.rer. ind.alleg.18.*
123 *num.*14.sed qua pœna, diximus *tit.2.cap.18.à num.*8.nec potest Iudex adhibere torturam cum fidiculis, nisi in delictis atrocibus, *Put.de sind. verb.tortura,d.3.cap.4.num.5.in fin. Farin. quæ. 38.num.62.Thor.d.alleg.18.num.* 24. & in Reg.
124 adest *prag.2. de quæst.* aliàs confessio extorta per atrociora tormenta est nulla, & invalida, *Farin.quæst.37.num.110.quæst.41. num.95. & quæst.47.n.8.Thor.loc.c.nu.26.& 27.*

125 In actu torturæ in Regiis Audientiis debent intervenire ad minus duo Auditores, v3. commissarius, & alius, & Fiscus, *Clar.qua.64. vers. quaro nunc,*& ibi *Baiar.num.101.Cartar. d.lib. 4.cap.1.num.65.prag.25.de offic mag.Iust.pragm. 4.§.2.& prag.39.§.5.eodem tit.* qui semper debent assistere tempore quo infertur tortura, *Ambros.de proc.inform.lib.4. cap. 24.num.*10. *Scial.de torq.reos,cap.8. nu.7.* si tamen reperia-
126 tur illata tortura absque interventu duorum Auditorum; dummodò aliàs sit legitimè data, actus non erit invalidus, & confessio secuta in tortura est valida, *Rov.in prag. 3. num.4. de off. mag. Iust.*

127 Et antequam Reus ponitur in tortura, Iudex debet reum interrogare in bancho Iuris, & Curia pro Tribunali sedente, non autem in camera cordæ, de maleficio ab ipso commisso, delato ei prius iuramento de veritate dicenda, & factis dictis tribus monitionibus, & Reo persistente in negativa, ducitur ad cameram cordæ, ubi spoliatur, ligatur ad funem, & elevatur ad cordam, & pendens in corda, Iudex diligenter super unoquoque inditio Reum interroget, & in ultimo constituto ipsum specialitèr interrogat, an tale delictum commiserit, & eo negante monetur, & suadetur ad dicendum veritatem, de quo iam Curiæ videtur satis constare, ex Testibus examinatis, iuribus productis, & aliis, de quibus in processu, & pendens in corda nullo modo alitèr infestetur, quam cum duabus, aut tribus aliis monitionibus, ac interrogatoriis, ut veritatem, de qua aliàs fuit interrogatus, fateatur, nec finat se amplius in tormento cruciari; quòd si in negativa persistet, completa hora, à tortura deponitur, *Farin.quæst.83.num.96. Cartar.de interrog.reo.lib. 4.cap.1.num.80.Scial.de torq.reos,cap.8.n.6.*

128 Nec potest Iudex interrogare Reum specialitèr, tu occidisti Titium, quia esset interrogatio sugestiva, & confessio, quæ ex tali interrogatorio resultaret esset nulla, & invalida, *l.1. §.qui ad quæstionem,ff.de quæst. Far. d.quæst.83. num.85.Guaz.def.20.cap.13.num.11.* sed debet interrogare generalitèr, *come passa il fatto dell' homicidio,&c. Gomez. var.tom.3. cap.13.post nu. 23.Foller.in pract.crim.3.p.tertia partis,rurb.& si confitebuntur,num.76.Guaz.d.cap.13.n.1.& 4.*

129 Semèl verò illata Reo tortura cum inditiis urgentibus, amplius repeti non potest, *Nig.in Cap.Reg.Frequens, n.40. Far.quæst.38.nu.72.& seq.Foller.in pract.ver. & si confitebuntur, in 3. par.princip.nu.78. Gomez var.tom.3. cap.13.sub num.26.Cartar.de interrog.reo. lib.4.cap.1.num. 123.Rot.apud Merl.decis.446.n.9.tom.1.Franc. decis.538.num.17 Pont.dec.24. nu.1. Guaz.def. 30 cap.23.num.2.in fin. Ant.de Ball.tract.crim. lib.2.quæst.17.num.7. Clar.§.fin.quæst. 64. vers. ult.videndum est,Cartar.d.cap.1.num.132. in fin. Cap.Lat.decis.183. num.54.* & ita procedit *tex. in l.repeti ,ff.de quæst.* & in *l. unius , §.reus,ff.*
130 *eod.* vel si vigore primorum inditiorum fuit Reus levitèr, & non sufficienter tortus, nam, tunc tortura potest repeti, *Paris de Put.de sind. verb. tortura , §. de repetitione , Nig. in Cap. frequens , num. 47. & 48. Guaz. def. 30. cap.23. num.9. Ambros. in proc. inform. lib. 4. cap.4.num.5.Marsin.de confess.bono. quæst 1. nu.*
131 *47.* vel denique si supervenerint nova inditia sufficientia ad torturam, diversæ speciei, & differentia à primis, re, & substantia, *l.unius,§. Reus,ff.de quæst.Nig.in Cap.Reg.frequens , num. 45.& 46 Franch.decis.577.in fin.Giurb.cons.50. nu.52. Add.ad Giz.decis.78. Ant.de Ball.tract.*
132 *crim.lib.2.quæst.17. num.9.* quæ tortura non potest nisi per tertiam vicem repeti, & non ultetius, *Farin.quæst.38.num.106. Guaz.def.30. cap.23.num.2.de Ball.d.quæst.17.num.7.Hyppol. pra.crim.§.quoniam,num.8. Gram.cons.21.num. 17.Nig.l.c.n.50.*

133 In casu tamen quo tortura contra Reum est repetenda, talis repetitio non est facienda eodem die, sed separatis, & interpellatis diebus, *Cartar.de interrog.reo.lib.4 cap.1.nu.131. Personal.de ind. & tort. num.83. Cavalc.de brach. Reg.par.3.n.137.*

134 Si Reus fuerit confessus in tortura, debet talis confessio ratificari extra tormenta, *l.1.§. 1.ff.de quæst.Clar.§.64.vers.cæterum si reus , Gomez var.lib.3.cap.13.num.24. Caball.cas.33.nu. 10.Cart. de interrog.reo.lib.4.cap.1.num.139.* & talis ratificatio debet fieri die sequenti, & cessante dolore torturæ, *Clar d.qu.64.vers.& circa, Guaz.d.def.30.cap.35. num.3. Pasc.de pat. pot. par.3.cap.1.nu.50.& seq.Ant.de Ball. tract.var. lib.2.quæst. 23. Dian. in summa , verb.inquisitio, prax.in torq.num.244. Farin.quæst.83. num.76.*
135 sed dictum Testis in tortura, operatur absque ratificatione , *Caball.resol.crim. cas.33. Sanfel. decis.*

*decis.*24 qoi ità observati fatetur, *Caren.de offic.*
*S.Inquis.p.*3.*tit.*7.*n.*60.*& tit.*10.*n.*179. *Add.ad*
*Ambros.in proc.infor.lib.*4. *cap.*5.*n.*6.
136 Quòd si Reus nnluetit tatificare, sed re-
vocaverit suam confessionem, taoqoam factam
metu turmeotorum, potest iterum torqueri, &
si in secooda tortuta coofiteatur, & postea oec
etiam ratificare voluerit, dennò torquetur, quòd
si itetom oegaverit, & noluetit ratificate, non
potest iterum torqueri, sed debet liberari, præ-
stita cantiooe de se præsentandn, novis snper-
venicotibus inditiis, *Boer.decis.*163.*Boss.de tort.*
*num.*43.*& de confes.num.*58.*& seq. Cartar.in*
*pra.inter.reo.lib.*4 *cap.*1.*num.*160.*Ant.de Ball.*
tract.crim.lib 6.*q.*16.*num.*8. *Farin.quaest.*38.*nu.*
41.*&* 96.*Scial.de torq.Reoe,cap.*11.*num.* 14.*&*
137 15.si tamen Reus esset gravatus gravibus, &
utgentiotibus indisiis potest tali casu extraor-
dinariè puniri, *Affl.in Const.Si damna clande-*
*destina,num.*44.*vers.sed si perseveret*, *Cabal.cas.*
288.*num.*24.*Guaz.defens.*30.*cap.*24.*in fin.Mut.*
*decis.*87.*Sanfel.decis.*252.
138 Si vetò Reus in tortura ei adhibita oega-
verit est absolvendus, & liberè excarceraodus,
cum per torturam dicaotut extiocta omnia in-
ditia cootra eum adducta, *Clar. §.fin.quaest.*64.
*vers.illata Reo, Mut.decis.*40. *num.*47. qui plu-
res adducit, *Farin.quaest.*4. *num.*26. *Cabal.d.cas.*
288.*nu.*22.28.*&* 29.*Fachin.contr.Iur.lib.*1.*cap.*
33.*& lib.*9.*cap.*16.*Giurb.cons.*43.*num.*9. Sed de
139 cooluetudine tali casu onn absolvitut plena-
riè, sed liberatur in forma, cum caotione on-
ciarum vigintiquioque de se præsentando no-
vis supervenientibus ioditiis, *Clar. §.fin.quaest.*
57.*num.*7.*& quaest.*62.*num.*2. *Franch.decis.*276.
in fin.& 653.*in princ. Cabal. d.cas.*288.*num.*22.
*Pont.cons.*96.*num.*16.*lib.*2.*Capibl.de Baron.prag.*
6.*num.*39.*Scial.de torq.Reos,cap.*4: *nu.*26. *Cam-*
*pan.de forind.resol.*25.*num.*29.
140 Quòd si Reos esset gtavatus inditiis urgen-
tioribos, tuoc si habuit torturam, & substinuit,
oō intelligitur evacoasse dicta inditia, & potest
coodemoari ad pęnam extraordioatiā, & qoan-
doque ad ttiremes, *Cartar.de oxeq.sent.cap.ban.*
*cap.*2.*num.*65.*Clar.quaest.*64. *vers.illata tortura,*
*Ambros.in proc.inform.lib.*4.*cap.*4.*in fin.Franch.*
*decis.*538.*num.*17.*& decis.*577.*in fin. Cabal.cas.*
93.*num.*29. *& cas.*288.*num.*21.*& seq. Mut.*
*decis.*40.*num.*48.*Farin.quaest.*40. *num.*11. *Ricc.*
*coll.decis.*1567. *&* 2263. *Tusch.conclus.*332.*nu.*
11.*&* 12.*tom.*8.*Giurb.cons.*43.*sub num.*30.*The-*
*saur. Iun. quaest.for.*45. *in fin. lib.*1. *Merl.contr.*
*tom.*2.*cap.*33.*num.*29.nam dantur io Iure indi-
141 tia urgentia, utgentiora, & gravissima, seù
iodubitata, per torturam evacuantot ioditia
utgeotia, *Blanc.de indit.num.*2. sed inditia ut-
gentiora, quæ stant quasi media inter urgeo-
tia, & urgentissima, ooo porgantut per tortu-
ram illatam, sed adhoc temanet locus pœnæ, &
ità loqoountur *Doctores* supracitati: quinimo
quoties Reus est gravatos utgentioribus indi-
tiis, & sicultà tortutam, Iodex potest dicta in-
ditia arbitrari, & absque tortura præcedente,
potest Reum ad tritemes coodemoare, *Franch.*
*decis.*571.*Rovit.super prag.*3.*de milit.*
142 In Reg.verò oostro datut casus, in quo quis
sit datis defensionibus liberatus, & tamen etiam
remanet locus pœnæ, pro ut io ioqoisitis de
falsa mooeta, contra quos, si fuit deventum ad
litis contestatiooem, licèt siot libetati in for-
ma, tenentur tameo exfractare à Regno, *prag.*
19.§.1.*de monet.* In qua pœna exfractus com-
preheoduntut etiam cooperantes, *pra.*44.§.*e vo-*
gliamo,eod.tit.
143 Sed hæc *prag.* taoquam pœnalis qoatuor
modis fuit intellecta. Primò quoties ex defen-
sionibus factis clarè liqueret de ionoeentia car-
cerati; nam tunc in decreto liberatorio additur
clausula, quòd Reus oon comprehendatur in
banoo, *Camp.de forind.resol.*16.*num.*34.Secoo-
dò quoties Reus pro tali delicto fuit condem-
natus ad triremes ad tempus; nam completo
tempore non debet à Regoo exfractare, tum
quia *d.pragm.*est pœoalis; tum etiam quia con-
sideravit delicti impuoitatem, ità declaravit
Collat.Consil.sub die 23. Decembris 1623. prò
ut in part.19.fol.149. reg. Reg Cancel. & ite-
rom fuit declaratum per euodem Coll.Conf.sub
die 31.Octobris 1674.in causa Aotooii de Ao-
tooio.Tettiò quoties inquisitos de tali delicto
fuit libetatus, seù licentiatus absque tortura,
& absqoe defensionibus: oam tunc non debet
exfractate, *d.prag.*44.*vers.e con dichiaratione.*
Qoartò inquisiti de tali crimioe, & consignati
ad omnem otdioem, oec etiam compreheoduo-
tur io dicto banoo exfractus, *d.prag.*44.*vers.con*
dichiaratione.

SUMMARIUM.

1 *Inditium contra Reum non debet incipere à tor-*
tura.
2 *Exempla plura recensentur, in quibus fuerunt*
emanata confessiones erronea vi tormentorum,
*usque ad num.*6.
7 *Tortura repugnat Iuri Divino, naturali, & civi-*
*li, & num.*8.9.*&* 11.
10 *Voces confessi in tortura sunt voces tortura, non*
patientis.
12 *Defensiones sunt danda Reo antequam torquea-*
tur.
13 *Non possunt per Reum renunciari.*
14 *Tortura ex processu informativo de jure com-*
muni non potest inferri in delictis atrocissimis.
15 *Nec in crimine lesę Majestatis.*
16 *Quid sit inferre torturam ex processu informa-*
tivo?
17 *Modus torquendi ex processu informativo est*
terribilis, & non Iure fundatus.
18 *Per eum tolluntur defensiones.*
19 *In quibus Mundi regionibus vigeat?*
20 *In Regno quando fuit introductus? & quare?*
*num.*21.

22 *Prin-*

CAPUT II.

Modus, & requisita pro inferenda tortura ex processu informativo quæ sint?

1 IN principio causæ non est
incipiendum contra Reum
à tortura, *cap. cum in contemplatione, ex de reg. iur.*
quia sæpè homines ex metu,
& impatientia tormentorum,
confitentur delicta,
quæ nunquam commiserunt, *l.1.§.si quis ultro,*
ff.de quæst. exempla nobis suggerunt, *Valer. Ma-*
2 *ximus lib.3.cap.4.* qui dicit illum servum argen-
tarium confessum dolore tormentorum, occi-
disse servum Titii Fanii, fuisse morti traditum,
& postea comparuit dictus servus, & *Ann. Ro-*
ber.lib.1.rer.ind.cap.4. dicit illum virum tortum
3 pro nece uxoris, confessum, fuisse ad mortem
condemnatum, & elapso biennio reversa fuit
mulier, & *Cæsar.pereg.quæst.lib.1.quæst,17.§.2.*
4 *num.* 52. narrat de tribus Nautis confessis vi
tormentorum, Mulierem quandam, cum stu-
pratore occidisse, periecisse in mari, & bona
furto surripuisse; nam fuerunt furca suspensi, &
post annum comparuit viva Mulier, quam ad-
5 huc vivam videmus, & per Tribunal campa-
neæ annis elapsis aliqui infelices juvenes fue-
runt suspensi, qui tormentorum dolore confessi
fuerunt furtum statuæ S.Mauri, & demum veri
fures fuerunt indultati, alia exempla videas
6 apud *Bald.cons.500.num.5.lib.5. Parid.de Put.*
in tract.de synd.verb.tortura, 2.p.nu.3. Capyc.de-
cis.S.C.29. Cavalc.de brac. Reg.p.3.num.1. Coler.
decis.Germ.198.num.13. Vigel. ad Const.Carol.
cap.4.caus.1.except.1. Cunrad.de Hartz. de in-
7 *quis.reor.concl.2.num.1.* & alios; ac proinde tor-
turam repugnare juri divino, quia nullibi in sa-
cris

cris paginis legitur fuisse decretam torturam, dicunt *Besolt. lib. 2. polit. cap. 2. Rubeis certam. 12. num. 4* juri naturali, quia natura tendit ad
8 conservationem, tortura ad destructionem, *Rub. loc. cit.* & juri civili, quo jure attento in duobus
9 casibus homini libero poterat tortura inferri, videlicet læsæ Majestatis, & ad detegendum complices, si Reus erat convictus, *Ant. de Matt. de criminib. lib. 48. digest. tit. 16. cap. 5.*
10 *num. 1.* quia voces confessi in tortura, sunt voces torturę, non patientis, ut ex *Cicerone* probat *Rubeis d. certam. 12. Ant. de Matt. loco cit. Ant. Mornac. lib. 7. de probat.*

11 Precipuè repugnat regulis juris naturalis, & civilis, si tortura Reo inferatur in principio litis, Parte non citata, non datis defensionibus, lite non contestata, Testibus non repetitis, & processu non publicato, *Affl. decis. 391. num. 1. Tap. in Cap. Reg. Si cum sceleratis, sub tit. de offic. mag. Iust. lib. 2. Iur. Reg. verb. ordinem non servare, Merl. contr. for. lib. 2. cap. 33. n. 3. cum seqq.*

12 Nàm defensiones omni Iure sunt Reo concedendæ, antequam torqueatur, *cap. eorum 11. q. 3. clem. sapè, de verb. sig. Lunius, 18. §. 9. de quæst. Prat. discep. for. tom. 3. cap. 45. & 46. Rub. d. cer-*
13 *tam. 12.* nec illis potest per Reum renunciari, etiam in delictis enormibus, *l. non tantum, ff. de appell. l. adictos, C. de episc. aud. Affl. in Const. Reg. Super incisionibus, post num. 26. Farin. q. 39. num. 51. cum seqq. Guaz. ad def. reor. def. 27. cap. 4. nu. 1. Scial. de forjud. cap. 14. nu. 21.* & diximus hoc *tit. cap. 1. n. 54. cum seqq.*

14 Ac proinde, jure communi attento, tortura ex processu informativo non est inferenda, nec quidem contra grassatores, publicosque latrones, & in delictis atrocissimis, *Farin. quæst. 39. num. 41. & 44.* qui plures adducit *de Lauren. decis. Aven. 15. per tot.* nec etiam in crimine læ-
15 sæ Majestatis, ut larga manu defendit *Rov. in prag. 1. de bon. prodit. a n. 37. usque ad 58.*

16 Quia hoc in se habet tortura ex processu informativo, ut incipiatur contra Reum à tortura, non datis prius defensionibus, non contestata lite, non data copia repertorum, nec repetitis Testibus, citato Reo ad videndum illorum juramenta, *Gramat. cons. 40. num. 7. & 8. Foller. in prac. crim. verb. & si confitebuntur, p. 3. tertiæ partis, num. 41. Baiar. ad Clar. q. 49. num. 18. & seq. Tap. in d. Cap. Si cum sceleratis, num. 7. Fran. de Leonard. in pract. Offic. cap. 5. num. 44. Burg. de mod. proced. ex abrup. q. 11. n. 12.*

17 Meritò talis modus procedendi ad torturam ex processu informativo appellatur terribilis, & non jure fundatus, à *Cartar. de exeq. sent. cap. ban. in præfat. num. 23.* quem sequuntur *Ball. de quæst. q. 10. num. 7. & seqq. Conciol. resol. crim. verb. tortura, resol. 4. num 9. in fin.* ex quò
18 Reo tolluntur non autem differuntur defensiones, quia actus torturæ non est reiterabilis, brachia retorqueri non possunt, & tortus non potest recuperare detrimentum membrorum, & si ei darentur defensiones ante torturam, posset indicia contra se existentia elidere, & evacuare, ac effugere torturam, *Nigr. in Cap. Si cum sceleratis, num. 14. cum seqq. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. lim. 1. num. 92. Farin. quæst. 38. num. 12. Rov. in d. prag. 1. de bon. prod. num. 54. Prat. d. cap. 45. n. 23. Pet. rit. 54. n. 12. vers. miror.*

19 Usus tamen, & consuetudo inolevit in aliquibus Mundi regionibus, torquere Reos ex processu informativo, prout in Hetruria, apud Hispanos, in Civitate Lucana, Ferrariensi, Lombardiæ, Siciliæ, Mediolani, & Romę, tastantur *DD.* adducti à *Burgio de mod. proced. ex abrup. q. 30.* & à *Merl. d. cap. 33. num. 15.* & in Regno hoc est inductum per *Cap. Reg. Si cum*
20 *sceleratis*, & prius per Federicum II. in *Const. Iustitiarii non per calendas, & §. causas*, id exigen-
21 te publica utilitate, ad bonum regimen Regni, ad evitandam delictorum frequentiam, & continuum usum falsorum Testium, qui producebantur in defensionibus, *Alex. cons. 65. num. 6. Ball. d. q. 10. num. 10. Mastr. decis. 191. num. 11. Merl. d. cap. 33. num. 18.* quæ sunt causæ suffici-
22 entes, ut Princeps possit tollere defensiones, *Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum, de const. Bald. in l. 2. num. 45. C. de serv. & aqu. Vasqu. controv. illust. cap. 35. num. 9. & 10. & cap. 36. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 29. tit. de ind. dubit. 11. à nu. 100.*
23 quia in delictis atrocissimis, in quibus talis potestas exerceetur, licitum est iura transgredi, *l. si hominem, ff. mand. Innoc. in cap. 1. de constit. Gram. cons. 40. num. 4. Merl. d. cap. 33. num. 13. Mastr. decis. 191. n. 11.*

24 Vel melius potest Princeps cum causa, ad ejus arbitrium remittere modum defensionum, & decernere quòd ex causa defensiones dentur post torturam, vel datis tantum capitulis, non visa integra copia repertorum, quòd benè per Principem, cum causa, fieri potest, quia tollere
25 totaliter defensiones, hoc Principi non est permissum, hoc mihi probat *Const. Reg. Hi qui, ubi Affl. num. 12. & 15. Foller. pract. crim. tit. de crim. læs. Maiest. num. 99. & in tit. detur terminus ad probandum, num. 3. Scac. de indic. lib. 1. cap. 97. n. 88. vers. similiter, Caval. de brac. Reg. p. 1. nu. 177. in fin. Ball. de quæst. q. 10. nu. 14. Tusc. pract. concl. 99. num. 9. lit. I. Rov. in rub. de bon. prod. num. 4.*
26 nam præeminentia torquendi ex processu informativo, illata tortura cessat, & sivè Reus fuerit confessus, sivè negaverit, proceditur postea ordinariè, *Nigr. in Cap. Si cum sceleratis, n. 50. Caravit. rit. 259. num. 10. Scagl. alleg. 1. nu. 8.*
27 datur Reo defensiones, in quibus potest deducere omnia ei incumbentia, ut reprobare Testes, & cętera ad sui defensionem, & Fiscus in dicto termino valet producere novos Testes, & examinatos repetere, Parte citata, *Marc. Anton. Pulver. in addit. ad Affl. decis. 391. in fin. Cabal. cas. 55. num. 1. Cavalcan. de brach. Reg. p. 1. num. 177. & 186. Farin. q. 62. nu. 179. Rov. in prag. 1. de bon. prodit. n. 14.*

28 Cum-

28 Comque talis usus torquendi ex processu informativo sit localis, & deviet a Iure communi, strictè est interpretandus, *Gramat.vot.3.nu. 33.in 9.& ult.limit.Nigr.in d.Cap. Si cum sceleratis,num.23.* & dicit *num. 17.* quòd ob hanc causam M.C. tatò utitur tali præeminentia,
29 quòd prius dixerunt *Paris de sind.verb.tortura, §.an si quis,in fin.Gram.d.vot.3.num.a3.* nec coguntur M.C.& R.A.in delictis gravissimis de
30 necessitate uti præeminentia, & procedere ad torturam ex processu informativo, sed hoc est eis arbitrarium, *Nig.num.55. Io. Grand.de bell.*
31 *Exul.spec.77.* unde à decreto dictorum Tribunalium de non torquendo ex processu informativo, non potest interponi appellatio, quia ab arbitrariis non datur appellatio, *Magon.decis.luc.42.sub num.21.Farin.q.17 num.30. Rov. in rub de appell num.25.Burg.de mod.proced.ex abrup.q.34.num.4.& 5.& q.46.num.7. Merl.lib. 2.cap.98.n.40.*
32 E contrario à decreto de torquendo ex processu informativo de Iure competit Reo appellatio, *Franch.decis.143. Novar. de gravam. Vassall.tom.1.gravam.373.num.9. & tom.3.gravam.81. Thor.in comp.decis.p.1.verb. appellatio,*
33 tamen appellatione non obstante, poterit Iudex Reo torturam inferre, quia decretum torturæ est interloquutorium, & poterit Iudex nō obstante appellatione ejus decretum interloquutorium exequi, ut diximus *cap. anteced. à nu. 74.* & tradunt *Nigr.in Cap.Reg.Tormenta,num. 13.Sebast. de Neap. in Cap. Item carcerato Iudices, num.6. Bartol. de Capua in Cap. Si justè, num.13.*
34 Poterit tamen Reus dubitans de tali decreto, adire Præsidem S.C. & obtinere Regiam decretationem, quòd si M.C.fuerit in voto procedendi ad torturam ex processu informativo, verbum faciat in S.C. prout fieri posse in causis, ubi non proceditur ex delegatione, sed ordinariè, ostēdūt *Franc.d decis.143.Thor.d.verb. appellatio*; si verò in causa procedatur ex delegatione, impetrare rescriptum Collateralis Consilii, quòd si M.C. fuerit in voto procedendi ad actum irretractabilem, relationem faciat in Regio Collaterali Consilio, quo casu sunt ligatæ manus dictæ M.C. usquequò fuerit visus exitus dictæ relationis, ut diximus *d. cap.anteced.n.78.*
35 Potest etiam Reus uti alio remedio ad impediendam exequutionem decreti quòd torqueatur ex processu informativo, etiam si in causa procedatur ex delegatione, videlicèt nullitatum, *Prat.lib.3.discep.for.cap.45.num.4.* & pauper non tenetur facere depositum pro pœna nullitatum, *prag.3.de quæst.* quia decretum de
36 torquendo est interloquutorium, & potest revocari per eosdem Iudices, qui illud protulerunt, *Bartol de Cap. Nigr. & de Neap.in locis supra citatis.*
37 Tria verò sunt necessaria in Regno ut talis præeminentia torquendi ex processu informativo per M.C.V.sive per Reg.Aud.exerceri possit, quibus cessantibus, cessat talis præeminen-
38 tia. Primò debent præcedere inditia legitima, & urgentia, *Franch decis.143.num.2. Guaz. ad def.reor.def.21.cap.1.num.6. Viv. decis.143.nu. 6.Burg.de mod.proced. ex abrup. q.41.num.11.*
39 *Tap.decis.S.C.42.* verisimilia, gravia, certa, clara, & luce meridiana clariora, ita quòd taliter faciant delinquentem certum, ut sola ejus confessio deficere videatur, *Guaz.cons.1. num.133. & discept.crim.2.num.1.Ciriac.contr. 106. num. 36.& 227.num.33.Farin.quæst.37. nu.3. & seq. Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.q.3. num.1.& seq. Vermig.cons.72.num.12.& cons.83.num.2.* & in-
40 ditia pro tortura ex processu informativo requiruntur urgentiora, & pleniùs probata, quam si fieret processus de jure communi ordinarius, *Nigr.in Cap.Reg.272.num.29. Ferd. de Bonior. & Cartar.citati à Burg.de mod.proced. ex abrup.*
41 *quæ.41.num.23.* debentque esse adeo urgentissima, ut per torturam evacuari non possent, *Merl. d.c.33.n.29. tom.2* unicus verò Testis de
42 visu, dummodo sit idoneus, & omni exceptione major est sufficiens probatio, ut Iudex possit contra Reum devenire ad torturam ex processu informativo, *Clar.§ fin.q.22.nu.2. & 3. Menoc.de præsumpt.lib.1.q.91.Farin.q.37. num.54. vers.limita 3.* dummodo sit undique inuulnera-
43 bilis, aliàs si aliquam minimam maculam habeat, non est sufficiens ad torturam ex processu informativo, *Mising.cent.5.obser.13. Masc.de prob lib.1.concl.491 num.17.& 18. Rocc. tract. de offic.rub.de mod.proced.in causa contrabann. §. 14 num.22.& 23. Calà de præem. M.C. cap.7. num.11.*
44 Si vero Iudex cum inditiis remotis intendit procedere ad torturam ex processu informativo, dicta inditia debent probari duobus Testibus, etiam in crimine assassinii, & læsæ Majestatis, debentque esse coortestes de loco, & tempore concludentes, *Bosf.de indit. num.18. Farin.quæ.37.num.13. Sclal.de forind.cap.4.nu.10. Reg.Provenzalis in all.* inserta post doctum tractatum, *Consil. D. Caroli Antonii de Rosa, de decr.M.C.V.n.11.12.& 13.*
45 Secundum requisitum pro tortura ex processu informativo est, ut Reus sit inquisitus de gravibus delictis, *Nig.in d.Cap. Si cum sceleratis, num.6. Affl.decis.391.num.10. Franch.dec.143.*
46 *num 2.* Quæ autem sint delicta gravia? valdè necessarium est scire, quia non solum confert ad torturam ex processu informativo, sed ad
47 multa, etenim in delictis gravibus arbitrium Iudicis potest usque ad mortem extendi, ut di-
48 cemus *tit.10.cap.4.* delicta gravia sunt privilegiata circa probationes, ut dicemus *tit.7.cap.7.*
49 minor in Regno pro delictis gravibus potest ad mortem condemnari, ut dicemus *d.tit.10.num. 11.* contra committentes gravia delicta proce-
50 ditur per horas, *Franch.decis.520.num.3.* com-

P mit-

51 mittentes gravia delicta torquentur cum fidiculis, ut diximus *cap. anteced. num.* 123. & con-
52 tra committentes gravia crimina potest diebus festivis sententia mortis exequutioni demandari, *Cap. Reg. Provisa juris sanctio*, *Foller. pract. crim. rubr. pœnis debitis feriantur*, *nu.* 10 t. *Maran. in specul. par.* 6. *act.* 10. *num.* 38. *Grand. de bell. exul. præd. quando*, *q.* 2. *Sanfel. decis.* 173. *à num.* 4. *vers. & ita observatum*, licèt aliàs sen-
53 tentia mortis, non possit fieri diebus festivis, *l. si feriatis, ff. de feriis, l. custodias, ff. de public. Beer. decis.* 259. *num.* 28. *Cabal. resol. crim. cas.* 227. *à n.* 28. *usque ad num.* 53. *Guaz. defens.* 38. *cap.* 5. *nu.* 1. non possit exequi in diebus festivis introductis ad honorem Dei, *Cartar. de exeq. sent. cap.*
54 *fin. num.* 440. *Scial. de forind. cap.* 26. *num.* 14. Similitèr pro delictis gravibus non solum impo-
55 nitur pœna mortis simplex, sed qualificata, sic in assassinio, ut dicemus *tit.* 10. *cap.* 23 *num.* 1.
56 sic in crimine læsæ Majestatis, ut dicemus *tit.* 5. *cap.* 3. *num.* 5.

57 Gravia igitur delicta in Iure appellantur sævs, immanis, atrocis, atrociors, atrocissima, pessims, detestabilia, & horrenda, nulla habita ratione distinctionis aliquorum, qui inter atrociora, & atrocissima crimina discrimen cōstituerunt, si quidem promiscuè accipiuntur in Iure, sic apud *Sanfel. d. decis.* 173. crimina assassinii, & falsæ monetæ, quæ aliàs sunt atrocissima, in *d. decis.* vocantur gravia, sic apud *Cam-*
58 *pa. de forind. resol.* 2. *num.* 35. crimen atrox, quod *à prag.* 1 *de Minor.* requiritur contra Minorem, pro pœna mortis, ab illo vocatur atrocissimū,
59 sic in *cap. pro humani, de homic. in* 6. crimen assassinii vocatur horrendum, & *DD.* illud dicunt atrocissimum, *Decian. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 4. & 45. *Covar. var. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 10. *Farin. q.* 123. *num.* 6. sic in *l.* 1. *C. de rap. Virg.* & in *l. raptores, C. de Episc. & Cler.* crimen raptus vo-
60 catur pessimum, & detestabile, & per *DD.* appellatur atrocissimum, *Decian. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 4. *Boss. de rap. mulier. in princ. Farin. quæst.* 145.
61 *nu.* 1. meritò *Farin.* magnus criminalista, *quæst.* 18. *num.* 92. ait confundi nomina delictorum: cum ea quæ aliqui reputant atrocissima, & gravissima, aliqui dicant esse solum gravia, & atrocia, vel graviora, seù atrociora, & è contra.

62 Unde dicas quòd si lex pro aliquo delicto nō est contenta simplici morte, sed illam requirit qualificatam, & tunc indubitatè illud delictum dicitur grave, gravissimum, & atrocissimum, *Clar. in pract. crim.* §. 1. *vers. sunt etiam*, ubi dicit quod delicta atrocia sunt crimen rebellionis, læsæ Majestatis, homicidii ex proposito commissi ab eo, qui alia duo homicidia prius commisit, vulneris illati proditoriè cum scloporota, etiam si mors non fuerit sequuta, tertiæ trāsactionis, sivè diminutionis monetarum, raptus virginis honestibus parentibus ortæ, etiam copula non sequuta, usus venereus cum sacta virgine intra Monasterium degente, sodomia, famosorum latronum in viis grassatio, falsificatio sigilli Principis, vel Senatus, quos casus transcribit *Farin. d. quæst.* 18. *num.* 90.

63 Tortura ergo ex processu informativo potest inferri solum in delictis gravibus, seù atrocissimis, & ad propositum dicunt *DD.* quod talis præeminentia nequit excerceri, nisi contra latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarios, violentes raptores, grassatores, assassinos, fariollos, aliosque sceleratissimos homines, gravissima facinora committentes, *Nig. in d. Cap. Si cum sceleratis, num.* 6. *Affl. decis.* 391. *n.* 10. *Gram. cons.* 64. *num.* 4. & *vot.* 3. *num.* 24. *Farin. quæst.* 72. *num.* 99. & *cons.* 103. *num.* 5. *lib.* 1. *Guaz. ad defens. reor. def.* 21. *cap.* 1. *num.* 6. *Cenciol. resol. crim. verb. tortura, resol.* 4. *n.* 9. & 10.

64 Tertium requisitum pro tortura ex processu informativo est, quòd Reus sit levis vitæ, infamia notatus, & aliàs in eodem genere criminosus, aliàs talis præeminentia non potest practicari, *Iser. in Const. Si damna clandestina, num.* 70. *Affl. decis.* 391. *num.* 11. & *in Const. Si damna clandestina, num.* 31. *in fin. Nigr. in d. Cap. Si cum sceleratis, num.* 32. 33. & 38. *Gram. vot.* 3. *nu.* 10. & *seq.* & *vot.* 32. & *in Const. Prosequentes, num.* 19. *Claud. Bertaz. ad Patrem cons. t.* 30. *in* 5. *ampl. Farin. quæst.* 39. *num.* 31. *Scacc. de iud. caus. civil. & crim. cap.* 97. *num.* 88. *Tap. decis. S. C.* 22. *nu.* 3. & *in d. Cap. Si cum sceleratis, tit. de offic. mag. Iust. lib.* 2. *Iur. Reg.* & ità servati per M. C. & S. C. testatur *Merl. d. cap.* 33. *num.* 2. & decisum refert *Pet.* in causa V. I. D. Pompilii Gagliani, *rit.* 54. *num.* 12. de qua fuit commissarius *Roccus*, ut ipse refert *in tract. de offic. tit. de mod. proced. in caus. contraban. num.* 30. & 31. & licèt asserat per Regiam Iunctam fuisse habitum pro vero, quòd sufficiant gravitas delicti, & urgentia indiciorum, & quod per dictam Iunctam fuerunt reiectæ aliæ nullitates, non vero illa, per quam fuit oppositum, quòd requiratur levitas vitæ, sed hoc ut dicta præeminentia uti possit, tamen factum aliter se habet, quia in dicta causa scripserunt *Ptat. lib.* 3. *discep. for. cap.* 45. & 46. & *Provenz.* in favorem dicti Pompilii, ut in supra cit. *alleg.* inserta per dictum *de Rosa*, ubi *à nu.* 86. *cum seqq.* inter alia requisita pro tortura ex processu informativo fundant esse infamiam, & levitatem vitæ, & idē *D. Carol. Ant. de Ros.* insetit quoque *allegationes Consili. D. Iosephi de Rosa* ejus fratris, quem integerrimum, & doctissimum agnovi, qui fuit unus ex votantibus in dicta causa, ubi dicit fuisse pro parte dicti Pompilii propositas nullitates, & in 3. fundat requiri infamiam, & levitatem vitæ, & fuit decisum *Capitulum* non habere locum contra dictum Pompilium, quod decretum de verbo ad verbum inseritur à dicto *de Rosa in fin. dicta allegationis*, & ita bis fuisse decisum refert idem *Petr. tom.* 3. *rit.* 274. *n.* 130. binas alias iudicaturas adducit *Cala d. tract. de*

pre-

*praem.M.*C.*cap.*17, ubi respoodet ad *decis. de Franch.*143.

65 Deberque Reus esse inquisitus de delictis ejusdem generis, aliàs si cnntra eum sint probata alia delicta diversi generis, non dicitur quis criminosus, & levis vitæ, *Affl.in* Const.*Duram, & diram, in fin. Gram.vot.*3. *num.*23. *Nigr.in Cap.Reg.Si cum sceleratis, num.* 35. *Tap. decis.* 21.*num.*3.*Merl.cont.for.tom.*2.*cap.*32.*num* 2.

66 nec sufficiunt delicta levia, ad hoc ut quis dicatur criminnsus, & levis vitæ, sed debet esse Reus gravium crimioum, *Farin.q.* 39.*num.* 31. *Ricc.collect.*641. *Burg.de mod. proced.ex abrup. quest.*64.*n.*6.

67 Quondo verò quis fiat infamis ob delictum? dicemus in *tit.de forjudicatione, cap.* 5.*à nu.*16. *cum seqq.*

68 Concurrentibus igitur supradictis requisitis, antequam Iudex ponit Reum ad torturam ex processu informativo, debet illum examinare, non ad finem cootestaodi litem, sed ad finem ut reducatur processus in provisionem, & habita responsiooe negativa, interponit decretum ipsum Reum esse torquendum ex prncessu informativo, *Novar.de gravam.Vassal.tom.*1. *gravam.*375.*num.*2. *Scial.de torq. reos, cap.*6. *num.*68.

69 Non debet Iodex in inferendo torturam ex processu iofotmativo excogitate nova genera tormeototum, sed debet oti sulito tormento suois, *Clar.quast.*64.*Franc.Bernard. in schol. ad Ambros.lib.*4.*num.*2. *Guaz.ad def. reor. cap.*21. *num.*4.*Ball.de quast. q.*5. Cartar.*in pra.interrog. reos, lib.*4.*cap.*1.*num.*5.*& seq. Burg.de mod.proced.ex abrup.quast.*42.*num*.8. uode in tali casu

70 oon potest uti tortura cum fidiculis, prn ut fuisse decisum per Collaterale Consilium refere *Calà de praem.M.*C.*cap.*11. *num* 14. contradicente D.Ianuario Andrea, tunc strenuo Fisci patrono, nunc verò in Supremo Italiæ Consilio Regente meritissimo, doctrina, prudentia, & nobilitate nemini secundo.

71 Nec Iudex debet dare interrogatoria sugestiva quando torquet Reum ex prncessu informativo, *Bursat.cons.*201.*num.*123.*vers.*4. *Cartar.d.cap.*1.*nu.*95.*Burg.quest.*99.*n.*82.

72 Et denique tortura semèl sufficientèr illata ex processu informativo, non est eidē Reo repetenda pro eodem crimine, etiam si supervenian post torturam nova, & urgentia inditia, oam adversus ista nova inditia Reus debet audiri in suis defensionibus, compilato processu ordinario, & non potest bis pro endem delicto inferri tortura ex processu informativo, *Gram. vot.* 3. *& cons.*64.*num.*9. *&* 12. *Ioan. Anton.de Nigr. in d.Cap.Si cum sceleratis, num.*10. *&* 50.*Viv. decis.*143.*num.*5.*Scac.de iudic.tom.*1.*cap.*97.*nu.*88.*Add.ad Ambros.de modo, & forma proces. inform.lib.*4.*cap.*4.*num.*18.*Maur. Burg.de mod. proced.ex abrup.quest.*24. *num.*10.*& per totam, Merl.contr forens.lib.*1.*cap.*51.

SUMMARIUM.

1 *Consulentes, auxiliatores, & mandantes delicta non possunt torqueri ex processu informativo.*

2 *Tortura ex processu informativo non potest inferri cum informatione capta per alias Curias.*

3 *Nec si informatio fuit capta à Scribis, quia debet esse capta à Ministro.*

4 *Informationes sunt scribenda manu Actuariorum, non verò Iudicum.*

5 *Tortura ex processu informativo non potest inferri si ex ventre ejusdem informativi constet de aliqua causa relevanti ad beneficium Rei.*

6 *Vel si Reus adduceret in medio talia, quæ si probaret non haberet locum tortura.*

7 *Vel si in promptu offert docere de eius innocentia.*

8 *Vel si opponeretur repulsa contra Testes examinatos in informativo cum exceptione substantiali.*

9 *Depositio Testis inimici capitalis non debet recipi, si in promptu constat de inimicitia.*

10 *Tortura ex processu informativo non potest inferri si in causa fuit captum agi in alio Tribunali, non habente praeminentiam.*

11 *Nec si fuit in causa captum agi ordinariè.*

12 *Barones habentes Vassallos non possunt torquerì ex processu informativo absque licentia Proregis.*

13 *Nec milites cujusvis nationis.*

14 *Nec cives Neapolitanus.*

15 *Licentia de torquendo à Collaterali contra supradictos quomodò obtineatur?*

16 *Appellatione interposita à decreto M. C. ad S.C. de torquendo ex processu informativo, S.C.cognoscit tantùm si adsunt inditia sufficientiá.*

17 *Minores non possunt torqueri ex processu informativo.*

18 *Tortura ex processu informativo quando possit inferri in delictis, in quibus pœna est Iudici arbitraria?*

19 *Iudex quando possit extendere arbitrium usque ad mortem? remissivè.*

20 *Tortura ex processu informativo non habet locum contra homines bona vita, & fama.*

CAPUT III.

Præeminentia torquendi ex processu informativo in quibus casibus locum non habeat?

Licèt concurrant requisita in anteeedēti *cap.* enumerata; tamen tortura ex processu informativo non habet locum, nisi contra principalem delinqoentē, noo vero contra consulentes, auxiliatores, & maodantes, *Ball. de quæst. lib.4.quæst.7.Burg.de mod.proced.ex abrup.quæ.* 70. quia dictum Cap. *Si cum sceleratis*, loquitur in personam, ibi. *Contra quoslibet notatos, seù denunciatos, aut diffamatos, quòd sint disrobatores, aut homicidæ*, & sic oon extenditur ad auxiliatores, & mandaotes, *Isern. in Const.* Capi*talem pœnam, de rap.virg.* Clar.§. *fin. quæst.* 89. *Affl.decis.ult.Gram.cons.45.Osasc.decis.66.Grat. decis.27.& 28.Mastril.decis 207 num.31.& 32. Rovit.decis.15. Merl. contr. for.cap.47. lib.1.* præcipuè quaodo delinquens erat aliàs factutus delictum, stante inimicitia capitali cum occiso, *Mastrill.decis.191.num.15. & decis.218.nu.* 10.*Castil.dec.178.num.2.& 3.Rovit.in prag.1.de immun.Neap.num.16.& prag.1.post n.11. de custod.reor.Giurb.cons.15.nu.4.*

2 Secūdò talis præeminentia torqoēdi ex processu informativo cessat, si per aliam Curiam, non verò per M.C.V.vel per Reg Aud.fuit capta informatio, & postea transmissa ad dicta Tribunalia: nam talis ioformatio debet esse capta per dicta Tribunalia, & non per alias Curias, alias tortura ex processu informativo oon potest inferri, C*onstant. Pap.de arbit.M.C. cap.4.n.* 136.*Gram.vot.3. num.47. Nig. in d.Cap.Si cum sceleratis, num.26.Scial.de torq.reos, cap.6.nu.72.*

3 Quinimò informatio per dicta Tribunalia collegiata debet esse capta à Ministro, nec sufficeit si sit capta à Scriba, de ordine ejusdem Tribunalis, qoia cum tali informatioe capta à Scriba, non potest practicari dicta præmineotia, ex quo Minister sua diligentia debet io causa tam ardua, quæ affert irreparabile damnum, discernere quanta fides sit Testibus adhibenda, & conjecturare urgentiam iodiciorum, & alia necessaria pro tortura inferenda, *Nig. in d.Cap.Si cum sceleratis, num.26.Gram.consil.civil.156. & cons.crim.64. Burg. quæst 68. à num.9. Calà de præm. M.C.V. cap.15.* non tamen est necesse, quòd ipse Iudex scribat informationem; qoini-
4 mo si Iudex manu propria scriberet ioformationem, illa esset nulla, quia informatio debet scribi ab Actuario, non verò à Iudice, *Nig.in Cap.Item quòd prædicti, n.9.Viv.decis.48.*

5 Secundò noo potest inferri tortura ex processu ioformativo, & cessat præemineotia, quoties ex eodem processu ioformativo, & ex facie, & ventre ipsios notoriè coostat aliqua causa relevans ad excusandum Reum à delicto, de quo imputatur; quia cum tales probatiooes sint productæ à Fisco, videtur eas contra se produxisse, *Gram.d vot.3.num.22.& vot.30.nu.* 30.*Nig.in d.Cap.Si cum sceleratis, num.36. & 42.cum seq. Farin.quæst.86.num.118. Ball.de quæst.quæst.10.num.33.Burg.quæst.41. num.24. & quæst.47.num.13. usque ad 18.* consooat *decis.de Franch.232.*

6 Tertiò successivè cessat talis præeminentia si Reus adduceret in medio talia, quæ si probaret, non haberet locom tortura ex processu informativo; nam isto casu est supersedendum in tortura, *Bartolom.de* Capua *in* Cap.*Si justè quis appellaverit, sub tit.quòd recipiat. appell. Gram. d.vot 3.n.23.& cons.64.n.8.* Clar.§.*fin.quæst.64. vers.sed quid si ille, Farin.quæst.32.n.31.Novar. de gravam.Vassal.gravam.372.n.13.*

7 Quartò similitèr cessat talis præeminentia torqueodi ex processu informativo, quoties Reus in promptu offert docere de ejus innoceotia, quia hæc admitti debet in omoi jodicio, & impedit torturam ex processu informativo, *Nig.in d.Cap. Si cum sceleratis, num.42. 43 & 44.Grand.de bell.exul.prad.quando, quæst. 3.num.4.Gram.cons.13.num.63.& cons.64 num. 8.& seq Burg.d.tract de mod.proc.ex abrup.quæ. 11.num.15 & 16.Danz.de pug. DD.tom.1.rub. de potest.ad mod. bell. cap.6.* Camp. *de forind. resol 25.*

8 Quintò successivè non potest procedi ad torturam ex processu informativo si adversus Testes in informativo examinatos oppooeretur repulsa, cum aliqua exceptiooe substantiali: nam tunc supersedebitur in tortura, donec fuerit interlocutum super exceptione opposita, *Nig.in d.Cap. Si cum sceleratis, num.36. & 45. cum seq.Gram.decis.36.nu.6. Danz.de pug.DD. tom.1.tit.de potest. ad mod.bell.cap.6. num.1. & tom.3.tit.de praem. cap.1. num.32.* quinimò si
9 cootra Testes, qui adhuc non fueruot examinati contra aliquem; opponeretur de inimicitia capitali, & ex scriptoris, vel in promptu constaret de tali inimicitia, depositio talis Testis noo esset recipienda, *Gram.decis.34.num.10.& decis.86.& cons.64.num 6. Sanfel.decis.174.nu. 1.Novar.de gravam.vassal.gravam.372. n.13.*

10 Sextò non possunt M.C.V.& Reg. Audientiæ inferre tortoram ex processu informativo, si in causa fuit cœptum agi ordinariè in aliqua Curia non habente potestatem procedendi cum tali præeminentia; nam devoluta dicta causa ad M.C.vel ad Reg.Aud. sivè per viam electionis fori, sivè appellatioois, sivè alio modo, oon potest tali casu habere locum talis præeminentia,

tia, *Novar.decis.9. Campan.de forindic. resol.5. Scial.de torq.reos, cap.6. num.70. Thor.in C.rer. jud.in append.cas.8.*

11 Septimò successivè non potest procedi ad torturam ex processu informativo si in eadem M.C.vel in Reg.Aud.sit cęptum in aliqua causa agi ordinariè,nam eodem modo finiri debet, *Nig.in d.Cap. Sicum sceleratis,num 56.Trois.in prag.7.num.8.de dilat.Grand.de bell. exul. prad. pati,q.31.& 37.Foller. in pract.crimin. rubr.audiantur excusatores, sub num. 14.Cavalcan.de brach.reg.p.3.num.4.Burg. quæst.46 nu.10.11. & seq.Massin.de confisc.bon.q.1. num.58. Thor. in C.rer.iud.d.cas.8.in append.*

12 Octavò Barones habentes vassallos non pos-
sunt torqueri ex processu informativo,nisi cum
13 licentia Proregis,*prag.22. de Baron.* nec Mili-
tes cujusvis nationis, *Rovit.in prag.1. num. 14.*
14 *de immun.Neap.Scial.d.cap.6.num.78.* nec Ci-
ves Neapolitanus, nisi cum licentia Proregis,
ejusque Collateralis Consilii,*prag.5. de immun.*
Neap.Nig.in d.Cap.Si cum sceleratis,n.8. Merl.
controv.lib.1.cap.51.nu.5. quæ licentia ità pra-
15 cticatur: nam quando Tribunal M.C. sivè Reg.
Aud.sunt in voto esse casum,in quo possit infer-
ri tortura ex processu Informativo,& posse dis-
pensari,referunt in scriptis S.E.& per Regentes
Collateralis Consilii, in dorso ejusdem relatio-
nis, non anditis Partibus, conceditur licentia,
sivè dispensatio, *Franch.decis.143. nu.5.* verum
16 si cōtingerit appellari ad S.C.de dicto decreto
de torquendo, in causis tamen in quibus non
proceditur ex delegatione, S.C. non cognoscit
an sit casus, in quo possit inferri tortura, quia
hoc fuit visum per Collaterale, sed tantum, an
adsint, vel non inditia sufficientia pro tortura,
Franch.d.decis.143.Burg.quæst.64.sub num. 14.
Ther.in comp.decis.par.1. verb. appellatio regulariter.

17 Nonò non habet locum talis præeminentia torquendi ex processu informativo contra minores; quia cum talis tortura ex processu informativo inferat damnum irreparabile, & tollat defensiones, quia detrimentum membrorum nunquam potest reparari, ideò contra minores indefensos locum non habet, *Mut.decis.30. Burg.quæst.66.nu.22.& seq.Mastrill. decis.201. num.62.Novar.super prag.10.de offic.Iud.n 183. cum seq.Scannar.de visit.carcer.lib.1. §.8. cap.1. sect.3.num.33.Danz.de pug.DD. tit.de minor.in del.excus.cap.3.num.10.11. & 17. Massin.de confisc.bonor.q 1.nu.44. Conciol.resol. crim.verb. tortura,resolut.4.n.10.*

18 Decimò tortura ex processu informativo in-
ferri non potest in delictis, ubi pœna est Iudici
arbitraria, *Capic.decis.226.num.13. Gram.cons.*
15.n.4. Mastril.decis.191.num.35.Revit.in prag.
1 de custod.reor.& in prag.1.de immun. Neap. n.
16.Scial.d cap.6.n.73.Giurb.cons.10.n.4. nisi in
casu quo Iudex posset extendere arbitrium su-
um usque ad mortem: nam tunc habet locum
tortura ex processu informativo, *Carpz.pract.*
crim.p.3.q.119.à num.17.Cal.de praem.M.C.V.
19 *cap.12.num.8.*Casus autem in quibus Iudex in
arbitrariis possit extendere arbitrium suum,
usque ad mortem dicemus,*tit.10.cap.4.*

20 Undecimò cessat talis pręeminentia contra homines bonæ vitæ, & famæ, de aliquo delicto notorio non inquisitos, *Nig.in d.Cap.Sicum sceleratis,n.7.Affl.dec.391.in fin. Gram cons.54. & vot.3.n.3.*

DE

DE PRIVATO CARCERE

TITULUS QUARTUS

RUBRICA.

SUMMARIUM.

1 *Regia Audientia cognoscunt de privato carcere.*
2 *Committens crimen privati carceris est Reus læsæ Majestatis.*
3 *Usurpat merum Imperium, & Principis jurisdictionem.*
4 *Usurpans Principis jurisdictionem committit crimen læsæ Majestatis.*
5 *Regia Aud. cognoscunt ex præminentia de crimine læsæ Majestatis.*
6 *Curia demaniales, seù baronales non cognoscunt de crimine læsæ Majestatis.*

1 Tertia præeminentia Regiarum Audientiarum est cognoscere de ptivaro carcere,
2 ex quò committens tale crimen reputatur Reus læsæ Majestatis, *l. 1. C. de priv. carcer.* ibi *Tanquam ipsius Majestatis violatores, Ioan. de Anan. in cap. 1. col. 2. vers. ult. quia hic, Put. de re milit. lib. 9. §. an similes, num. 8. Gig. de crim. læs. Majest. tit. qual. & à quib. læs. Majest. crim. commit. quæst. 35. num. 1. & seqq. Conrad. in pract. tit. de carcer. num. 4. vers. hinc dicamus, & in tit. de læs. Majest. reis, num. 5. vers. 54. Montel. in prax. arbit. p. 4. §. jurium censura, Cyrill. in sum. crim. rub. 12. tit. de custod. reo. partic. 1. §. 1. num. 1. Farin. quæst. 27. num. 9.*
3 quia usurpaos privatum carcerem, usurpat merum Imperium, & Principis jurisdictionem, *d. l.*
4 *1. C. de priv. carcer.* coustat autem usurpatæ jurisdictionis crimen dici crimen læsæ Majestatis, *l. 3. ff. ad l. Iul. Majest. l. qui nomine, ff. de fals. Gig. l. sup. cit. Guid. Pap quæst. 423. Capyc. decis. 130. n. 21. 24. 28. & 32. Farin. quæst. 114. num. 1. & 3.*
5 de quò læsæ Majestatis crimine cognoscunt Regiæ Audientiæ ex. preeminentia, *Const. Reg. Statuimus, ubi Affl. num. 2. Muscat. de cogn. sive prob. del. tit. de crim. læs. Majest. hum. nu. 12. circ.*
6 *fin.* privativè quo ad aliàs Curias demaniales, seù Baronales, quæ de tali crimine eugnoscere non possunt, *Affl. in cap. 1. §. & bona committentium, col. 11. num. 18. tit. quæ sint regal. vers. 20. & decis. 122. num. 3. Franch. decis. 275. Sanfel. decis. 335. num. 1. & decis. 348. num. 3. Capibl. de Baron. prag. 6. num. 40. & prag. 8. par. 2. n. 106. Thor. in comp. decis. par. 1. verb. crimen falsæ moneta.*

SUMMARIUM.

1 *Privati carceris crimen quid sit?*
2 *Carceratus dicitur, qui positus in aliquo loco, ab illo ad libitum exire nequit.*
3 *Pœna privati carceris quæ sit de Iure communi, quæ de Iure Regni? num. 4. & qua de consuetudine? n. 5.*
6 *Non habet locum, nisi detentio fuerit per horas viginti.*
7 *Nec si est ad alium finem, non ad finem usurpandi jurisdictionem.*
8 *Nec si fur fuerit detentus, & postea superiori consignatus.*
9 *Nec si Pater filium, maritus uxorem, & amasius concubinam reclusos tennerint.*
10 *Nec contra retinentem bannitum in privato carcere.*
11 *Nec contra capientem suum debitorem, & an non ducentem ad carceres, rogatus, ut donec ei debitum solveret, illum detineret in ejus domo.*
12 *Nec locum habet pœna privati carceris contra eum, qui in actu, sivè in habitu habet jurisdictionem.*
13 *Nec contra eum, qui semèl tantum aliquem carceravit, quia saltèm requiruntur duæ vices.*

CAPUT I.

Pena privati carceris quæ sit.

1 Crimen privati carceris committit persona privata, quæ cùm nullam habeat jurisdictionem, aliquem detinet in aliquo loco carceratum, nulla Iudicis præcedente auctoritate, *l. neminem, ff. de exib. Reis, Cap. Reg. Alius, da non Capi. Vass. Cason*

son.de ind. & tort.ad fin.tit.de capt.& carcer.cap.
9.num.3.Gomez.var.res.lib.3.cap.9. num.3. Far.
q.27. num.8. sivè detineatur solutus, sivè cum
vinculis, & catenis:nam sufficit quomodocum-
que aliquis detineatur, sivè in domo, sivè ali-
2 bi, *Carav.rit.56.num.2.*nam carceratus dicitur
ille, qui positus in aliquo loco, ad libitum exi-
re non potest, *de Marin. res.quotid.lib.1.cap.*
44.num.12.

3 Cujus criminis pęna de jure communi est ulti-
mi supplicii, tanquam Rei læsæ Majestatis, *l.1.*
C.de crim.las.Maiest. Gig. de crim.las.Maiest.
tit.qual. & à quib.crim.las.Mai.com.q.35. nu.1.
Farin.q.27.n.9.

4 De jure Regni imponitur pęna mortis natu-
ralis contra illos, qui jurisdictionem Regiam
turbare intendunt, ut in *Cap. Reg.Contra effre-*
natas, & eadem pœna mortis per aliud *Cap.*in-
cip.*Torrerii* imponitur contra capientem ali-
quam personam auctoritate propria.

5 Sed de consuetudine pœna privati carceris
non est mortis, sed alia mitior, *Clar. §.fin.q.68.*
vers.privatum carcerem, Pappon.lib. 3. tit.1.ar-
rest.1.Guaz.ad def.reor.def.5.p.7.n.20. Felician.
alleg.78.p.2.num.8.& plures *DD.*& iudicaturas
refert *Farin.q.27.nu.35.*

6 In pluribus tamen casibus cessat pœna pri-
vati carceris, Primò si quis detinet aliquem car-
ceratum pro minori tempore horarum viginti;
nam talis detentio per tanti temporis spatium,
non est punibilis, *Paris de sind.verb. captura,*
cap.8.num.2.& 4.Clar.q.68. vers.privatum car-
cerem, Gomez.var.lib.3.cap.9.num.3. ad fin. Ma-
cerat.lib.3.resol.43.num.5.Giurba cons.72. n.36.
Prat.resp.crim.7.n.26.

7 Secundò ad hoc ut pęna privati carceris lo-
cum habeat requiritur, quòd id fiat causa usur-
pandi jurisdictionem; nàm si fiat ex aliqua cau-
sa particulari, non intrat pœna privati carce-
ris, *Carav.rit.47.num.14.in 2.q. Decian. tract.*
crim.tom.2.lib.7.cap.10.num.11. Prat. d.resp.7.
num.32.Crisp.thsor.& pract.crim.tract.9 de fug.
cap.2.num.59. ac proinde qui justa causa addu-
8 ctus delinquentem, putà furem, vel alium de-
tinuerit, etiam ultra viginti horas, & Superio-
ri consigniaverit, nulla pęna tenetur, *Clar.qu.*
68.num.35.Rovit.in rub.de exul.num.3. Pot.rit.
9 *56.num. 8.* Pater potest detinere filium in ali-
quo loco carceratum, *Urs.ad Affl.decis.149.nu.*
4.Capibl.de Baro.prag.19.num.7. maritus deti-
nens reclusam uxorem nulla pœna tenetur, *Io-*
doc. in pract.crim. cap. 64 pag.156. Farin. q.27.
*num.26.*nec amasius retinens reclusam concu-
binam causa zelotiipiæ, vel aliam mulierem li-
bidinis causa, incidit in pęnam aliquam, *De-*
cian. d.cap.10. num.11. Crisp. d.cap.2. num.61.
& 62.

10 Tertiò qui retinet in privato carcere banni-
tum nulla pœna punitur, *Marsil.de bannit.verb.*
carcerati,n.62.Boss.in tit.banniti quid amittant,
n.9.Farin.q.27.n.33.& 34.

11 Quartò qui auctoritate propria capit suum
debitorem, & dum illum vult ducere ad carce-
res rogatus fuit, ut ipsũ in domo sua custodiret,
donèc ei solveret debitum: nam tunc creditor
complacendo debitori, nulla pęna punitur,
Gig.de crim.las.Maiest.tit. qual. & a quib: crim.
las. Maiest.commit.qu.35.num.10.Farin.d.q.27.
num.30.

12 Quintò qui habet jurisdictionem, sivè in
actu, sivè in habitu, non incidit in crimen pri-
vati carceris, *l.1. C. de priv.carc. Decian.d.cap.*
10.num.16.Felic.alleg.78.nu.6.p.2.Macerat.lib.
3.resol.43.num.2.Giurb.cons.72.n.34.

13 Sextò non committitur crimen privati carce-
ris, si semèl tantum quis aliquem carceravit;
nam requirûntur saltèm duę vices, *Affl.in Const.*
Duram,& diram,num.8.& 14.ad fin.Intrigl.lib.
1.sing.139.Ball.lib.6.quest.5. num.10. Giurb.d.
cons.72.n.37.

S U M M A R I U M.

1 *Decretum quòd Reus licentietur quando inter-*
ponatur? & num.3. & sub qua alia formula
concipi possit? n.4.

2 *Tale decretum quid importet?*

5 *Non constito de delicto in genere Reus est sub fi-*
deiussoribus relaxandus.

6 *Idem est si contra Reum non adsunt inditia spe-*
cialia.

7 *Reus est prius examinandus, & postea habili-*
tandus.

8 *Decretum habilitationis in forma interponitur*
ante dationem termini.

9 *Reus absolvitur ab observatione juditii quan-*
do contra eum non adsunt probationes de de-
licto.

10 *Decretum liberetur in forma interponitur post*
datas defensiones

11 *Interponitur quoties Reus in defensionibus eva-*
cuavit inditia.

12 *Tali casu de rigore deberet diffinitivè absolvi.*

13 *De consuetudine liberatur cum cautione in*
forma, novis supervenientibus inditiis.

14 *Stylus habetur pro lege.*

15 *Inditia supervenientia post quam Reus fuit libe-*
ratus debent esse gravia, alias non potest iterum
molestari.

16 *Debent de novo supervenire, & esse diversa ab*
illis, quæ antea extabant in processu.

C A-

CAPUT II.

Quot modis possit à Iudice concipi decretum quando Reus liberatur?

1 QUoties Reus accusatur de
aliquo delicto, pro quo
juxtà propositam accusationem,
& secundùm narrata,
& probata, nullum
adest delictum, ut quotidiè
accidit in querelis injuriarum,
quæ pro qualibet minima controversia
inferuntur, vel si aliquis accusatus esset quòd
foriudicatum occidisset, vel uxorem in adulterio
deprehensam, hoc enim casu interponitur
2 decretum, quòd non procedatur; nam hoc decretum
nihil aliud est, nisi declarare quòd secundùm
querelantis narrationem, non potest
procedi in causa, quia non adest delictum, *l.2.*
ff.de excep.l.pupilli,§.videamus,ff.de neg.gest. po-
3 test etiam hæc decreti formula locum habere,
si aliquod delicti corpus inveniretur, quod scelere,
& non scelere commissum esse posset, ut in
homine veneno mortuo, quòd posset extrinsecè
ab aliquo esse patratum, vel in corpore esse
genitum, vel ex aeris corruptione contractum,
tunc Iudex diligentèr informationes assumens,
& veritatem facti inquirens, ubi constabit non
scelere peremptum, neque dolum adfuisse, juxtà
notata in *l.1.§ item illud,ff.ad Syll.* sed naturalitèr
evenisse, silebit processus, & ad ulteriora
procedi nō posset, & in hoc caso Iudex benè decerneret,
quòd nō procedatur, secundùm *Clar.§.*
fin.q.4.num.5. neque inquisitio procederet, secundùm
Farin.quæst.2.num.1. & hoc casu poterit
4 etiam Iudex ad Rei beneficium aliud interponere
decretum videlicèt, quòd licentietur,
Scial.de torq.reos,cap.5.n.1.

5 Si verò de delicto in genere non constaret ob
defectum probationum, tunc inquisitus est relaxandus
sub fidejussoribus; ne si postea delicti
corpus repetiretur, inquisitus fuga pœnam evaderet,
Clar.d.q.4.num.4. similiter est Reus rela-
6 xandus sub fidejussoribus, quoties inditia specialia
contra eum non adsunt, *Boss.de sentent.*
num.72.Carav.rit.248.num.18. undè inolevit
7 praxis, quòd isto casu Reus examinatur, & si negat
delictum habilitatur in forma, cum cautione
unciarum auri vigintiquinque de stando juri,
& se præsentando toties quoties, *Carav.d.*
num.18.Affl in Const.Reg.Humanitate,num.13.
Scial.de torq.reos,cap.3.num.35.cap.4.num.28.
& cap.5.num.2. quod decretum habilitationis
8 in forma, vel ad omnem ordinem profertur ante
dationem termini, vel litis contestationem,
ac ante datas defensiones, *Camp. de foriud.cap.*
15. num. 19. cum seq. cum enim isto caso non
9 potest dici constare de innocentia Rei, sed benè
quòd contra eum non adsunt probationes
de delicto, non potest Reus diffinitivè absolvi,
sed tantum ab observantia judicii, *l.properandum,§.*
& si quidem, C.de judic. l.qui accusare,
C.eod.Clar.§ fin.q.57. & ibi *Baiard.num.7.q.62.*
num.2.& q.57.n.3.

10 Decretum verò quo quis liberatur in forma,
interponitur à Iudice post litem contestatam,
& datas defensiones; *toto tit. ut lit.non cont.l.*
fin.§.illud, C.de temp.appell. Salic. in l.properandum,§.fin
autem reus,num.22.C. de jud.Maran.
in specul.in verb.& in contestatione,num.15.Foller.
in rub pæn.debit.nu.77.Carrer.de ind. & tort.
num.13.Less.de Iust.& Iur.lib.6.tit.de Iudic.cap.
29.dub.17.n.168.

11 Hoc enim decretum liberetur in forma interponitur
ad Rei favorem, quoties inditia non
sunt sufficientia ad severiùs cum Reo agendū,
vel sunt evacuata ob defensiones factas, vel torturam
toleratam, *Campan. d. cap. 15. num.21.*
nam accusatore, vel fisco non probante Reus
est absolvendus, *l.qui accusare,C de edend.Clar.*
q 62.in princ. Cabal.cas.200. num.11. Mascard.
de prob.concl.36.num.1.& seq.lib.1.Guaz.defens.
29.cap.1. nu.6. & isto casu de Iuris rigore, dato
12 termino, deberet reus diffinitivè absolvi, nec
posset hæc diffinitiva absolutio revocari prætextu
novarum probationum, postea supervenientium,
Clar.§.fin.q.64.vers.illata reo, Cabal.
cas.288.num.22.& 29.Farin q.4.num.26. Fach.
lib.1.cap.33.& lib.9.cap.16 Giurb.cons.43.nu.9.
13 tamen de stylo omnium Tribunalium hujus
Regni, & totius Italiæ non solet reus diffinitivè
absolvi, sed liberatur in forma, novis non
supervenientibus inditiis, *Clar. q.57.num.7.&*
q.62.num.2.Cabal.d.cas.288.num.2.Farin.qu.4.
num.27.& in fragm.lit.A.num.27. Guaz.def.2.
cap.7.num.3.& def.29.cap.1.in fin. Franch.decis.
276.in fin.& 653.in princ.Capibl.de Baron.prag.
6.num.39. & diximus *tit. 3.cap. 1.nu.* 139. qui
14 stylus est observandus, cum habeatur pro lege,
Rov.in prag.1.de jur.& exact fisc.n.75.

15 Inditia autem supervenientia debent esse
gravia, & sufficientia ad torturam, aliàs Reus
absolutus super novis inditiis non poterit molestari,
Marsil.cons.55.& 97.Boer.decis.289.Gomez
var lib.3.cap.1.num.26. & seq. Gayll pract.
obser.lib.2.cap.11.num.24. Boss.de sent. num.61.
Clar.q.46.vers pariter, Farin.q.4. nu.25. & cons.
108.num.18.& 19. Guaz.ad def.reor.def.6.cap.
4.num.20.& 36.Pirr. Maur.de fideius.p.1.sect.
2.cap 3.& 36. & debent de novo supervenire,
16 nec esse de illis, quę in processu antea extabant,
quia super primis jam purgatis, non potest fieri
fundamentum, etiam si melius probarētur, &
dicuntur nova inditia, quæ differunt à veteribus
specie, & substantia, ut si prima inditia
erant de mala fama, vel inimicitia, & posteà su-
per-

pervenerit Testis de visu, & simil: *Brun.de ind: p.2.q.5.num.63.Guaz.def.2. cap.7. num.18.Cabal.cas.93.num.43.& seq.Farin.d.cons.108.num.18.& 19.lib.2.& q.38.nu.77. Franch.decis.577. Conciol.res.crim.verb. absolutio, resol.1. num.3. Dian.res.moral.tit.de tort.in S.Offic.resol.16.*

SUMMARIUM.

1 *Fidejussor tenetur absque alia requisitione præsentare Reum ei consignatum cum temporis præfinitione.*
2 *Fidejussiones cum temporis præfinitione quomodo incusentur?*
3 *Mandata domi, per Civitatem, & per palatium, quomodo incusentur?*
4 *Mandata per edictum fiunt ad scandala, & rixas evitandas.*
5 *Mandata per edictum quomodo incusentur?*
6 *Fiunt potius ad terrorem, quam ut exigantur ad unguem.*
7 *Non debent fieri sub gravi pœna pecuniaria.*
8 *Multa immoderata est ipso jure nulla.*
9 *Pęna debet correspondere delicto.*
10 *Contumax non potest mulctari in pœnam confiscationis bonorum.*
11 *Sententia contumacialis non potest continere pęnam majorem, in quam veniret condemnandus Reus præsens.*
12 *Mandata per edictum an exigantur licèt sit captum exequi, si Reus citatus se præsentavit? remissivè.*
13 *Pœna spreti mandati an possit exequi contra Neapolitanos? remissivè.*
14 *Fidejussor est citandus ad præsentandum, si principalis fuit ei consignatus ad omnem ordinem.*
15 *Potest tali casu petere terminum ad denunciandum principali consignato absenti.*
16 *Liberatus in forma non potest vocari absque novis inditiis, fallit, n.18.*
17 *Inditia evacuata non possunt uniri cum inditiis supervenientibus post decretum.*
19 *Defensiones non sunt danda Reo, si in processu non adsunt inditia.*
20 *Habilitatus in forma ante datas defensiones, non potest vocari absque novis inditiis.*
21 *Inditia supervenientia post biennium à die habilitationis non conjunguntur cum primis.*
22 *Instantia in criminalibus perit biennio.*
23 *Etiam lite non contestata, quoties non stetit per Reum.*
24 *Instantia in criminalibus non currit in Tribunalibus hujus Civitatis.*
25 *Non currit in Regiis Audientiis.*
26 *Currit in Curiis demanialibus, & Baronalibus hujus Regni.*
27 *Instantia an currat in Tribunalibus hujus Civitatis, & in Reg. Aud. sequuto decreto liberationis in forma?*
28 *Pauper restituitur adversus peremptionem instantiæ ex causa enormissima læsionis.*

CAPUT III.

Reus habilitatus, an, & quando possit ad carceres reduci?

1 SI Reus fuerit per tot dies habilitatus, vel uti ęgrotus, vel ex alia legitima causa, isto casu, absque novis inditiis infra tempus præfixum tenetur fidejussor consignatum exhibere, & præsentare intus carceres, aliàs elapso termino pręfixo, absque alia requisitione, vel citatione, incusatur contra fideiussorem pœna, *Farin.quæs.34.num.134.* &
2 in pract. observatur, quòd se confert Tubitta M.C.V. & in aliis Curiis, quilibet serviens in carceribus, in quibus consignatarius se obligavit præsentare consignatum, ubi vocat ter consignatum, & eo non invento, Actuario refert, qualiter dicto die se vocasse alta, & intelligibili voce intus carceres talem de tale, & eum non invenisse, demum examinatur ipse Tubitta, seù serviens, & duo Testes, qui interfuerunt in dicta vocatione, quò peracto incusatur pœna in fidejussione contenta, mediante Iudicis decreto.

3 Eodem modò incusantur mandata domi, vel per Civitatem, quia etiam in mandato per Civitatem designatur certa domus pro vocatione; nam facta diligentia in domo designata, & non invento Reo, incusatur pœna in mandato contenta, cum eisdem solemnitatibus, supra recensitis, sed in mandato facto per palatium, quia non debet designari domus, sufficit si Tubitta, vel serviens respectivè, vocet Reum alta voce coram Officialibus ad valvas Tribunalis, in quo mandatum incusatur, & non invento Reo vocato, incusatur pęna, præviis dictis solemnitatibus.

4 Mandatum verò per edictum, quod fit per Iudicem ad scandala, & rixas evitandas, personis qui non inveniuntur, & affigitur citatio in ostio domus, *Cabal.res.crim.cas.231.* cujus mā-
5 dati forma describitur à *Sanfelic.decis.142.n.2.* tale mandatum per edictum, quoties persona non comparuit infra tempus ei assignatum, non potest incusari, nec procedi ad exequutionem pœnæ, nisi accusatis prius debitis contumaciis, per *Ritum M.C.V.118.* qui clarè loquitur, & tenet *Sansel.d.decis.142.n.3.*

6 Sed talia mandata per edictum debent fieri, ut homines magis timeant, & evitent mala facienda, quam ut exigantur ad unguem, *Iacob. de feud. §. dictique Vassalli, Roland.cons.47. num. 60. Ri-*

60.*Rimin.Iun.conf.*327. *nu.*2.*& conf.*337. *num.* 27.*Castill.decis.*188.*nu.*14. *Sol. ad decis.Sabaud. tit.de falf.glos.*1.*num.*1.*Bertaz.conf* 103.*num.*8. *&* 14.*Giurb.conf.*83.*num.*10. nec dicta mandata
7 ta sunt facienda sub gravi pœna pecuniaria, & in talibus non est laxanda, sed restringenda potestas, ac imponendam dicit esse freni temperiem Iudicibus, *Pont.de potest.Proreg.tit.*1.*de*
8 *provis.fier.sol.num.*22. quia multa immoderata, & excessiva est ipso jure nulla, *Add.ad Abb.in cap.de causis,num.*12.*de off.deleg.lit.H. Bonacos. in com. opin.par.*1.*pag.*116. *& seqq.Gall.conf.*21.
9 *num.*4. *Farin.quæst.*18. *num.*29. & non potest Iudex ob contemptum mandati ponere magnam pœnam,quia pœna debet correspondere delicto, *Auth.omnes,C. com.de lega.in pun. Affl.*
10 *in Const.Cum justitiæ,num.*5. & contumax non potest mulctari in pœnam confiscationis bonorum, *Isern.in cap.*1.*§.contrahentium in* 2.*addit.tit.quæ sint regal. Affl. in d. cap.*1. *verb. condemnatorum,n.*33.*Natt conf.*594.*Farin.d.quæst.*
11 18.*num.*37.nec in sententia contumaciali apponi potest major pœna ea, quæ veniret imponenda si Reus fuisset præsens, *Decian.cons.*11. *n.* 7.*Thob.Non.conf* 104.*num.*7.8.*&* 18.*Cartar.de exeq sent.capit.ban.cap.*1.*num.*417.*Cephal.conf.* 79. *num.*11. *Giurb. conf.*83. *num* 18. *Vermigl. consil.*68.

12 Sed an comparente eo, cui fuit factum mandatum per edictum, procedatur ulterius ad pœnæ exactionem, licèt fuisset cœptum exequi? dicemus *hoc tit.c.*6.*nu* 6.

13 An autem contra Neapolitanos possit exequi pœna pro spreto mandato? dicemus *tit.*10. *cap.*51.*à n.*24.*usque ad finem.*

14 Si verò habilitatio fuerit facta absque temporis præfinitione, sed ad omnem ordinem, & tunc quia fidejussor absque tempore determinato se obligavit exhibere consignatum, quando Curia vult reducere in carceribus consignatum, tenetur citare fidejussorē ad præsentandum Reū infra certum terminum, & non sequuta præsentatione in tempore præfixo, accusantor contumaciæ, & in ultima contumacia proceditur ad incusationem pœnæ, *Gabr. conf.*173. *lib.*2. *Carav. rit.*44. 158.163. *&* 164. *Mut.decis.*45. *num.*20. *Mant. de tacit.lib.* 16.*tit.*20. *num.*11. *Maur.de fidejuss.p.*1.*sect.*2.*cap.*3.*num.*85.*cum seqq.Tusc.concl.*322.*verb.fidejussor, tom.*3. & si
15 Reus principalis est absens, potest fidejussor petere terminum ad denunciandum dicto principali, & Iudex tenetur talem terminum concedere, attenta distantia loci, in quo ille moratur, & attenta qualitate facti, & personæ, *Menoch.de arb.cas.*40.*num.*3. *Farin. q.*34. *num.* 137.*Guaz.ad def.reor.def.*6.*cap.*4.*num.*51.*Conciol.ref.crim.verb.cautio, resol.*10.

16 Sed Reus liberatus in forma, & sic habilitatus post datas defensiones, indubitantèr absque novis inditiis non potest vocari; nam per decretum liberetur in forma omnia inditia contra eum fuot penitùs evacuata, & nulla in futurum de illis potest haberi ratio, *Musc. de mod.fideiub.p.*1.*mod.*1.*num.*15.*vers.& ego,Campan.de forinod.resol.*15.*num.*22. cumque priora
17 inditia sine elisa, non possunt conjungi cum indiciis supervenientibus post dictum decretum, *Franch.decis.*577. *Guaz.ad def.reor. def.*1. *cap.*7.*num.*18.*Cabal.cas.*93.*num.*43.*Farin.q.*38. *num.*77.*Musc.loc.cit.* de quo diximus *cap. anteced.num.*15.*cum seqq.*

18 Exceptò si Reus in defensionibus nihil probasset ad exclusionem inditiorum contra eum existentium, sed fuisset habilitatus, ex quò, licèt inditia fuissent sufficientia ad omnem inquisiti recipiendum inter Reos, tamen non fuerunt sufficientia ad torturam, isto casu priora inditia non sunt evacuata per defensiones datas, ità decisum refert *Camp. d.resol.*15.*num.* 28. *&* 29.& tali casu ne præjudicetur Fisco Iudex decernit, suspenso decreto defensionis, quòd habilitetur in forma, *Ros.de dec. Mil. cap.*7.*num.*25.

19 Undè Iudex ad evitandum disceptationem si inditia sint elisa, in casu quo Reus nihil probavit in defensionibus, non debet dare defensiones reo, sed illum habilitare ante datas defensiones; casu quo videt inditia non esse sufficientia ad torturam, quia tali casu indubitaniè priora inditia non sunt extincta, sed coniunguntur cum primis, quæ aderant ante decretum, *Campan.d.resol.*15.*nu.*22.

20 Verum in casu quo Iudici visum fuerit, quòd inditia contra Reum non sufficiebant ad torturam, & illum ante dationem termini habilitavit ad omnem ordinem, & post habilitationem non supervenerunt nova inditia, tunc nec etiā potest cum dictis primis inditiis Reum vocare, vel incusare fidejussionem, ex quò frustratoriè ad judicium vocatur is, qui si compareret denuò esset excarcerandus, supposito, quòd non adsunt alia inditia, nisi ea, ex quibus justum visum fuit illum primo loco habilitare, *l.qui de crimine, C.de accus.Clar.§.fin.quæst.*48. *num.*11. *Farin.quæ.*4.*nu.*23. *& q.*34. *num.*64.*& conf.*59. *num.*2.*&* 3.*Foller.in pra.crim.in fragm.nu.*251. *Bost.tit.de sent.num.*61.*Thob. Nonn.conf.*103.*nu.* 5.*Thesaur.dec.*81. *Tusc.pract. conclus.verb.fidejussor, conclus.*322.*num.*37.*tom.*3. *Giur. discept. crim.ad def.reor.discept.*21.*num.*58.*tom.*2. *Cabal.cas.*47.*num.*9. *Musc. in pract.fideius.Scial. de torq.reat, cap.*4.*num.*27. *Campan. de foriud. resol.*15.*num.*21. adeo ut nec etiam per Principem carcerari possit, in punc. *Scagl. alleg.*2. *nu.* 123.*vers.& licèt.*

21 Datur tamen casus, in quo inditia superveniunt post decretum habilitationis in forma, latâ ante dationem termini; & tamen non conjunguntur cum prioribus inditiis, videlicèt quando inditia superveniunt post biennium, à die quo Reus fuit habilitatus, quia instantia
22 in criminalibus perit biennio, *l.fin. C.ut intr. certi.*

cert.temp.qua.crim.l.properaadum, *C.de ind.* & in Regnoadest *rit.*248. adeo ut biennio elapso extinguntur crimina, sivè persequutiones eorum, *Gram.vot.*31.*& decis.*69. *Franc.decis.*250. 653.*&* 654.*Cavalcaa.decis.*21.*aum.*11.*p.*1 *Tap.*
23 *in Coast. Omnes bajuli*,*aum.*4 etiam si lis non fit cum Reo contestata, quoties per eum non stetit, ut contestaretur, puta si Officiales pluries requisiti, ut eum de justitia expedirent, & quia non aderant indiria sufficientia ad torturam fuit habilitarus in forma, *Laratha cons.* 10.*nu.* 1. 2.*&* 3.*Thor.in comp.decis.p.*1.*verb. iastaatia peremptia*, & latè defendit de *Marin. resol. quotid.lib.*1.*cap.*184.*à n.*6.*cum seqq.*

24 Sed in Tribunalibus hujus Civitatis contrarium est statutum, etiam coram Iudicibus delegatis, per *prag.*51.*de off.Mag.Iust.* ubi ob multitudinem causarum instantia non currit in criminalibus, *Carlev.de jud.disp.* 2.*sub num.* 943. *Lagaa.ad Rov.in prag.*10.*nu.*53.*de off.Ind.* quòd
25 etiam fuit extensum ad Regias Audientias, *d. pragm.*10.§.33.*de off. Iad. Danz. ad Gram.decis.* 70.*sub num.*4.*Petr rit.*248.*n.*20.

26 Cumque *dictæ Prag.* loquantur tantum, quòd non currat instantia in causis criminalibus vertentibus in hac Civitate Neap. & in R.A. non habent locū in aliis Curiis hujus Reg. demanialibus, & baronalibus, ubi adhuc viget Ius cōmune, & in eis instātia perit biennio, *Pet.d.rit.*248. *nu.*19.& fuit decisum die 18. Novembris 1676. per M.C. ad relationem olim Iudicis Cioffi, in causa Francisci Antonii Paulini, qui cum fuisset carceratus in Curia Terræ Alvigniani pro quodam stupro, & ex defectu probationum libeatus in forma, cumque denuò post annos duos fuisset pro eadem causa carceratus in M. C. opposita dicta exceptione peremptionis instantiæ, fuit ordinatum per dictam M.C. quòd excarceretur, acta sunt penes Scribam Cubellum.

27 Quinimò etiam in Tribunalibus Neap. & in R.A. fuit difficoltatū, si *dictarū prag.* dispositio locum habeat sequuto jam decreto liberationis in forma, si post biennium supereeniant inditia, & pro opinione negativa scripsit *Fulv. Danes.* in causa Andreæ Ventura, cujus allegationes inseruntur, tum à *Rev. in prag.*10.*de offic.Ind à num.*7. *cum seqq.* tum à *de Maria. resol quotid. lib.*3. *alleg.*122. eandemque negativam opinionem tenet *Novar. decis. Reg. Aud. Apul.*15. sed in eadem causa Andreæ Venruta in contrarium scripserunt *Campana de forind, resol.*15.*a num.*5.*cum seqq.* & idem *de Mar. res. quotid.lib.*1.*cap.*184.*a num.*13.*usque ad fin.* qui acrītèr substinent opinionem affirmativam.

28 In Tribunalibus verò, in quibus datur peremptio instantiæ, si querelans est pauper, potest restitui in integrum adversus peremptionem instantiæ, *Franch.decis.*284.*Giarb. dec.*18.*Cap, Lat.decis.*91.*Arias de Mes.var.lib.*3.*cap.*44.*n.* 20. sed requiritur læsio enormissima, resultans ex eisdem actis, & ex ventre decreti, *Fran.d.dec* 284 *num.*4 *Boer.dec.*343. *Gaid.Pap.decis.*32.*n.* 5.*Morot.cons.*70.*Muscat.de appell.p.*1.*glos.prosequendum*,*n.*34.*&* *p.*3.*gl.fuerit*,*n.*30.

SUMMARIUM.

1 *Captura Reorum est Iudici arbitraria, & quomodo debeat esse tale arbitrium? n.*4.
2 *Carceratio filii potest per Iudicem ordinari ad instantiam patris.*
3 *Non potest ordinari ad instantiam matris.*
5 *Carceratio non potest per Iudicem ordinari cum solo titulo processus.*
6 *Index pro indebita captura ad quid teneatur? & num.*7.
8 *Tenetur in foro poli.*
9 *Levia inditia sufficiunt pro carceratione existente necessitate.*
10 *Et in delictis occultis, & gravibus contra personas viles, & mala fama.*
11 *Depositio Testium inhabilium, vel socii criminis, & assertio vulnerati in ultimis constituti sufficiunt pro ordinanda carceratione.*
12 *Querela Partis offensa non sufficit pro ordinanda carceratione.*
13 *Captura an possit ordinari non existente delicto in genere? & n.*14.
15 *Habilitatio Reorum est Iudici arbitraria, & quomodo debeat esse tale arbitrium? n.*16.
17 *Defensiones sunt dandæ Reo intus carceres in delictis merentibus pœnam corporis afflictivam.*
18 *Et in Regno in delictis dignis tortura.*
19 *Etiam si carceratus sit gravi morbo oppressus.*
20 *Quid observetur in practica? & n.*21.
22 *Habilitari debet Reus si est in casu innocentiæ, & absolutionis, etiam in delictis merentibus pœnam ultra relegationem.*
23 *Habilitatus an debeat reduci ad carceres in calculo ferenda sententiæ? & n.*24. *&* 25.
26 *Defensiones sunt danda extra carceres imputatis de delictis merentibus pœnam infra relegationem.*
27 *Et Reis de delictis merentibus pœnam pecuniariam.*
28 *Defensiones sunt dandæ intus carceres ubi Reus tenetur alternativè, vel ad pœnam pecuniariam, vel corporalem.*
29 *Stupri pœna qua sit hodiè remissivè?*
30 *Defensiones pro crimine stupri sunt danda intus carceres.*

CAPUT IV.

Carceratio quando possit per Iudicem ordinari? & quando defensiones sint dandæ Reo extra carceres?

1 IN decernenda Reorum cap-
tura plurimùm tribuitur
Judicis arbitrio, *Foller. in
pract.crim. in 1. p. secunda
partis principalis, verb. no-
tatos capiat, nu.2. Clar.qua.
28.num.1. Fach.contr. Iur.
lib.9. cap.56.* & potest Iu-
dex pro bono regimine, etiam absque delicto
filium carcerare ad instantiam Patris, si persona
Patris sit honesta, *l.3.C.de pat. potest. Guaz. ad
defen.reor.def.5.cap.1.num.20. Pascal.de pat.po-
test.par.3.cap.4.num.2. & seq.* sed hoc non po-
3 test facere ad instantiam Matris, quę filios non
habet in potestate, *Pasc.l.c.num.4. Conciol.re-
4 sol.crim.verb.captura, resol.3.num.3.* tamen hoc
arbitrium non debet esse liberum, sed tempera-
tum, & cum grano salis, ut dicit *Cabal.res.crim.
5 cas.86.num.3.* unde non debet Iudex cum solo
titulo inquisitionis devenire ad capturam, sed
debent extare indicia, quia multa improperan-
tur, quæ postea delentur, *l.furti.ff.de his, qui not.
infam.Clar.quest.28.Bovad.lib.3.cap.13.tit.de la
visita de carcel.n.85.Rov.in prag.1.num.4. de
6 cust.reor.* aliàs Iudex faciens aliquem injustè
carcerare, sine legitima causa, & juris ordine
non servato, tenetur in sindicatu ad expensas,
damna, & interesse carcerati, & etiam actione
injuriarum, *Boer.decisio.215.num.34. Cabal.d.
cas.86.num.1.& cas.291. num.14. Far.q.27.nu.
135.& 142.Scacc. de jud.lib.1.cap.42. num.3.in
fin.& cap.94.sub num.1.* & in Regno Iudex pro-
cedens ad capturam antequam incipiat con-
stare de maleficio, vel captum non habilitans,
punitur pęna unciarum decem, *pragm.1. de cu-
stod.reo.*

7 Et licèt in pract. Iudex non possit sindicari,
nec teneatur pro indebita carceratione, nisi in
eo casu, quo adsit suspitio inimicitiæ, vindi-
ctæ, vel fraudis, aliàs Judex pro indebita car-
ceratione ad nihilum tenetur, quia nimis tepi-
di redderentur Iudices in capturis reorum, si
circa eas scrupulosè contra ipsos esset agen-
dum, *Rolan.cons.40.num.12.lib.4.Boss.de cap.nu.
4.Clar.d.q.28.num.2.Cabal.d.cas.86. num.2.* ta-
8 men, ut dicit *Rov.in d.prag.1.de cust.reor. nu.5.*
licèt in foro fori Judices non teneantur pro in-
debita carceratione, tamen si hoc faciant non
evitabunt Tribunal Æterni Judicis.

Unde Judicis arbitrium in decernendis reo-
rum capturis in hoc versabitur; quòd existen-
9 te necessitate, etiam cum levibus indiciis, po-
test ad carcerationem devenire, *Gramat.consil.
30.num.9.& cons.51.Carav.rit.93.* & in delictis
10 occultis, & gravibus, præcipuè contra perso-
nas viles, & malæ famæ, sufficiunt leviora indi-
tia, cum quibus potest carcerationem decerne-
re, *Far.q.27.num.133.Guazz.ad def.reor.def.5.
11 cap.3.nu.20.& seq* & depositiones Testium in-
habilium, vel socii criminis, vel assertio vulne-
rati in ultimis constituti, sufficiunt ad relaxan-
dum mandatum de capiendo, *Scacc. de iud.lib.
1.cap.42.num.2.Caren.de off.S.Inquis.p.3.tit.2 n.
22. Vermigl. cons.142. num.6. Conciol.res.crim.
verb.captura, resol.6. num.8.* unde non sufficit
12 pro decernenda captura reorum sola deposi-
tio, seu querela partis offensæ, aliàs nimis lar-
gæ habenę cōcederentur malevolis, ad carcera-
ri faciendum suos inimicos, *Clar.q.28. vers.
scias autem, Farin.d.q.27.nu.128.& 124. Scacc.
d.cap.42.num.5.* debetque ante omnia constare
13 de delicto in genere, aliàs carceratio locum
habere non potest, *Boss.de del.in fin.& de cap.n.
3.Gomez.var.lib.3.cap.9.in princ.Scacc.d.cap.42.
num.2.Far.q.2.num.2. Guaz. ad def.reor.def.4.
cap.1.num.6.& def.5.cap.3.num.26.* excepto si
14 ageretur contra homines rixosos, malæ famæ,
& solitos delinquere, contra quos potest ad
capturam deveniri, etiam non costito de deli-
cto in genere, *Ambros.in proc.infor.lib.1.cap.1.
num.10.& ibi Add.num.10.Guaz.d.cap.1.num.
7.& seq.Conciol.d.resol.6. num.11.*

15 Et quemadmodùm captura reorum est Judi-
ci arbitraria, ità relaxare Reum carceratum sub
fidejussoribus est etiam Iudici arbitrarium, *l.1.
ff.de custod.reor. Castr.cons.328. lib.2. Iodoc. in
pract.crim.cap.20.num.9.& 11. Menoch.de arb.
lib.2.cas.303.nu.2. Guaz. ad def.reor.def.6 cap.
16 1.num.43.de Laur.decis.Avenie.5.nu.4.* quod
arbitrium non debet esse liberum, sed similitèr
temperatum, inspecta qualitate personæ delin-
quentis, & delicti, *l.1.ff.de cust.reor.Menoc.d.
cas.303.num.1.& 2.Scial de torq.reo.cap. 5.n.7.*
unde in delictis, in quibus venit imponenda
17 pęna corporis afflictiva, Reus non potest habi-
litari, sed defensiones ei dari debent intus car-
ceres, *l.divus, ff.de cust.reor.Mars.in pract.crim.
§.attingam, nu.1.Capyc.decis.30.num 2.& 7.Go-
mez var.lib.3.cap.9.num.8. Gram. cons.civ.109.
n.6.Scial.d.cap.5. n.5.Sanfel.dec.163. Prat.resp.
18 cri.20. Petr.rit.40. Ros.de decr.M.C.V.cap.6.
num.21.* & in Reg. habemus *rit.41.* per quem ha-
betur, quòd in delictis, in quibus venit impo-
nenda tortura, Reus non potest habilitari, sed
audiri debet intus carceres, *Foller.in pract.crim.
rub.examinati liberentur sub fidejussoribus, nu.1.*
etiam si carceratus sit gravi morbo oppressus:
19 nam ex quò in carceribus M. C. adest infirma-
ria, in qua comodè infirmi curari possunt, car-
ce-

ceratus pro delicto, in quo venit imponenda
pœna relegationis, vel alia gravis, non est sub
fidejussoribus relaxandus, *prag.6.§.5. & 6.de*
offic. Mag.Inst. tameo *d.prag.* noo obstante, ut
20 plurimùm, etiam quòd adsunt infirmariæ, &
ageretur de pęna capitali, fuerunt carcerati re-
laxati sub fidejussoribus, cum cautione de re-
deundo, recuperata sanitate, vel ad omnem or-
dinem, prout io casu consimilia statuti testa-
21 tur *Guaz.d.cap.1.num.45.* & quandoque stante
delicti qualitate, apponuntur etiam per Iudi-
cem custodiæ, sumptibus ipsius iofirmi, donec
convaluerit, *Put.de synd.verb.& carcer.cap.4.n.*
3.Gram.cons.55.num.9.& seq. Farin.q.27.num.
87.Conciol.d.verb.captura,resol.5.n.1.
22 Et io delictis merentibus pœnam ultrà rele-
gationem, si carceratus esset in casu innocen-
tię, & absolutionis, etiam noo expectata sen-
tentia, erit sub fidejussoribus relaxandus, *l.nul-*
lus, C.de exib.re. Boss.de fideins.num.15.& 21.
Clar.q.46.num.10.Magon.decis. Luc.42.nu.12.
& seq.Far.q 33.num 65.Guaz.d.cap.1.num.40.
23 nec tali casu tempore ferendæ sententiæ esset
Reus in carceribus reducendus; nam licèt in
calculo ferendæ senteotiæ Reus habilitatus sit
ad carceres reduceodus, ne postea sententia cō-
24 ita cum proferenda frustatoria redderetur,
Clar.q.46.num.10.in fin. Far.q.33.num.68. ta-
25 men quoties carceratus fuit sub fidejussoribus
liberatus, ex quò constabat de ejus innocentia,
quia non poterat sequi seotentia pęnę corpo-
ralis, sed tantum absolutoria, non est gravan-
dus talis inoocens ut ad carcerea redeat, *Guaz.*
d.def.6.cap.1.num.42. vers.sed dum Clar.& opi-
nioocm *Guaz.* realitèr practicari, testatur *Scial.*
d.cap.5.num.17.
26 Si verò Reus sit inquisitus de delicto, pro
quo venit imponeoda pœna infra relegationē,
tūc est locus habilitatiooi, & debet audiri, & se
defeodere extra carceres, cum mandato, vel cau-
tione de tenendo palatium loco carceris, *d.l.*
divus, ff.de cust.reor.Cap.Reg.Ab illo incohan-
dum,d.prag.6.§ 5. & 6.de off.mag. Inst.prag.7.§.
1.de meret.Boss.de carc.num.1.& 2.Far.q.33.nu.
*1.cum seqq.Scial.d cap.5.num.9.*undè si reus pro
27 delicto patrato tenetur pœna pecuniaria, de-
bet audiri extra carceres, *l.3.& 4.ff.de cust.reor.*
cap.si clericus,de sent.excom.in 6.Cap.Reg.21.&
178.Boss.de carc.fid.com.Clar q.46.n.7. de Laur.
decis.Aven.5.num.2. Meno.de arb.Iud.cas.303.
num.3. Gomez var.lib.3.cap.9 num.8. Guaz.ad
def.reo.discep 9. num.8. excepto si reus alterna-
28 tivè teneretur, vel ad pęoam pecuniariam, vel
corporalem; nam tunc non potest habilitari,
Far.q.33.num.51.& seq.Magon.dec.Luc.42.nu.
3.Rov.in prag.1.num.8.de cust.reor. ac proinde
cum pro stupro hodiè de generali consuetudi-
29 ne sit imposita pęna alternativa, quòd stuprans
dotet stupratam, vel cum ea nubat, & quando-
que imponitur etiam pœna corporalis, ut dice-
30 mus infra *tit.10.cap.25.* non potest stuprans au-
diri extra carcerea, *de Lauren.decis. Aven.72.*
Rov.in d.prag.1.n.9.Ricc.collect.144.

SUMMARIUM.

1 *Fidejussio est stricti juris, & non extenditur de persona ad personam, de casu ad casum, de re ad rem, nec de loco ad locum.*

2 *Censetur semper restricta ad eam causam, pro qua reus detinebatur.*

3 *Habet tacitam conditionem si res in eodem statu permaneat.*

4 *Est restringenda ut fidejussor censeatur minus obligatus, quam fieri possit.*

5 *In dubio est judicandum cautionem non esse ruptam.*

6 *Fidejussio est odiosa.*

7 *Principali effecto Clerico, fidejussor intelligitur liberatus a fidejussione præstita de illum præsentanda.*

8 *Idem est si tempore capta fidejussionis principalis erat Clericus.*

9 *Fidejussor insolidum obligatus tenetur pro principali, etiam si principalis obligatio sit nulla.*

10 *Fidejussor non tenetur præsentare reum, quoties reus aufugit culpa Iudicis.*

11 *Nec quoties principalis commisit novum delictum, pro quo fuit reputatus bannitus.*

12 *Quòd fallit si reus pro novo delicto non fuit reputatus bannitus; nam tunc fidejussor non censetur liberatus. quòd explicatur, n.13. & 14.*

15 *Fidejussor de aliquem præsentando pro una causa, vel delicto, non tenetur præsentare Reum pro alia causa, seù delicto.*

16 *Explicatur* decis. Sanfel. 169.

17 *Fideiussor obligatus præsentare reum coram uno Iudice, non tenetur illum præsentare coram alio Iudice, quòd fallit, n.18.*

19 *Fideiussor qui promisit aliquem non discessurum a palatio, censetur liberatus si Iudex principali concessit licentiam discedendi.*

20 *Etiam si licentia fuerit concessa cum clausula, firma manente fideiussione.*

21 *Dubitatur de dictis per* Sanfel. in decis. 253.

22 *Fideiubens pro Officiali de parendo sindicatui, non tenetur pro debitis per Officialem contractis.*

23 *Officiali confirmato in officio, fideiussor pro primo officio, non tenetur pro secundo.*

24 *Fideiussio facta pro maleficio extinguitur morte fideiussoris.*

25 *Fallit quando promisit pœnam in casu contraventionis, quia tunc tenentur heredes.*

26 *Fideiussor qui promisit repræsentare liberatur reo mortuo.*

27 *Fallit quando fideiussor esset in mora, vel culpa in præsentando Reum.*

28 *Fideiussio de Reum præsentando ad omnem ordinem, vel toties quoties, durat tantum biennio.*

29 *Instantia non currit in Tribun. Neapol. nec in Regiis Audientiis, remissivè.*

30 *Fi-*

30 *Fidejussor de Reum præsentando non censetur liberatus, nisi cum effectu Reus fuerit ductus intus carceres.*

31 *Advocati, & Procuratores non possunt fidejubere pro Clientis.*

32 *Fidejussor de repræsentando liberatur si principalis Reus fuerit captus pro eadem causa, pro qua fuit præstita cautio de præsentando.*

33 *Fidejussor de repræsentando censetur liberatus si Iudex reduxit Reum principalem ad carceres arctiores.*

CAPUT V.

Fidejussor de præsentando reum, quando dicatur liberatus à fidejussione præstita?

1 Fidejussio est stricti juris, & non extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum, nec de re ad rē, neque de loco ad locum, *l. blanditius, C. de fidejus. l. stipulationum aliæ, § satis acceptio, ff. de verb. oblig. Bart. in l. Iulianus, in princ. ff. de act. empt. Boer. dec. 314. n. 2. Cabal. cas. 59. n. 3. Far. q. 34. n. 32. & cons. 62. num. 2. Gratian. discept. 3. nu. 27. Maur. de fidejus. p. 2. sect. 5. cap. 1. num. 3. & cap. 2. num. 3. Cap. Lat. decis. 138. num. 41. lib. 2. Ciriac. contr. 564. num. 43. & seq. Marciam. cons. 55. num. 2. lib.*
2 *1.* & semper censetur restricta ad eam causam,
pro qua inquirebatur, sivè detinebatur Reus,
& pro qua fuit præstita fidejussio, *l. 2.* & ibi
Glos. ff. si quis caut. Dec. cons. 563. Seff. decis. 203.
num. 7. p. 2. Farin. d. num. 32. Mut. decis. Sicil. 45.
3 *num. 5. cum seqq.* & habet in se tacitam condi-
tionem, si res in eodem statu permaneat, nec
causa superveniat, quæ excusaret, *l. fin. cum ibi*
not. ff. qui satisd. cog. l. quaro, §. inter locatorem, ff.
loc. Gram. cons. 66. n. 68. Cap. Lat. consul. 49. n. 2.
4 & est restringēda, ut fidejussor minus censeatur
obligatus, quam fieri possit, *l. si fidejussores, 68. ff.*
de fidejus. Menoch. cons. 212. num. 13. & seq. lib. 3.
Giurb. cons. 35. num. 16. Ciriac. contr. 101. nu. 24.
5 & in dubio est judicandum cautionem non esse
ruptam, *Hercul. de caut. de non offend. cap. 33. nu.*
5. & seqq. Guaz. de caut. de non offend. q. 2. num. 6.
& 9. Masc. de prob. conc. 1136. sub num. 22. Far.
qu. 107. num. 398. quia fidejussio est odiosa,
cum alium pro alio obligari sit odiosum, *Her-*
cul. cap. 1. num. 5. & seq. Masc. loc. cit. Far. loc. cit.
num. 397. Guaz. d. q. 2. in princ. Conciol. resol. cri-
min. verb. cautio de repræsentand. resol. 7. num. 3.
Ex quibus solidissimis doctrinis, infertur pri-
mò quòd fidejussor de præsentando Titium, si
7 Titius post captam fidejussionem fuerit effectus
Clericus, fidejussor intelligitur liberatus, nec
amplius potest adstringi ad Titium præsentan-
tandum, *Boss. de carcer. fidejus. commit. nu. 42.*
Farin. d. q. 34. num. 38. Sanfel. decis. 2. à num. 20.
usque ad 26. de Mar. resol. quotid. lib. 2. cap. 233.
num. 11. Beller. disquisit. clericat. p. 1. § 4. num. 7.
Pirr. Maur. de fidejus. p 1. sect. 2. cap. 3. num. 49.
Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. q. 4. n. 14.
8 Nec etiam tenetur fidejussor præsentare
Reum, quoties Reus in principio, & tempore,
quò fuit stipulatus actus fidejussionis erat Cle-
ricus; nam cum obligatio Clerici fuit nulla,
quia etiam volens, nec tacitè, nec expresse po-
tuit in Iudicem laicum consentire, *cap. si dili-*
genti, de for. comp. nullitas obligationis respe-
ctu principalis, destruit obligationem fidejus-
soris, etiam si sit in solidum obligatus, *Franch.*
decis. 400. Rovit. decis. 19. de Marin. resol. quotid.
tom 3. alleg. 147.
9 Quòd secus esset si fidejussor in solidum se obli-
gasset, non de præsentando principalem, sed
de solvendo aliquam quantitatem, tunc data
nullitate obligationis principalis, substinetur
obligatio fidejussoris, *Maur. de fideius. sect. 1.*
cap. 5. num. 17. Rot. decis. 1324. penès Seraph. Gra-
tian. discept. for. cap. 122. num. 22. Marescot. lib.
2. var. resol. cap. 65. n. 7.
10 Infertur secundò quòd si alicui fuerit injun-
ctum mandatum, cum cautione de non disce-
dendo à Civitate, & Iudex nulla præcedente
citatione domi, accesserit ad domum cum sa-
tellitibus, illam perquirendo, ad effectum Rei
carcerandi, si Reus perterritus aufugerit ad
Ecclesiam; propter quòd fidejussor non potest
illum exhibere, non potest contra fidejussorem
incusari fidejussio, cum facto Iudicis Reus se
posuit in fuga, & ob timorem illi à Iudice illa-
tum, *Clar. §. fin. q. 46. num. 22. Carav. rit. 19. num.*
2. vers. hodiè, Franch. decis. 344. in princ. Cum. in
rit. M. C. Sicil. cap. 67. num. 10. Urs. ad Affl. de-
cis. 230. nu. 26. & seqq. Marc. Ant. Eugen. cons. 2.
num. 40. lib. 1. cons. 67 post num. 8. & cons. 68. nu.
26. & seqq. Farin. d. q. 34. num. 166. Capyc. Lat. d.
consul. 49. num. 14. & 15. unde si Iudex injuria-
vit principalem de eum carcerando, antequam
citavit fidejussorem ad illum præsentandum, &
principalis aufugit, fidejussor est liberatus, *Ba-*
jard. ad Clar. q. 46. num. 66. Bertaz. cons. 435. nu.
3. Urs. ad Affl. decis. 130 num. 3. Scagl. alleg. 2. nu.
123. vers. secundò modo.
3 Infertur tertiò quòd si quis fidejussit de præ-
sentando Titium, qui postea commisit novum
delictum, pro quo fuit reputatus bannitus, non
potest procedi ad incusationem fidejussionis,
ob novam causam superventam, quæ excusat fi-
dejussorem, *l. sed, & quis, in princ. ff. si quis caut.*
Clar. §. fin. q. 46. vers. quæro pone, Boss. d. tit. de car-
cer. fideius. commit. num. 41. Cartar. de exeq. sent.
cap. ban. cap. 1. num. 467. & seq. Cabal. cas. 190. n.
2. & seq. Menoch. cons. 212. num. 24. latè *Fari-*
nac. d. quæst. 34. à num. 39. usque ad 170. Giurb.
cons.

conf.35.num.14. Sanfel.decif.148. num.6. Ant. de Ball.tract.crim lib.4.q.4.nu.1.& seq. Vermigl. conf.306.num.3.& seq.& conf.323.n.2.

12 Secùs verò dicendum, cum reus pro novo de-
licto commisso non fuit bannitus, sed aufu-
git perterritus accusatione, vel denunciatio-
ne dicti novi delicti; nam tunc fidejussor non
liberatur à fidejussione, *l.sed, & si quis, §.illud.ff. si quis caut.flam. Cartar.de exeq.sent. cap.bann. cap.1.num.472. & seqq. Hercul.de caut. de non offend.cap.25.num.16.& seq.Cum.in rit.M.C.Sicil.cap.65.num.18. Sanfel.decif.149. Fach.contr. jur.cap.75.lib.9.Ant.de Ball.d.q.4.n.13.*

13 Quòd est intelligendum cum grano salis,
quotiea scilicèt habilitatio Rei fuit determina-
tè facta per totdies, vel si fuerit ad omnem or-
dinem, & supervenerunt nova inditia post ha-
habilitationem, in quibus casibus potest voca-
ri Reus, & incusari fidejussio, ut diximus *cap.3. hoc eod.tit.à num.1.* secus verò si Iudex non ha-
beat justam causam vocandi Reum pro anti-
quo delicto, putà quia habilitatio non fuit fa-
cta per tot dies, & nova non supervenerunt in-
ditia, quo casu, quia Iudex non posset Reum
vocare ex antiqua causa, ut diximus *d.cap.3.n.16.* fidejussor non tenetur Reum repræsentare
pro isto novo delicto, etiam si non sit condem-
natus, nec citatus, nec accusatus, nec inquisitus,
Thob.Nonn.conf.103.num.5. Hier.Gabriel.consil. 181.num.25.lib.1. benè *Farinac.d.q.34.nu.62. & 63.cum seqq.* quòd ea inconvincibili ratione
14 suadetur, quia supposito quòd ex deficientia
inditiorum, quæ non supervenerunt, non po-
test Iudex Reum vocare pro antiqua causa, di-
gnoscitur aperta Iudicis astutia, quòd re vera
intendit Reum habere, non ex antiqua, sed ex
nova causa, ob novum delictum commissum, ad
quòd fidejussor non tenetur, quia fidejussor de
15 præsentando aliquem pro una causa, vel deli-
cto, etiam cum clausula totiea quoties, non te-
netur ad pęnam aliquam, quoties Iudex inten-
dit habere Reum ex alia causa, & ex alio deli-
cto, nam fidejussor pro uno delicto, non potest
pro alio conveniri ad præsentandum, *Cuman. conf.32.in princ. Tusc.verb. fideiussor, concl.304. Mastr.decif.126.num.6. cum seq. Menoch.conf. ult.num.10.lib.3.Mut.decif. Sicil.45.num.2. & per tot.Cap.Lat.consult.49. num.6. Ciriac. contr. 546.num.141.& seq.*

16 Et cum hac explicatione declaratur *decif. Sanfel.169.* nam ibi fuit Reus habilitatus à car-
ceribus, cum cautione de se præsentando elapsis
viginti diebus, quibus elapsis non se præsen-
tavit, meritò fuit admissus Fiscus ad incusan-
dam cautionem, quia benè pro primo delicto
poterat Reus vocari; secus autem esset dicen-
dum si pro primo delicto Reus non potuisset
vocari: nam tunc locum habetent supra à no-
bis exarata, & de hoc casu non loquitur *d.decif.Sanfel.*

17 Infertur quartò quòd fidejussor obligatus
præsentare coram uno Iudice, non tenetur co-
ram alio præsentare, *l.cum apud Sempronium, ff. iud.solu. Franch.decif.320. Tusc.practic.conclus. verb.fidejussor, concl.304.tom.5. Cancer. var.lib. 2.cap.5.nu.128.Vermig.conf.123.num.3.* excep-
to si mutatio Iudicum succederet in eodem Tri-
18 bunali, in quo præstita est fidejussio: nam ad-
huc coram successore in officio præsentare te-
netur, *Affl.in Const.Reg.Inter multas, num.10. tit.83.de offic.mag.Proc.Cur.lib.1.Pirr. Maur.de fideius.cap.1. num.81. cum seqq. Cabal.cas.143. num.6.cum seqq.Pasch.de patr.potest.cap.8.num. 200.Mut.d.decif.45.n.11.& 12.*

19 Infertur quintò quòd fidejussor, qui promisit
aliquem non esse discessurum de palatio, vel
domo, si ille discedat cum Iudicis licentia, &
revertatur, & postea aufugiat; fidejussor non te-
netur, cum jam fidejussio sit extincta, & fidejus-
sor in dicto casu se non obligavit, *Caphal.conf. 87.nu.46.int.conf.crim.din.lib.2.in paru. Rimin. Iun.conf.135.num.10.lib.2. Farin.conf.59.num. 9.& seq.lib.1. Laderch.conf.198. Giovagno conf. 58.num.9.lib.1.Ciriac.contr.101.num.21.& seq. & num.59 Caren.resol.90.nu.13.37. & 44.Conciol.resol.crim.verb.fideiussor, resol.1.num.1.2.&*
20 *3.* etiam si licentia de discedendo fuerit per Iu-
dicem concessa, cum clausula firma manente
fidejussione: quia cum fidejussor non consensit
dictæ clausulæ, non potest Iudex de novo illum
obligare, absque ejus consensu, & talis clausula
non est sufficiens ad impediendam extinctio-
nem obligationis fidejussoris, *Caren.d.resol.90. num.35.& seq.Rota decif.149.num.2.p.3.recent. Conciol.d.resol.1. nu.4.* qua ratione attenta non
21 existimo tutam opinionem *Sanfel. in dec.253.*
qui tenet, quòd per licentiam datam à Iudice
habilitato domi, quòd liceat audire divina of-
ficia in Ecclesia propinquiori, non censeatur
extincta fidejussio, nec sit inducta novatio: si
quidem in *d.decif.* non fuit casus decisus, & ex
supradictis apparet, quòd veritas sit in contra-
rium.

22 Infertur sextò quòd fidejussor qui se obliga-
vit pro Officiali, non tenetur pro debitis per il-
lum contractis, durante officio, nec pro gestis
per Officialem extra officium, *Marf. in rub. de fideius.num.182.Cancer.var.resol.p.3.cap.12. num.130.Calvi.de aquit.lib.2.cap.185.num.86. Conciol.res.crim.verb.fideiussor, resol.6.n.1.*

23 Infertur septimò quòd si Officialis fuerit in
eodem officio confirmatus, fidejussor datus in
primo officio, censetur liberatus, & non tenetur
pro tempore confirmato, *Stracc.de mercat.tit.de decoct.p.5.sub num.1. Maur.de fideius.p.2 sect. 5.cap.2.num.15.Viv.decif.129.num.6.Ball.tract. crim.lib.4.q.4.n.65.*

24 Infertur octavò quòd fidejussio facta pro ma-
leficio morte fidejussoris extinguitur, nec tran-
sit ad hæredes, *gl.in §.fideiussor, inst.de fideiuss. Boss.in tit.de carcerat.fideius.com. num.64. Decian.conf.72.num.7.in fin.lib.2. Cumia rit. M.C.*

Sicil;

Sicil.cap.65.num.25.in fin.& seq. si verò fidejussio de repræsentando non fuerit facta pro delicto, tenentur hæredes fidejussoris, quia obligationes, & pœnæ conventionales transeunt ad hæredes, *Farin.q.34.num.2.Mant.d.tit.10.num.6.Medic.in tract.mors omnia solvit, p.2.n.125. Maffin.de confiſ.bon.d.q.15.num.41. Conciol.resol. crim.verb.de repræsentando,resol.2.num.3.*

26 Infertur nonò quòd mortuo Reo, fidejussor, ex quò illū non potest pręsentare, non tenetur ad pœnā aliquam, *l.si decesserit, ff.qui satisd.cog. Mara.disp.7.n.24.Hercula.de cau.de non offend. cap.23.n.23.vers.quinto, Maffin.de confiſ.bon.q.15.num.41.* excepto si dolo fidejussoris Reus obierit, vel fidejussor esset in mora præsentandi; nam tunc non excusatur à pœna, *Farin.d.qua.34.num.35.& 36. Maur.de fideiuſ.p.1.sect.2.cap.3.num.64. & 65. Mant.de tac.lib.16. tit.20.num.5.*

28 Infertur decimò quòd fidejussio de præsentando ad omnem ordinem, sivè toties quoties, biennio tantum durat, quo elapso dicitur extincta, *Affl.in Conſt.Sepè contingit, num.4.5. & 6.Foller.in pra.verb.fiat litis contestatio,num.13. Pet.Garz. in suis dictis iur. dic. 176. Muscat.in praxi fideiuſ.p.2.q.5.num.4. de Marin.resol.quotid.lib.3.alleg.147.n.2.* nec obstant dicta *sup.cap.3.num.24.& 25.* ubi probavimus quòd in Trib.

29 Neap. & in R.A. instātia nunquam perit, quia *prag.* loquuntur de principalibus, non autem de fidejussoribus: cumque strictè debeant intelligi, ex quò deviant à Iure communi, non extenduntur ad fidejussores, *l.3.§.hac verba, ff.de negot. gestis.*

30 Infertur undecimò quòd fidejussio pręstita quòd aliquis non discedat à tali loco ei pro carcere assignato, non potest contra fidejussorem incusari, nisi cum effectu reus fuerit ductus ad dictas carceres: nam si Reus in via aufugerit, & non pervenerit ad carceres, fidejussor ad nihilum tenetur, quia fidejussio fuit casu quò esset cum effectu carceratus, & aufugisset, non verò prius quàm se contulit carceratus, *Marcia.conſ.55.lib.1.*

31 Infertur duodecimò quòd si pro aliquo inquisito intervenit pro fidejussore Advocatus, vel Procurator, non potest contra eos incusarī fidejussio, quia Advocatus, & Procurator non possunt recipi in fidejussores pro clientis, *l.si verò non remunerandi, 12.§.fin.ff.mand.Put.de sind.verb.fideiuſſor,num.7.Boer.decis.315.num.2. Guaz.ad def.reor.in præfat.num.27. Pirr.Maur. de fideiuſ.p.2.sect.8.num.24. per tot. Conciol.resol. crim.verb. Advocatus,resol.3.*

32 Infertur decimotertiò quòd fidejussor de repræsentando liberatur Reo capto pro eadem causa, pro qua fuit præstita cautio de repræsentando, *Affl.dec.130.Pegu.dec.47. num.2. Surd. conſ.345.num.16.Cabal.caſ.47.nu.1. & seq. Vermigl.conſ.315.in princ.*

32 Infertur decimoquartò quòd fidejussor de tuto carcere liberatur si Iudex reduxit reum ad arctiores carceres, *Menoch.conſ.311. nu.29. & seq.lib.3.Far.q.34.nu.22. Vermig.d.conſ.315. in princ.Conc.rub.cautio de repræsentando,resolut.13.num.2.*

SUMMARIUM.

1 *Pœna mandati non potest exigi, nisi Reus fuerit captus, & non sufficit si fuit visus.*

2 *Existens cum mandato domi, si extra domum fuerit captus, an solvat integram pœnam in mandato contentam?*

3 *Fideiussor an possit Reum præsentare post incusatam fideiussionem, & pœnam evitare? & n.7.*

4 *Reus qui se præsentat post mandatum incusatū, de rigore non evitat pœnam rupti mandati, quando mandatum fuit iniunctum pro coercitione criminis, quid observetur de æquitate? num.5.*

6 *Quid si mandatum fuerit iniunctum pro bono regimine.*

8 *Mitius agitur cum fideiussore, qui non præsentavit principalem, ac agitur contra Reum, qui se non præsentavit.*

9 *Principali absoluto debet etiam fideiussor absolvi à pœna spreti mandati.*

CAPUT VI.

Pœna rupti mandati quando possit exigi? & quando mora possit purgari?

1 Detentus cum mandato domi si à domo discessit, & ad eam reversus, ibi fuit captus, non potest contra eum exequi pęna in mandato contenta, licèt per Regium Fiscum esset probatum Reum fuisse visum extra domum, in qua fuit injunctum mandatum, *Cavel.de brach.Reg.p.2. num.240.Farin.conſ.122. nu.31.lib.2. Giurb.conſ.34. num.8.& seq.& num.14. & seq. Prat.resp.crim. 9. & 10.*

2 Si verò exivit à domo ei designata in mandato, & extra domum inventū à Curiæ familia captus, & ductus ad carceres, vel si existens cum mandato per palatium, vel per Civitatem, fuerit captus extra Civitatem, iste, de rigore juris, debet solvere integram pęnam in mandato contentam, *Boſſ.de carcer.fideiuſ.com. nu 46. & 48. Menoch.de arb.qq.lib.2. caſ.260.num.13. cum seqq.Muſc.par.2.fideiuſ.num.21.Carav.rit.163. num.3.Baiard.ad Clar.qua.46.num.58.Guaz.de caut.de non offen.qua.66.n.12.Giur.conſ.33.n.17.* Petr.

*Petr.rit.163.nu.5.*tamen de æquitate,nec etiam tota pœna debetur, sed cum eo ad compositionem devenitur, *Cabal.resol.crim.cas.212. Farin. quæst.30.num.77.& cons.122. nu.31.lib.2.Madrid.decis.259.nu.45.*

3 Quandoque tamen evenit,quòd post pœnam incursam fideiussor præsentat Reum,& prætendit non debere exigi per Fiscum pœnam spreti mandati, unde ardua quæst. est, an mora isto casu purgari possit?

Ego autem ita distinguendum censeo in hac quæst.quòd aut agitur contra principalem ratione spreti mandati,vel ex quò se non præsentavit in tempore opportuno, vel ex quò discessit à domo,palatio,vel Civitate ei assignata pro carcere, aut agitur contra fideiussorem,qui promisit, vel præsentate Reum infra aliquod tempus, vel non discessurum à tali loco. In priori casu subdistingue, quòd aut fuit iniunctum mandatum pro coerctione criminis, aut ad scandala evitanda.

4 Si mandatum fuit iniunctum pro coerctione criminis, & tunc de rigore mora purgari nó potest,*Fach.contr.lib.1.cap.98.Gomez ad l.Tauri,33.num.3.Balt.Tomas.in tract. de Tut.& Curat.tit.19. num.* 383. ea ratione adducta à *Carav.rit.*163.*num.2. vers.& si dices*, quod licèt purgatio moræ sit inducta ex æquitate,quæ cõsistit,ut iniquum videatur habere hominem, & pœnam, *l.apud Celsum,§.labeo,ff.de dol.excep.* tamen *d. lex* procedit ubi pœna est apposita loco rei, non autem loco inobedientiæ, quia quoties est apposita loco inobedientiæ,ob contemptum Iudicis, potest utraque pena exigi, aliàs esset in potestate cuiuslibet habilitati recedere, & se præsentare ad sui libitum, & sic quotidiè contemneretur Iudicis auctoritas.

5 Sed de æquitate si Reus se præsentat post paucos dies post mandatum incusatum purgat moram, & supersedetur in exequutione pœnę, *Tap.in Cap.Reg.*230.*Rocc.tom.2. res.*38.*sub num.* 2.*Sanfel.decis.*153.*num.9.tom.2. Petr.rit.*163.*n.* 2.& Iudicis arbitrio remittitur infra quantum tempus possit mora purgari, *Farin. quæst.*34. *num.*147.*Guaz.de caut.de non offend.qua.66.nu.* 11.*in fin.Calv.de aquit.cap.*79.*n.*5.

6 Si verò mandatum fuit injunctum ad scandala evitanda, pro ut sepissimè usitatur, præcipuè inter Nobiles ad evitanda duella, quibus iniungitur mandatum per edictum, ut infra tot horas ad domum se conferant; isti enim, si post incusatum mandatum ad domum se conferant, & etiam post exequutionem bonorum, quamvis post longum tempus comparuerint,purgant moram, non proceditur ad exactionem pœnæ, & ipsis bona exequuta restituuntur, *Sanf.decis.41.in fin.Pont.de pot.Proreg.tit.de provis.fier.sol.num.*38. *Ros.de dec.Ml.C.V.cap.4.in fin.* nam ex quò isti nunquã acceptaverunt mandatum,nec aliquod commisetunt delictum,sed totum orditur à Curia,ne duella succedant,non possunt dici contemptores Iudicum auctoritatis, meritò quando comparent, & acceptant mandata, quia finis mandati, qui fuit ne succedant duella, iam habuit effectum; quinimò maxima consideratur observantia,& obedientia, ad dicta per *Roc.resp.*38. *tom.2.num.*3.meritò comparentes purgant moram.

7 In secundo casu principalis distinctionis, quando agitur contra fideiussorem, cujus opera post incusatam fidejussionem fuit Reus præsentatus, & isto casu teneo posse moram purgari, licèt non fuerit infra breve tempus Principalis præsentatus, *l.sancimus, C.de fideius.*ubi expressis verbis dicit, moram purgari posse infra sex menses, *Far.q.*34.*num.*145.*Thes. decis.*77.*num.* 3.*Calv.de aquit.cap.*79.*num.*26. *Guaz.de caut. de non offend.qua.66.num.*5. latè *Giurb.cons.*33. *per tot. Musc.de mod.fideiub.qua.*1.& ita tet decisum refert in casu fortiori *Rocc.d.resp.*38.

8 Ratio cur ità, diversimodè est practicandum cum principali, & cum fidejussore ea est, quia respectu fideiussoris nulla mora considerari potest in non præsentando principalem,quia non erat in ejus potestate illud adimplere, non sic in reo principali, à cujus voluntate dependebat adimplementum, meritò cum fidejussore mitius est procedendum, *Mari.res.quotid.lib.*1. *cap.*133.*num.*2.& respectu fidejussoris rectè procedit dispositio *text.in d.l.labeo*,quòd durum sit habere hominem, & pęnam,quia pęna contra eum non exigitur ratione contemptus Iudicis, exquò ipse nunquã deliquit, nec in aliquo sprevit Iudicis auctoritatem, sed tenetur ad solutionem pœnæ pro reo, virtute eius obligationis stipulatæ penès acta, unde succedit regula, quòd si pęna est apposita oblationi quantitatis, sivè promissioni facti,de æquitate semper potest purgari, quando non est effectum detetius jus Partis,*Caccher. decis.Pedem.*49.*Valenz.cons.*32. *num.*120.*lib.*1.*Ursil.ad Affl.decis.*174.*sub num.* 2.*Sanfel.decis.*114.*Cap.Latr.decis.*30.& 160.*nu.* 36.*Petr.d.rit.*163.*num.*16.17.& 18. *Prat.d.resp.*9.*num.*9. *cum seq.* & in prætoriis stipulationibus, non agitur ad pęnam, nisi fisco interfit, *Ursf.ad Affl.d.decis.*174. *num.* 2.7. & 8. *Rocc. d.resp.*38.*n.*5.

9 Præcipuè non potest inquietari fidejussor pro pœna, quoties Reus principalis in exitu causæ principalis fuit absolutus, nam tunc à fidejussori debet absolvi fidejussor à pęna, *Gram.decis.*95. *Musc.de mod.fideiub.dic.qua.*1.

S U M M A R I U M.

1 *Eximens aliquem à carcere, à manibus Satellitum,vel se ipsum eadem pœna punitur.*
2 *Quæ sit talis pœna?& n.*5.6.& 7.
3 *Eximens captum pro debito tenetur ad debiti solutionem.*

R 4 *Quid*

4 *Quid si exemptum reducat ad carceres?*

8 *Pœna frangentis carceres M.C.V. vel Regiarum And. quæ sit?*

9 *Pœna tentantis fugere à carceribus, fuga non sequuta quæ sit?*

10 *Fuga à carceribus qualem probationem faciat contra fugientem? & num. 11.*

12 *Pęna exemptionis carcerati non habet locum non constito de delicto in genere.*

13 *Birruarii tenentur ostendere capiendo litteras exequutoriales.*

14 *Alias potest eis impunè resisti.*

15 *Birruarii possunt capere Reum cum armis, vel in flagranti crimine absque Iudicis mandato.*

16 *In quibus casibus possunt carcerare absque Iudicis mandato? remissivè.*

17 *Debent gerere signa, alias potest eis impunè resisti.*

18 *Quando non teneantur gerere signa?*

19 *Eximens iniustè carceratum, quando excusetur à pœna? & n. 20.*

21 *Allegans iniustam carcerationem debet audiri super nullitate capturæ.*

22 *In dubio quis præsumitur iustè carceratus.*

23 *Eximens aliquem à manibus privata persona non punitur.*

24 *Aufugiens à carcerceribus, & recurrens ad superiores non punitur, quòd explicatur, n 25.*

26 *Aufugiens a carceribus cum licentia custodis non punitur.*

27 *Nec si aufugit propter timorem ignis, aquæ, pestis, vel alterius periculi.*

28 *Nec si aufugit ex negligentia custodis.*

29 *Avellens a posse Officialis bona intercepta non tenetur pęna statuti contra extrahentes.*

30 *Eximens è manibus familiæ sanguine coniunctum mitiùs punitur.*

31 *Sanguinis favore multa permittuntur.*

32 *Plures eximentes carceratum non sunt omnes puniendi, sed principales.*

33 *Multitudini est parcendum, ne multorum strages sequatur.*

34 *Seditionis Auctores severiùs sunt puniendi, socii verò mitiùs.*

35 *Resistens Curiæ familiæ ne capiatur, quæ pęna teneatur? & num. 36. & 37.*

38 *Renitentiam faciens familiæ Curiæ ne ducatur ad carceres non punitur.*

CAPUT VII.

Pœna eximentis carceratum quæ sit? & quando locum habeat?

1 EAdem pœna irrogatur ei, qui eximit aliquem à carcere, ac ei, qui eximit aliquem è manibus Satellitum, quia utroque casu majestas Principis pariformiter læditur in ministerio iustitiæ, *Clar. §. fin. quæ. 29. num. 5. vers. quæro etiam*, *Farin. quæ. 32. num. 3. Cabal. resol. crim. cas. 8. num. 1.* vel si ipse, dum à familia est captus, è manu illius evadit, *Boss. de effr. carc. in princip. Menoch. de arb. Iud. cas. 301. num. 5. vers. 2. est casus, in fin.*

2 Pęna autem eximentis aliquem à carceribus, vel è manibus familiæ, magis communis opinio est, quòd sit Iudici arbitraria, sivè detentus sit pro causa criminali, sivè civili, attentis circumstantiis casuum occurrentium, qualitatibus personarum, & causis detentionum, *Boss. de capt. reor. num. 16. Cabal. d. cas. 8. num. 11. Guazz. def. 5. cap. 5. num. 11. & 93. Mut. decis. 7. num. 4. in fin. & decis. 78. num. 4. & 5. Sanfel. decis. 47. Danz. de pug. D D. tit. de confes. cap. 13. à num. 4. ad 23. tom. 3. Cap. Lat. decis. 76. num. 12.* & ita,
3 recitatis pluribus opinionibus, tenet *Farin. quæ. 30. nu. 34.* & eximens debitorem tenetur etiam ad debiti solutionem, *l. quoties, C. de exact. trib. lib. 10.* ultrà pœnas corporales, *Guid. Pap decis. 579. Bos. de capt. num. 7. & de carcer. nu. 17. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 3. Franch. decis. 442. nu. 1. & seq. Viv. decis. 92. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. cas. 7. num. 19. Capyc. Lat. d. decis. 76. n. 15. & ibi Gizz. Conciol. resol. crim. verbo carcer, resol. 2. num. 6. & 7.* quam debiti solutionem non
4 evitabit eximens, etiam si debitor exemptus comparuit, vel ab eo fuerit præsentatus, *Paris de sind. verb. probatio in sindicatu, nu. 2. Archam. in Cap. Reg. Statuimus, num. 14. Baiard. ad Clar. quæst. 68. num. 34. Magon. decis. Luc. 90. num. 4. Farin. quæst. 32. num. 14. Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 15. num. 8.* sed in *obser. ad decis. 383. Revert. num. 2.* mutavit sententiam, ut eo tantum casu eximens teneatur, quando tempore exibitionis exempti, fuit mutata illius conditio, & status, & ità tenent *Gomez. in § pœnales, n. 49. inst. de action. Mut. decis. 78. n. 5. in fine.*

5 Sanè si delictum, pro quo quis detinebatur carceratus, vel captus à familia Curiæ esset grave, & aliquis eum extraxerit à manibus Curiæ, vel à carcere, animo deliberato, & armata manu, & congregatis hominibus, sivè reus extractus erat confessus de crimine, sivè non,

pęnam

pęnam mortis nou effugiet, *Clar. d.qua.29.nu.*
5.Farin.d.q.32.num.5.Cabal.d.caſ.8.num.3.4.&
5. & fuit practicatum per M.C. delegatam con-
tra Ciccum ſtrozza, Ciccum conte, & Socios,
qui fuerunt morti traditi, ex quò eximerũt cae-
ceratũ, non condẽnatum, nec confeſſum pro ca-
pitali crimine iutus hanc Civitatẽ, vim, cũ armis
prohibitis inferendo Scribæ fiſcali, qui Reum
ceperat, teſtatur *Sanfel.deciſ.44.num.2.* & tenet
de Marin.reſ.quotid.lib.1.c.115.num.7. & legi-
tue apud *Carav.* citatum à *Clar. q.68. num.10.*
quòd tempore Ducis de Alcalà fuernut laqueo
ſuſpenſi, & in fruſta diviſi quatnor eximentes
carceratum pro debito civili, ſed hunc caſum
eveniſſe tempore D. Petri de Toleto, in anno
1546. cujus ordine ab ejus mancipio fuerunt
jugulati tres Nobiles ſedilis Portę novæ, qui
non excedebant annum decimum ſextum æta-
tis, qui eximerunt pauperem captum pro debi-
to, ut ex *Alphonſo Ulloa in vita Caroli V.* refert
Cap.Lat.deciſ.76.num.14. quæ ſententia fuit re-
putata injuſta, teſte *Baiard. ad Clar.quæ.68.nu.*
33.Far.d.q.32. num.7. ubi nullus ex Iudicibus
votare voluit, & D. Petrus de ea querimonias
habuit apud Carolum Quintum, ut teſtatue idẽ
Cap. Lat.d. num.14. & tempore Siſti V. Romæ
fuit ſuſpenſus quidam famulus, qui aſellum pro
exequutione civili captum, à birruariis exemit,
ſed hoc evenit virtute banni dicti Pontificii, ut
teſtatur *Farin.quaſt.32.nu.6.* e contrario ſi quis
6 extraxit captum pro crimine levi, non debet te-
neri eadem pœna, qua teneretur exemptus; nam
ob audaciam, & temeritatem, debet teneri ma-
jori pœna, qua tenetetur exemptus, *Aug. ad*
Angel.de maleſ.verb.quòd fama publica precedẽ-
te, num.54. verſ. & tene menti, Cabal. d. caſ.8.
num.11.

7 Itaque iſta materia exemptionis carcerati, è
manibus ſatellitum, ſivè ſit pro cauſa criminali
gravi, ſivè minima, ſivè pro cauſa civili, altera-
tur, & diminuitur ſecũdùm circũſtantias caſuũ
occurrentiũ, & qualitates perſonarum, ut dixi-
mus *n.2.* nam apud *Franch.dec.442.* ille qui exe-
mit carceratum pro debito civili, fuit ad trire-
mes condemnatus per biennium, & ad intereſ-
ſe Partis, apud *Viv.deciſ.92.* contra eximentem
carceratum pro debito, fuit impoſita pęna bi-
ennalis exilii, & condemnatus ad intereſſe
Partis, apud *Thor.vot.41.* effractores carcerum
Civitatis Monopolis, ubi detinebantur pro de-
bito, partim fuerunt condemnati ad exulan-
dum, partim ob aliquas excuſationes fuerunt
habilitati, & aliis fuit aſſigniatus carcer pro
pœna, & apud *Cap.Lat.d.deciſ.76.* Tomaſolus
pro fractura carcerum Civitatis Lanciani, ubi
detinebatur pro debito, fuit per S.C. condemna-
tus ad exulendum per quinquennium extra
Provinciam, & ego vidi per Civitatem Neap.
fuſtigatum mancipium cuiuſdam Equitis, &
poſtea tranſmiſſum ad triremes per ſeptenniũ,
ex quò cum armis exemit à manibus Birrua-
riorum quendam captum pro debito civili.

8 Pœnæ ſupradictæ ſe eximentis à carceribus au-
gentur in frangente carceres M.C. ſivè Regia-
rum Audientiarum, quæ eſt mortis naturalis,
Thor.d.vot.41.num.9. etiam fuga non ſequuta,
& ſine conſpiratione, *Sanfel.deciſ.47.* contra
quam *deciſionem* invehit *Viloſ.de ſerv.fugit.cap.*
28 §.3.num.27. & 28. dicens quòd illi fuerunt
ſuſpenſi ob delicta, non ob tentatam fugam;
9 nam tentans auſugere à carcere, fuga non ſe-
quuta, ſi non adfuit conſpiratio, non punitur
ut carcerum effractor, ſed mitiùs, *l.in eos.ff.de*
cuſtod.reor.Bertaz.conſ.crim.35.ſub num.25. lib.
1. Farin. q.30. num.25. & ſeqq. Conciol. reſol.
crim.verb.carcer, reſol.2.n.13.

10 Sed contra effractorem carcerum non intrat
pęna confeſſati criminis, pro quo detinebatur
carceratus, *Burſat.conſ.346.num.30.& ſeq. Fol-*
ler.in pract.in 4.par.3.par.princ. verſ.& ſi confite-
buntur, num.49.Clar.q.21.verſ.3.Gomez.var.lib.
3.cap.9.num.11.Pegu.dec.2. Fachin. contr.lib.9.
cap.65.Conciol.verb.carcer, reſol.1. num.2. ſed
11 tantum fuga facit inditium contra eum pro
delicto, pro quo detinebatur, *Farin.q.30.num.*
43.& 45.Ball.tract.crim.lib.1.quaſt.15.nu.5.&
ſeq. Conciol.l.c.n.7.

12 In multis verò caſibus pœna eximentis car-
ceratum locum non habet, Primò ſi non con-
ſtat de delicto in genere, hoc eſt quòd in perſo-
nam volentis capere carceratum adetat man-
datum de capiendo, cum ſcientia talis manda-
ti ex parte eximentis, *Luc. de Pen.in l.queties,*
col.fin.verſ.eripientes quoque, C.de exact.trib.lib.
20.Rovit.conſ.5.num.1.2.& 3.lib.3. Marin.reſol.
quotid.lib.1.cap.115.num.2. nam birruarii vo-
13 lentes aliquem exequi cum litteris exequuto-
rialibus, tenentur oſtendere ei, contra quem fit
exequutio, litteras exequutoriales, *l.1.C.de*
mandatis Princ.l.5, C.de Iure fiſ.lib.10. Scacc.de
jud.lib.1.cap.46.num.31.Guaz.def.5.cap.4.num.
24 *8. Marin.l.c. num.4.* aliàs ſi non oſtenderint
mandatum de capiendo poteſt eis impunè reſi-
ſti, quia birruarii abſque Iudicis licentia non
habent poteſtatem carcerandi, *d.l.prohibitum,*
5.& ibi Bart.& Luc.de Pen. C. de Iur.fiſ.lib.10.
Clar.q.29.in princ. Maran.diſp.1.nu.28. Poſt.de
ſubhaſt.quæ.11.in fin. Cabal.caſ.132.n.7. in fin.
& num.11. Farin.q.32.à num.31. Conciol.verb.
birruarius, cap.3.num.2.Vermig.conſil 116.n.11.
15 excepto ſi aliquis inveniretur cum armis, vel in
flagranti crimine, quia tunc poſſet capi abſque
quòd birruarii teneantur exibere mandatum
de capiendo, *gloſ.in l.fin.ff.de exib.reis, Clar.*
quæ.28.verſ.dictum eſt, num.7. Monticel.reg.
crim.12.num.33.Granut.thecrem.19.Mut.ſuper
Cap.Reg.Sicil.num.4.& ſeq. Reg. Iaceb.tem.1.&
deciſ.78.num.15.Vermigl.conſ.116. num.10. &
11. alios caſus in quibus birruarii poſſunt car-
16 cerare, & non tenentur exibere mandatum de
capiendo, videas apud *gloſ.in l.fin.* ubi *Bald.* &
alii, *C.de exib.reis, Monticell.reg.crim.12.num.*

33.& seqq. Ros. de decr. M.C. cap.3. num.4. & 5.
17 Sed in omnibus supradictis casibus tenentur birruarii gerere insignia solita, quæ alii ministri justitiæ gerere solent, aliàs impunè potest eis resisti, *Bart. in d.l. prohibitum, num.1. vers. fateor tamen, Boer. decis.170. Foller. in pract. crim. verb. notatos capiat de persona, num.7. Clar. q.19.* 18 *in fin. principii, Vermigl. cons.116. num.2.* dummodo in loco, ubi succedit captura, sit solitum quòd satellites gerant insignia: aliàs si non esset solitum, non posset satellitibus resisti, *Angel. in l. item apud, §. si quis virgines, ff. de iniur. Farin. q.32. num.37. Biscon. in cons.* inserto per eundem *Farin. in cons.100. n.22.*

19 Secundò eximens carceratum à carceribus, vel à manibus satellitum, qui erat injustè carceratus, nulla pœna tenetur, *Bass. de capt. num. 4. & 5. & de carcer. num.15. & seq. Clar. § fin. qu. 21. vers.3. etiam, Menoch. de arbit. cas.301. num. 14. & de præsumpt. lib.1. q.89. num.43. Scac. de ind. lib.1. cap.46. sub num.30. Guaz. def.5. cap.4. num.11. & seq. Giurb. cons.30. num.32.* dummo- 20 do captura sit notoriè, & evidentèr injusta, & agatur de damno irreparabili, nec Iudicis copia haberi posset, aliàs darentur nimis largæ habenæ eximẽdi carceratos sub prætextu nullitatis capturę, *Bald. d. tract. cri. lib.3. cas.7. in fin. Cõciol. resol. cri. verb. carcer. r.2. n.11. Fach. lib.9. c.70.* 21 *& 71.* allegans verò injustã carcerationẽ debet prius audiri super nullitate capturæ, super scissa causa fracturę carcerũ, vel exẽptionis carcerati, *Pegn. dec.9.* sed in dubio præsumitur quòd quis 22 fuerit justè carceratus, non autem injustè, nam si valeret allegare tantum hanc exceptionem, pauci carcerati reperirentur hodie, qui non prætenderent fuisse injustè carceratos, & in dies viderentur carceres effractæ, & carcerati exempti, *Hippolit. Riminald. cons.135. num.21. vol.1. Cabal. res. crim. cas.42. num.2. Mut. dec 39. num.23.*

23 Tertiò non tenetur pęna eximentis carceratum, qui captum eximit, non à manibus satellitum, sed à manibus privatæ personæ, *Luc. de Pen. in l quoties, col. fin. n.7. C. de exact. trib. lib.10. Decian. lib.7. cap.11. num.13. tom.2. Far. qu.32. num.73.*

24 Quartò pęna effracti carceris non habet locum in eo, qui dum carceres frangit recurrit ad superiores, *Guid. Pap. dec.436. num.104. & in tract. de appell. q.87. Lancell. de attent. cap.12. in præfat. num.107. Guaz. def.36. cap.15. n.6. Giurb. cons. 69. num. 10. Thor. in C. rer. indic. cas. 51. num.25.* dummodo recurrens ad Superio- 25 rem fractis carceribus habeat justam causam effugiendi, putà periculi imminentis, vel ob sævitiam Iudicis, vel custodiæ, aliàs aufugiendo ad superiorem, ex iniusta causa, punitur quoque aliqua pęna Iudicis arbitrio, *Bas. de carcer. fidejus relax. num.46. & seq. Hercul. de cant. de non offend. cap.50. num.1. & seq. Conciol. verb. fuga, resol.3. num.3.* qui plures adducit.

26 Quintò dicta pęna non habet locum si carceratus aufugiat de licentia custodia, quia tunc nulla pęna punitur, *Boer. decis.217. num.24. Mascard. de prob. concl.810. num.19. lib.2. Bictaz. cons.80. num.2. lib.1. Canciol. verb. carcer, resol.1. n.13.*

27 Sextò pęna effracti carceris locum non habet contra eum, qui ex carceribus aufugit propter timorem Ignis, aquæ, pestis, vel alterius periculi, *Boss. de carcer. fideius. commi. num.46. Boer. decis.215. num.22. Faller. in pract. crim. p.4. verb. & si confitebuntur, num.55. Masc. de probat. lib.2. concl.820. num.12. Farin. d. q.30. n.185.*

28 Septimò carceratus aufugiens à carceribus ob negligentiam custodis, vel quia ostium erat apertum, mitiùs punitur, *Clar q.21. vers. tertiò autem, Masc. de prob. concl.266. num.20. lib.1. & concl.820. num.15. lib.2. Pegn. decis.1. num.5. Gomez. var. lib.3. cap.9. num.11. Conciol. d. verb. carcer resol. 1. n.8.*

29 Octavò in terminis statuti punientis extrahentes res ab aliquo loco, non puniuntur eadem pœna evellentes à posse Officialium bona intercepta, sed benè puniuntur uti auxiliatores, *Revert. decis.383.* qui tamen dubitativè loquitur, sed ità tenet *Rocc. de offic. rub.14. §.12.*

30 Nonò eximens è manibus familiæ captum sanguine conjunctum eximentis mitiùs punitur, & tanto eximens excusatione est dignus, quanto exemptus est strictior, *Ias. cons.20. vol. 3. num.1. Decian. tract. crim. tom.2. lib.7. cap.11. num.9. Guaz. def.5. cap.4. num. 20. Far. q. 32. num.118. Gomez. var resol. lib.3. cap.3. num. 12. Clar. §. fin. q.60. num.5. in fine, Scacc. de. Iud. lib.1. cap.46. num.29. Conciol. verb. carcer, resol.2. num. 22. & alleg.87.* nec dissentit *Rovit. in prag. 5. de recept. nu.4.* qui licèt cum *Isern.* videatur sentire contrarium, tamen in fin. se remittit ad *Decian. d. num.9.* qui hanc nostram tenet opinio- 31 nem; nam favore sanguinis multa permittuntur, ut per *de Laurent. decis. Aven. 1. n.4.*

32 Decimò quando à multitudine gentium quis fuerit exemptus à manibus Curiæ, principales eximentes tantum, & non alii sunt puniendi, *Barsat. cons.65. num.9. vol.1. Guaz. d. cap.5. num.* 33 *26.* multitudini enim est parcendum, ne multorum stragæ sequatur, *l. pen. ff ad l. Corn. de sicar. cap. latores, de cler. ex com. minist. Angel. in l. si qui apem, ff. de fur. Tiraq. de pęn. temp. caus.47. Clar. §. fin. q.60. num.30. Menoch. de arb. cas.598. Decian. tract crim. lib.5. cap 50. num.6. Matth. de crimin. tit. de pœn. cap.40. num 30.* & in crimine 34 seditionis multitudini est indulgendum, & Author, seu caporalis est severiùs puniendus, *Livi. lib.28. cap.27. Aym. cons.224. num.2. & seq. Decian. lib.7. cap.19. nu.7. Farin. q.113. nu.203. Matth. de crim. lib.48. digestor. tit.2. c.2. nu.2.* & dicemus *tit.5. c.1. n.25.* Resistentiam verò faci- 35 ens familiæ Iudicis ne capiatur arbitrariè similitèr punitur, *Menoch. de arb. cas.583. num.6. Pegn. decis.59. num.2. Farin. q.31. num.24.* quod ar-

arbitrium potest usqua ad mortem extendi, si
36 resistentia fuerit facta cum armis, cum offensione capientium, vel cum morte sequuta, *Vulpel. resp 137.num.19.Pegu.decis.59.in fin.Boer.decis. 170.Cabal.cas.8.num.38. Scacc. de indic.tom.1. cap.46.num.28.Far.q.32.num.28.*sed resistentia
37 facta in actu capturæ sine armis leviter punitur, vel pœna exilii, vel pecuniaria, vel simili, *Guaz.def.5.cap.4.num.3.& 4.Cabal.cas.8. num.*
38 *37.Far.q.32.nu.24.* Renitentiam verò faciens familiæ Curiæ, ne ad carceres ducatur, nulla pœna punitur, *Farin.d.q.32.num.26.in fin.*

S U M M A R I U M.

1 *Carcererius tenetur de lata culpa, & nimia negligentia pro fuga carcerati.*
2 *Et etiam pro levissima culpa.*
3 *Lata culpa in delictis non assimilatur dolo.*
4 *Fallit in commentariense.*
5 *Pœna carcererii facientis aufugere carceratum, qua sit de Iure communi? qua de Iure Regni? num.7.*
6 *Custos relaxans carceratum sine ordine superioris qua pœna teneatur?*
8 *Castellanus qui amittit castrum ex nimia negligentia qua pœna teneatur?*
9 *Si vendit provisionem destinatam pro usu castri qua pœna teneatur?*
10 *Carcererius qua debeat probare ad evitandam pœnam pro fuga carcerati?*
11 *Carceratũ aufugisse culpa custodis in dubio præsumitur, & n.12.*
13 *Carcererius punitur pro omni eo, quod immittitur intus carceres.*
14 *Faciens contra Iudicis præceptum alloqui aliquẽ cum carcerato punitur.*
15 *Punitur pro fuga carcerati ob dolum, & culpam substitutorum.*
16 *Qua pœna tali casu puniatur?*
17 *Dominus carcerum qua pœna teneatur pro fuga carcerati?*
18 *Quomodo evitet talem pœnam?*

C A P U T. VIII.

Carcererius quando, & qua pœna teneatur pro fuga carcerati?

1 CArcererius, sivè custos carcerum, qui carceratos sub fide recipit, potest corporaliter puniri ex sola lata culpa, & nimia negligentia, *glos. in l. ad commentariensem, verb. qui fugerit, vers. quod est contra legem, C.de cust.reor.Gram.vot.29.nu.6.14.& 16.Boer. dec. 107.num.2.Gomez. var.resol. tom.3.cap.10. num.12.Masc.de prob.lib.1.concl.469. num.5.* & duo custodes, qui ob nimiam negligentiam fecerunt aufugere carceratum detentum, non pro crimine, sed pro bono regimine, fuerunt officio privati, & in exilium missi, *Sanfel. decis.46. num. 13.* & tenetur etiam de levissima culpa, *l.carceri propositus, ff.de custod.reor.Farin.q.31.num.77.* quia suscepit officium requi-
2 rentem industriam personæ, & exactissimam diligentiam, quo casu tenetur etiam de levissima culpa, *l.à procuratore, vers.omnem, C.mand. Alexan.cons.46. propè princ.lib.1.& cons.41.num.7. lib.3.Socc.sen.cons.2. num.13. vol.1. Rovit.decis. 36.num.19.& 20.*licèt aliàs in delictis, ubi agi-
3 tur de pœna corporali lata culpa non æquiparetur dolo, *l.in l.cornelia, ff.ad l.cornel.de sicar. Boss.de homicid.nu 67.Carrer.in pract.in 3.tract. de homicid.& assas. §.homicidii autem species, n. 5.Cabal.cas.31.num.11. Giurb. cons.72. num.5.* sed in commentariense lata culpa dolo æquipa-
4 ratur, *Paris de Put.de sind.cap.an si plures, num. 5.Farin.qua.31.n.80.*
5 Cujus carcererii pœna facientis aufugere carceratum dolo, vel culpa lata, est Iudici arbitraria, & potest usque ad mortem extendi, si captus erat detentus pro causa capitali, *Boss.de carcer. & carcer.num.10.Gomez. var.resol.tom. 3.cap.3.num.16.vers.primus, Clar.q.68.num.8. Affl.in Const. Castellani, Gram. vot.29. Carr.in*
6 *pract.fol.234.Marin.ad Revers.dec.104. num.2.* & eadem pœna tenetur custos relaxans carceratum sine Superioris licentia, *Angel. de malef. verb.quod fama publica, vers.& isto casu, Bocc. cons.44.num.34.lib.1.Boer. decis.215.num.33.in fin.Brun.de cess.bon.in 11.q.4. quæst.princip.num. 39.Farin.q.31.à num.91.*sed in Regno carcere-
7 riusqui per fraudem facit aufugere carceratum capitali pœna punitur, si verò ob negligentiã punitur pœna publicationis bonorum, & carceris unius anni, ut in *Const.Custodes,* quam esse correctam, & non servari, sed servari dispositionem *text. in d.l.fin.ff.de custod. reor.* testantur *Gram. vot. 29. in fin. & Sanfelic. decis. 46. num.13.*
8 Idem est in Castellano, qui si ex nimia negligentia amittit castrum tenetur pœna capitali, prout de custode carcerum ad Castellanum, argumentatur *Revert.decis.14. num.2. in fin.* ubi per totam dictam *decis.* substinet, quòd si
9 Castallanus vendit frumentum, & alia victualia reposita pro usu Castri, licèt nullum se obtulit periculum amissionis dicti Castri, debet in Insulam relegari, idem sentit *Tasson. de antephi. fol.181.n.377.*
10 Verum si carcererius pro fuga carcerati redarguatur de culpa lata evitat pœnam, si probat ipsum semper fuisse diligentem, & observasse quæ boni, & fideles custodes facere solent, & quòd toto tempore, quo carcerum custodiæ incumbit nullum dolum, neque culpam commisit, *l.3.§.pen.l.non omnis, §.à barbaris, ff. de*

*de re milit. Gram. decis.*18.*num.*5. *Mascard.de
probation.concl.*864.*num.*30.*lib.*2. *Farin.q.*31.*n.*
21.*&* 22.
In dubio verò si carceratus aufugit à carceri-
31 bus, præsumitur aufugisse culpa costodis, & si
iste vult pœnam evitare, teoetur probare casum
fortuitum,& quòd fuga evenit absque ejus cul.
pa, *Boss.de carcer.n.*11.*Gomez d.c.*10.*n.*11.*Ma-
sc.concl.*267.*num.*10.*& concl.*469.*num.*7. *d.lib.*
1.*Galeot.resp.fisc.*1.*num.*88.*&* 89. taoto fortius
32 præsumitur fugam eveoisse culpa carcererii, si
carceratus aufugit à carceribus, & oon fuit in-
veota fractura, led ostium apertom, *Boer.decis.*
217.*num.*10.*Gram.vot.*29.*num.*5. *Far.q.*33.*à n.*
26.*cum seqq.*
Et non solum punitur carcererius pro fuga
33 carcerati, sed de furto, veneno, fuoe, & omni eo
quòd immittitur in carcerem, *Paris de Put.de
sind.verb.carcer,& carceratus,cap.*3.*an si plures,
num.*3. *Alciat.de præsum.reg.*3.*præsump.*15 *num.*
5.*Boer.decis.*216.*n.*3.
Et punitur etiam si alloqui faciat cum car-
34 cerato, qui ordine Iudicis detioetur in carcere,
cum prohibitiooe, oè com aliqoo alluquatur,
*Far.d.quæst.*31.*num.*104. & Petrus de Poote,
& Fraocifcus Grassus, custodes carcerum M.C.
V.fuerunt condemnati per trienoium ad remi-
gandom, ex qoò contra Iudicis præceptom per-
miserunt alloqui cum carceratis, qui detinebā-
tur lo secretis, ut refert *Saufel.decis.*46. *num.*10.
vers.& ex hoc.
35 Quinimo custos carcerum pro fuga carcerati
noo solum tenetur pro ejus dolo, & culpa, ut
supra diximus, sed etiam pro dolo, & culpa
suorum famulorum substitutorum ob malam
electiunem, *l fin.ff.de cust.reor. Boer. decis.*217.
*num.*8.*Menoc.de arb.quæst.lib.*2.*cas.*302.*num.*5.
36 sed oon puoitur eadem pœna, ac puoitur sub-
stitutus, sed mitiori, & sic privationis officii, ut
teoent *Gram.vot.*29.*Clar.*§.*fin.quæ.*68. *vers.cu-
stos carcerū, sed Gram.* non loquitur de prioci-
pali costode, qui actu exercebat attem carcere-
rii, & tenebat custodiam carcerom, sed de Do-
mioo ufficii dictatum carcerum, qui actu oon
exercebat, sed illas locabat alteri commenta-
rieosi, pro ut suot carceres M.C. V. & ferè om-
nium Audientiarom Regni, qoę suot particu-
larium, qui illas locant alicui commentariensi,
& vocatur carcererius major, à quo eliguotur
substituti, *Iulius Clar.* loquitur expresè contra
*ll.fin.ff.de cust.reor. & ad commentariensem, C.
eod.* obi habetor quòd commentariensis teoetur
eadem pæna, ac tenetur substitutus, *Boer.decis.*
217.*num*1.*Menoc.de arb.cas.*202.*n.*2.
37 Quare amplectenda est distinctio adducta à
*Farin.d.quæst.*31.*num.*61. quòd si Dominus car-
cerum illas locat alicui, qoi vucatur Capita-
neus, & iste ponit substitutus, si carcerati au-
fugioot culpa, vel dolo ipsius substituti, tooc
Capitaneus, & sic priocipalis commentarien-
sis, oon solum privatur ufficio, sed eadem pœna
punitur, qua puniendus erat carceratus, qui
aufugit; quòd si carceratos aufugit nun culpa
substituti, sed priocipalis commeotarieosis, &
tunc debet puniri Dominus carcerum pœna
privatiooi officii, si fecit malam electiooem,
putà si custodiam Tironi, vel inexperto com-
miserit, *d.l.fin.in princ.ff.de cust.reor.* excepto si
38 sobstitutus principalis qui vocatur Capitaneus
erat expertus, & habitus pro fido, nam tali casu
Dominus carcerum ad oihilum tenetur. *Bald.
cons.*222.*lib.*2.*Mastr.decis.*276.*Rovit.in rub.de
carcer.n.*2.

S U M M A R I U M.

1 *Birruarii qui habent mandatum Iudicis de ca-
piendo aliquem vivum, vel mortuum, & illum
occidant fugientem, nulla pœna tenentur.*
2 *Birruarii non possunt occidere capiendum qui
aufugit.*
3 *Possunt occidere capiendum si ille telo se defen-
dat.*
4 *Sivè capiendus sit pro causa civili, sivè pro causa
criminali.*
5 *Birruarii non possunt occidere, aut vulnerare
resistentem, quando captura est iniusta ex parte
eorum.*
6 *Birruarii quando licitè possint aliquem carcera-
re absque Iudicis mandato? remissivè.*
7 *Birruarii vulnerantes resistentem, debent id fa-
cere cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
8 *Resistentia contra birruarios non præsumitur,
sed illa per eos est probanda.*

CAPUT IX.

Officiales, & Birruarii quando possint occidere eis resistentem, & non capi permittentem?

1 SI Birruarii habeot à Iudi-
ce speciale mandatum
capieudi malefactorem
vivum, vel mortuum, vel
malefactor esset sotiudi-
catus, tunc si birruarii il-
lum fugieotem occidant
oolla pęna teneutur, sivè
ille malefactor se defendat, sivè se nō defendat,
*Bologn.cons.*63. *Menticell.reg.crim.*12. *num.*28.
*Iodoc.in pract.crim.cap.*15.*num.*27.*&* 28. *Farin.
quæst.*32.*num.*51.*&* 52.*Muta decis.*7.*num.*8.*Ca-
bal.cas.*132.*nu.*5.*Giurb.cons.*29.*n.*20.
2 Si autem malefactor Curiæ non resistit, sed
aufugit, & birruarii noo habeot mandatum il-
lom capieudi vivum, aut mortuum, & tunc li-
cès

cèt quis fit Reus capitalis criminis, dummodo non fit forïudicatus, non possuot birruarii eum occidere, vel vulnerare, neque alio modo injuria afficere, aliàs pœnam de homicidio, vulnere, vel maletractamentis respectivè non evitabunt. *Bald.in Auth.sed omnino, num.14.C.de uxor pro marit. Aug.de Aag.de malef.verb.quòd fama publica præcedeate, vers.adde tamen unam, Cabal.cas.132.num 5.Far.d.q.32.num.44.& 45. Sanfel.decis.257. num.2.* & hæc opinio ne dum est vera, sed æquissima: ne augeatur audacia istorum vilissimorum birruariorum, impunè homines occidendi, & licèt *Bal.in l.fin. C. de exib. re.* quem sequitur *Gram.decis.41.num 2.* & alii teneant, quòd licitum est birruariis occidere malefactorem fugientem, & non permittentem se capi, tamen contrarium est verum; quinimo graviùs puniri debent, cum abutantur justitiæ calore, & publica authoritate, *DD.adducti à Faria.d.q.31.num.61.Prat.resp.crim.16. num. 70.Cabal.cas.132.num.4.Scacc.de ind.lib.1.cap. 46.n.32.Fach.contr.jur.lib 9.cap.74.*

3 Si verò capiendus se telo defendit, birruarii eum occidentes, vel vulnerantes non tenentur de occiso, aut vulnerato, *l.si servus, C.de his qui ad Eccl.confug.Bal.in l.ut allegas, C.ad l.Cor.de Sic.Boer.decis.170.Gram.decis.41.num.6.Boss.de capt.num.12.& seq. Clar.q.29.in princ. Foller.in pract.crim.verbo notatos capiat de persona, nu.7. Gomez.var.lib 3.cap.9.num.6. Cabal.cas.132.in princ.Giurb.cons.29.num 16.* sivè capiendus sit

4 pro causa criminali, sivè civili; nam si capiens telo se defendit, & non permittit se capi, birruarii eum possunt impunè vulnerare, & occidere, *Amod.de find.vers.sed pone miles socius, nu. 100.Farin.d.q.32.num.56. Scacc. de jud. lib.1. cap 46.sub num.32.Conciol.verb. birruarius, res. 6.num.7.*

5 Dummodò carceratio fuit justa ex parte capientium, putà quia habebant mandatum de capiendo, vel erat casus in quo birruarii poterant aliquem capere pro causa criminali absque

6 Judicis mandato, de quo diximus hoc *tit.cap.7. num.15.& 16.* nam si resistentia oriatur eorum culpa, & facto, quia non habebant potestatem carcerandi, & capiendus se telo defendendo occidatur à birruariis, tenentur de occiso, *Marsil.in l.lege Cornelia, num.78.ff.ad l. Corn.de Sic.Carrer.in pract.crim.in 1.tract.de appell.§.12. casus est, num.4.in fin. Amod. de sind. vers.sed pone miles socius, num.101. Conrad.in pract.tit. de homicid.num.13.in fin.fol.320.col.1. Gram.d. decis.41.num.2.Faria.d.q.32.nu.46. & 47.Granut.theor.19.num.1. Guaz.def.5.cap.4. num.7. cum seqq.Giurb.d.cons.29 n.13.*

7 Sed in eo casu birruarii, qui in casibus permissis, quærunt aliquem carcerare, & ille se defendit, possunt impunè occidere, quando in repellendo vim, & resistentiam usi fuerint moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs puniuntur considerata culpa, & excessu, *Imol. in l.ex consensu, §.cum qui, num.39.ff.de appel. Boer. decis. 170.in fine, Clar.qu.29. in princ. Menoc.de arb. cas.578 num.6. Scac. d. cap.46.num.32. Giur. d.cons.29. num.24. Fach.contr.Iur.lib.9. cap.73. Carpan.super stat. Modiol.tom.2.tract. de homici. cons.5.Sanfel.dec.257.num.3.* unde si capiendus se defendit, sed non telo, non possunt birruarii illum vulnerare, aut occidere, *Faria.d.q.31. num.42.* sic apud *Gram.decis.41.* ille birruarius, qui vulneravit inquisitum, postquam cecidit in terram, fuit condemnatus ad remigandum per quinquennium, apud *Mut.decis.7.* ille birruarius, qui occidendo capientem, excessit modum, fuit condemnatus ad remigandum per decennium, & in fin. *dictæ decisionis* refert alium casû de illo birruario, qui missus de nocte, ut recognosceret quendam locum suspectum, ibi vidit quandam umbram, quam cum recognoscere voluisset, homo qui latitabat aufugit, nec permittebat se recognosci, unde birruarius ictu sclopitri eum occidit; ob quod homicidium fuit birruarius condemnatus ad remigandum per decennium, & apud *Thor.in comp.decis.p. 3.verb.exalatus,* quem refert *Sanfel. d. decis. 257.num.3.* ille Capitaneus fuit punitus pœna exilii, ex quò exclamavit persequendo contumacem, *ammazzate, ammazzate*, & familia eum occidit.

8 In dubio verò resistentia non præsumitur, sed illa est probanda per birruarios, *Iodoc. in pract. crim.cap.15.de citat.reali,num.28.in fin. vers.neque culpa,fol.33.Farin.d.q.32.num.59. Vermigl. cons.117.in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Bannitus de iure communi non potest impunè occidi.*
2 *Sed potest occidi de Iure Reg.*
3 *Privatus capiens bannitum vivum potest illum impunè occidere.*
4 *Sed si occidat postquam Curia consignavit tenetur de homicidio.*
5 *Occidens aliquem captum à Curia tenetur criminæ læsæ Majestatis.*
6 *Curiæ familia occidens forïudicatum, post quam eum cepit, tenetur de occiso.*
7 *Birruarii possunt occidere Bannitum jam captum, si adest justus timor exemptionis.*

CAPUT X.

Bannitus captus vivus an possit impunè occidi?

1 BAnnitus, licèt de iure com-
muni non possit impunè
occidi, *l.non est singulis,ff.de
reg.iur. Clar. §.homicidium,
num.52.Carav. in prag.1.de
exul. num.91. Sotus de inst.
& Iur. lib.5.q.1.art.3. Catal.
de indul.cap.13.num.25. & 26. Gurb. consil 3.*
2 *num.12.* tamen de jure Reg. per *Const.* incip.
Pœnam eorum, cuilibet datur licentia occiden-
3 di impunè Bannitum, & si privatus eum capit,
potest postquam illum cepit, absque incursu
pœnæ, illum necare, *Affl.in Const. de forbann.n.*
50.qui dicit quòd si quis caperet Bannitum, &
eum suspendere faceret in arbore, nulla pœna
teoetor, nisi hoc facerer pro usurpanda iurisdi-
ctiooe, sequitur *Baiard.ad Clar. §.homicidium,
num.233.& Boss.in tit. Ban.quid amitt. n.9.* (ex
doctrina *Bal.*dicit, quòd quando bannitus po-
test vigore alicujus banni occidi, potest etiam
occidi si fuit captus vivus, verberari, vulnera-
ri, bonis spoliari, & generalitèr omnis alia in-
juria ei inferri potest, *Boss.*sequitur *Masc.de prob.
concl.162.nu.3.lib.1.& Cabal.cas.277.*refert de
privato, qui cepit bannitum, quem dum pote-
rat vivum ducere ad Curiam, fecit eum suspen-
dere in arbore, & concludit nulla pęna teneri,
si hoc noo fecit ad finem usurpandi iurisdictio-
nem, & *Farin.quæst.103.nu.144. usque ad 171.*
refert de illo fileno, qui cepit Victorinum fo-
riudicatum vivum, & occidit, & dicit fuisse per
Rotam Romanam resulutum, quòd licitè hoc
poterat facere, excepto si privatus cepit foriu-
4 dicatum, & illum necavit postquam Curiæ coo-
signavit; nam tunc punitur pœna mortis, *Foller.
in pra crim.rubr.foriudicentur, num.13.* & ibi
*de Angel. num.18. Gram in Const. Reg. Pęnam
eorum,nu.43.* & ibi *Affl.num.51. Guaz.ad def.
reor.def.5.cap.6.num.3. & def.6.cap.1. num.26.
Scial.de forind.cap.17. num.12.* & occidens ali-
5 quem captum à Curia teneri crimine læsæ Ma-
iestatis, dixerunt *Bart.in l.3.§.transfugas, ff.de
re ar.Fel.in cap.juramento, extr.de homic.& in
cap.quæ in Ecclesiarum,col.2.de const. Boss.in tit.
de crim.læs.Maiest. num.64.* dummodo ereptus
sit condemnatus, vel confessus de crimine ca-
pitali, *Gig.de crim.læs.Maiest.lib.1 tit.qual.& à
quib.q.58.Farin.q.31.num.4. Decian.tract.crim.
lib.7.cap.11.n.2.*
6 Si verò Bannitus non fuit captus ab homini-
bus privatis, sed à Curiæ familia, & post quam
fuit captus non fuit carceribus maocipatus, sed
occisus, & tunc familia Curiæ tenetur de occiso,
*Farin.d.quæst.103.num.154. Tap.in d.Const.Pę-
nam eorum, num.20.& 23. Pasch.de pat.potest.
par.4.cap.3 num.12.Sanfel.decis.249.* ubi ille
Franciscus Laverga, Procurator Fiscalis Pro-
vinciæ Barii, qui occidere fecit foriudicatum
ab Ecclesia extractum, fuit vita durante in In-
sulam deportatus.
7 In eo tamen casu potest familiæ Curia ban-
nitum captum vivum impunè occidere, quoties
adesset iustus timor exemptionis; nam tunc bir-
ruarii eum occideotes nullam pœnam meren-
tur, *Tap.in d.Const.Pęnam eorum,n.23. Campan.
de foriud.resol.23.n.6.*

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS

TITULUS QUINTUS

RUBRICA.

SUMMARIUM.

1 *Regiæ Audientiæ cognoscunt de guerra mota.*
2 *Bellum quid sit?*
3 *Privatus movens bellum incidit in crimen læsæ Majestatis.*
4 *Bellum quando propriè dicatur motum?*
5 *Regiæ Audientiæ cognoscunt de crimine læsæ Majestatis.*
6 *Cognoscunt de crimine falsæ monetæ uti delegatæ.*
7 *Monetarii committunt crimen læsæ* Maiestatis.
8 *Curiæ demaniales, vel baronales non cognoscũt de crimine læsæ Majestatis.*
9 *Judex habens merum, & mixtum imperium cognoscit de criminibus publici inditii.*
10 *In concessione jurisdictionis meri, & mixti imperii non venit cognitio criminis læsæ Majestatis.*
11 *Crimen læsæ Majestatis est Principi reservatum.*
12 *Auctor qua occasione tractat materiam criminis læsæ Majestatis.*

1 Quarta præemioentia Regiarum Audientiarum est cognoscere de guerra mota, ut in *ritu M. C. V.* 47. de quo vocabulo guerræ fit mentio io *cap. quòd olim, de Iude. in cap. perpendimus, de sent. excommun. & in usibus feud. hic fin. lex, cap. domino guerram*, & in hoc Regno ulgari sermone appellatot guerra, quòd in latino dicitur bellum, *Carav. d. rit.* 47. *n.* 13.
2 Est autem bellum quoties ab illis, apud quos
residet potestas indicendi bellum, putà tàm per
Principes supremos sæculares, quàm Ecclesiasticos arma moventur, pro repetendis rebus, aut
pro propulsandis hostibus, *Cicero de Republ.
Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. C ut arm. usus, lib. 11.
Mascard. de prob. concl. 168. num. 5. Menoch. de præsum. pt. lib. 6. præsump. 96. num. 5. Hier. de Rosis*
3 *select. observat par. 2. cap. 61. num. 3. 4. &* 5. cumque talis potestas movendi bellum resideat penès Principes, hioc est quòd si privatus absque
Priocipis jussu moveat bellum, incidit io crimen læsæ Majestatis, *l. 3. ff. ad l. Iul. Majest. Foller. in fragm. tit. de crim. læs. Majest. num.* 59. *Borell. de magistrat. edic. lib. 1. cap. 8. num.* 56. *Pont. cons.* 15. *num.* 11. *tom.* 2. *Petr. d. rit.* 47. *num.* 4. etiam si victoriam fuisset coosequutus, *l. desertorem, §. qui in bello, ff. de re milit. Gig. de crim. læs.* Majest *sub tit. qual. & à quibus, q.* 31. *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 12. n. 2. &* 6.
4 Sed requiritur ad hoc ut sit bellum, quòd ab
hominibos privatis coadunetur exercitus cum
hominibus armatis, parato vexillo, ad modum
belli, aliàs si homines non essent armati, vel
non gererent vexillum, tuoc non esset bellum,
sed vis publica, & puniretur pena legis Iuliæ de
vi publica, *Iser. in Const. Comes, & ibi Affl. num.*
8. *Carav. d. rit.* 47. *num.* 12. *&* 13. Sed quòd pro
crimine, *l. Iul. de vi publ.* requirantur arma, diximus *tit. 2. cap. 16. num.* 5. De tali crimine cognoscunt Regiæ Audientiæ, ex quò, cum numeretur inter crimina læsæ Majestatis; constat au-
5 tem Regias Audientias, ex præemioentia cognoscere de crimine læsæ Majestatis, *Const. Statuimus, ubi Affl. num. 2. Muscatel. de cogn. sivè prob. delict. tit. de crim. læsę Majestatis humana, num.* 12. & diximus *tit. 2. in rub. à num.* 5. *cum*
6 *seqq.* quòd cavetur etiam expressè in *pragm.* 44.
de monet. ubi habetur quòd Regiæ Audientię
possint cognoscete de crimine falsę monetę,
cum delegarione, quòd quidem crimen falsæ
7 monetæ connumeratur inter species delicti læsæ Majestatis, *l. 2. C. de fals. mon. Gram. cons. 6. nu.* 7. *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 23. à num. 1. Carpzov. in pract. rer. crimin. p. 1. q. 42. Saufel. dec. 59. n. 7. Cap. Lat. dec. 179. n.* 11.
8 Sed cæteræ Curiæ demaniales, vel baronales
contra imputatos de crimine læsæ Majestatis
procedere non valent, *Luc. de Pen. in l. fin. C. de delat. lib.* 10. *Cassan. ad consuet. Burgun. rub. 1. nu.* 109. *Soc. jun. cons.* 126. *num.* 38. *Natt. cons.* 580. *Boss. de Princ. num.* 28. *Mastril. de magistr. lib. 4. cap. 16. num.* 232. *& dec.* 247. *num.* 1. *Bellug. in*
9 *spec. Princ. rub.* 11 *§. ex quò, ubi Borrell.* nàm licèt omnis Iudex habens merum, & mixtum imperium cognoscat de criminibus, etiam publici judicii, *l. more majorum, cum l. seq. ff. de jurisd.*

*tot.tit.de off.ord.*ubi *Specul.num.*1. *Clar.q.*41.*nu.*1.*Guaz.ad def.reor.def.*1. tamen io concellione
10 jurifdictionis meri, & mixti imperii non venit cognitio criminis læſæ Majeſtatis, *Affl.in cap.* 1.§.*& bona committentium,col.*11, *num.* 18. *tit. qua ſint regal.verſ.*20.*& deciſ.*122.*nu.*3.*Franch. dec.*275.*Sanfel.deciſ.*335.*num.*1. *& dec.*348.*nu.*3.*Capibl.de baren. prag.*6.*num.*40.*& prag.*8.*p.*1. *num.*106. *Thor.in comp. deciſ. p.*1.*verb. crimen*
11 *falſa moneta*, quia tale crimen eſt de Principi reſervatis, *Affl d.tit.qua ſint Regal.num.*18. *Gig. crim.laſ.Maieſt.lib.*1. *rub.quis de crim.leſ. Majeſt.cog.num.*1.*Menoc.conſ.*1007.*num.*3.
12 Et dum occaſio ſe offert loquendi de criminæ læſæ Majeſtatis, ideo dictus titulus fuit poſitus, ſub quo tractabo compendiosè, juxtà ſtylum meum, magis neceſſaria, cætera remittendo ad Auctores, qui integra tractata in hac materia confeceruot.

SUMMARIUM.

1 *Crimen laſa Majeſtatis quibus modis committatur? remiſſivè.*
2 *Committitur ab offendente Imperatorem, vel Rempublicam Romanam.*
3 *Ab offendente Reges.*
4 *Majeſtatis attributum ſtrictiùs convenit Regibus, quam Imperatori.*
5 *Conſtantinus fuit primus Imperator inter Chriſtianos.*
6 *Crimen laſa Majeſtatis committitur ab offendente Principes non habentes ſuperiorem.*
7 *Ab offendente Papam.*
8 *Statuas Principis violans committit crimen laſa Majeſtatis.*
9 *Statua Principis quando dicantur violata?*
10 *Maledicens Principi verbo, vel in ſcriptis committit crimen laſa Maieſtatis, & n.*11.
12 *Pœna maledicẽtis Principi an ſit mortis? & n.*13.
14 *Maledicens Principi ab eodem eſt cognoſcendus.*
15 *Maledicens Officiali qua pœna teneatur? remiſſivè.*
16 *Occidens Regie Conſiliarios tenetur crimine laſa Maieſtatis.*
17 *Quid ſi occidat ex odio privato?*
18 *Iniuria perſonalis illata Capitaneo Terra demanialis fuit punita pęna criminis laſa Maieſtatis, quòd non placet Auctori.*
19 *Bonorum confiſcatio, & deſolatio domus, habent locum ſolum contra offendentem Imperatorem, vel Rempublicam Romanam.*
20 *Occidens Magiſtratum Principis, non aſſiſtentem ejus lateri, non incidit in crimen laſa Maieſtatis.*
21 *Pœna contra offendentes Officiales, ex quibus cauſis minorentur? remiſſivè.*
22 *Crimen laſa Maieſtatis committitur ex ſeditione.*
23 *Concitans tumultum in Civitate tenetur crimine laſa Maieſtatis.*
24 *Dummodo fiat in damnum Principis, vel Reipublica.*
25 *Vis publica quando dicatur commiſſa?*
26 *Pœna legis Iulia de vi publica qua ſit?*
27 *Pœna ſeditionis contra Principem, vel Rempublicam qua ſit?*
18 *Deſertor militia tenetur crimine laſa Maieſtatis.*
19 *Pracipuè ſi fuerit Dux exercitus, Tribunus, vel Centurio.*
30 *Deſertor militia, abſque dolo malo, committit tantum delictum militare.*
31 *Pęna deſerentis militiam qua ſit de Iure com? qua de Iure Reg? n.*35.
32 *Transfuga tenetur crimine laſa Maieſtatis, & quando hoc procedat? n.*33.
34 *Deſerens militiam tempore pacis mitiùs punitur.*
36 *Occidens illum, cum quo fecit pacem ſub verbo Regio de non offendendo, an incidat in crimen laſa Maieſtatis?*
37 *Ex offenſione facta ei, cui fuit data ſecuritas de non offendendo, non dicitur rupta pax.*
38 *Inſultans aſſicuratum ſub verbo Regio, qua pęna teneatur de Iure Regni?*
39 *Inſultus non datur abſque appenſamento.*
40 *Exonerans in rixa ſclopum longiorem tribus palmis contra aſſicuratum ſub verbo Regio, an dicatur frangere fidem Regiam? & n.*43.*&* 46.
41 *Appenſamentum requiritur in delictis commiſſis cum armis igneis longioribus tribus palmis, remiſſivè, & quid ſi arma ignea fuerunt breviora? n.*42.*remiſſivè.*
44 *Affectus non punitur, niſi ſequuto effectu, remiſſivè.*
45 *Delinquens cum armis igneis non punitur pœna mortis, niſi ſequuto vulnere, remiſſivè.*
47 *Inſultus requirit motum, ſeù ſaltum aggreſſoris de loco ad locum.*
48 *Dux tradens hoſti Provinciam, vel caſtrum incidit in crimen laſa Maieſtatis.*
49 *Ducens exercitum ſui Principis in inſidias hoſtium tenetur crimine laſa Maieſt.*
50 *Dolo ceßante non habet locum pęna pro crimine laſa Maieſtatis.*
51 *Dux exercitus, qui metu, vel ignavia perdit exercitum, vel Civitatem tenetur crimine laſę Maieſtatis.*
52 *Caſtellanus qui cedit Caſtrum incidit in crimen laſa Maieſtatis, & tenetur de leviſſima culpa.*
53 *Ex quibus cauſis excuſetur?*
54 *Civitas qua caret iuſto praſidio, ſi non mittatur ei ſubſidium, & ſe hoſti dederit, excuſatur à crimine laſa Maieſtatis.*
55 *Vſurpans iuriſdictionem incidit in crimen laſa Maieſtatis.*
56 *Creans magiſtratus tenetur crimine laſa Majeſtatis.*
57 *Furcas erigens tenetur dicto crimine.*
58 *Purpura niens tenetur dicto crimine.*
59 *Officialis excedens juriſdictionem ſui officii incidit*

dit in crimen læsæ Maiestatis.

60 *Falsificans rescripta Principis non incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

61 *Pœna pro crimine usurpata jurisdictionis non habet locum cessante dolo, & animo usurpandi iurisdictionem.*

62 *Ingrediens sub nomine Curiæ domum mulieris causa eam carnaliter cognoscendi, non incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

63 *Auxilium præstans hostibus Principis incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

64 *Auxilium hostibus quibus modis præstetur?*

65 *Litteras, vel nuncium mittens hostibus Principis incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

66 *Cibaria mittens hostibus Principis incidit in hoc crimen.*

67 *Dolo cessante non habet locum pœna criminis læsæ Maiestatis ex auxilio præstito hostibus Principis.*

68 *Proditor Principis, vel Reipublicæ committit crimen læsæ Maiestatis.*

69 *Revelans secreta Principis incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

70 *Obsides offendens incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

71 *Obsides qui dicantur?*

72 *Collegium illicitum faciens, qua pœna puniatur?*

73 *Carcerem privatum extruens qua pœna puniatur? remissivè.*

74 *Falsam monetam faciens incidit in crimen læsæ Maiestatis, remissivè.*

75 *Officialis deserens officium, an incidat in crimen læsæ Maiestatis? remissivè.*

76 *Præses qui successori a Rege destinato Provinciam non cedit incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

77 *Occupans castrum quando teneatur crimine læsæ Maiestatis?*

78 *Scribens falsum in tabulis publicis quando incidat in crimen læsæ Maiestatis?*

79 *Eximens carceratum pro crimine læsæ Maiestatis tenetur eodem crimine.*

80 *Eximens carceratum confessum, & convictum pro crimine capitali, an incidat in crimen læsæ Maiestatis? & n. 82.*

81 *Carcerati manent sub Regia protectione.*

83 *Tabellarium Principis offendens, qua pœna teneatur?*

CAPUT I.

Quibus modis crimen læsæ Majestatis committatur?

1 PLures casus numerantur à
Doctoribus, in quibus læsæ
Majestatis crimen commit-
titur, inter quos *Affl. in cap.*
1. quæ sint regalia, verb. bona
committentium, Baiard. ad
Clar. §. læsæ Maiestatis cri-
men, in princip. & de Marin. ad Rever. decis. 67.
quadragintaquinque casus enumerát. Nos verò
compendiosè, iuxtà institutum nostrum, casus
magis practicabiles subnectemus, quorum:
2 Primus, & principalis est, cum quis offendit
Imperatorem, vel Rempublicam Romanam, *l. 1.*
ff. ad l. Iul. Maiest. inst. de publ. Iud. §. publica autē,
ibi *Quain eos, qui contra Imperatorem, vel Rem-*
publicam aliquid moliti sunt suum vigorem ex-
tendit, Gig. de crim. læs. Maiest. lib. 3. rub. de plur.
& var. quæst. qua. 14. num. 3. cum seqq. Decian.
tract. crim. lib. 7. cap. 6. n. 3. Capyc. decis. 130. post
num. 8. Menoch. cons. 99. num. 68. Farin. quæst.
113. num. 252. & 254. Vermigl. cons. 7. nu. 4. eun-
3 demque crimen læsæ Maiestatis committit, qui
offendit Reges, nam illi Iura imperii habent
in eorum Regnis, ubi sunt similes Imperatori,
Oldrad. cons. 6. Castald. de Imper. quæst. 53. Covar.
de restit. par. 2. §. 9. num. ult. Sebast. Medic. de le-
gib. p. 1. qua. 19. num. 6. Carpzov. pract. crim. p. 1.
q. 41. num. 37. & seqq. quinimò strictiùs iura Ma-
4 iestatis spectant ad Regem, quia nomen Im-
peratoris non fuit cognitum, & fuit cognita
tantum Regalis Maiestas, donec Cæsar Augu-
stus assumpsit Imperialem dignitatem, *Glos. in*
l. 1. ff. ad l. Iul. de adult. & inter Christianos Cō-
5 stantinus fuit primus, qui tali dignitate fuit
decoratus, *l. Divi, ubi Glos. C. de natur. liber.* & in
6 summa qui offendit Principem Superiorem non
recognoscentem, & habentem Iura Imperii, &
Regalia, committit crimen læsæ Maiestatis,
Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 2. num. 1. Arnesa. de
Iur. Maiest. lib. 1. cap. 2. à fortiori si quis offendit
7 Papam, *Bart. in extravag. qui sint rebelles, in*
verb. Rebellantes, num. 6. Clar. in pract. §. læsæ Ma-
iestatis, num. 2. vers. committitur autem, Pereg. de
Iur. fisc. lib. 4. cap. 5. num. 23. Farinac. quæst. 112.
num. 18.
8 Secundus casus est, cum quis statuas, vel ar-
ma Principis violat, lacerat, percutit, vel de-
turpat: nam hic crimen læsæ Maiestatis com-
mittit, *l. 6. ff. ad l. Iul. Maiest. Muscat. de cogn. seu*
prob. del. tit. de crim. læs. Maiest. hum. num. 11. &
12. de Matth. de crimin. lib. 48. digestor. tit. 2. cap.
2. nu. 22. Violatur autem statua Principis, cum
9 ei caput obtruncatur, vel raptatur per plateas,

vel asportatur ad invidiam alterius, *l.8. §.7.l. 38.§.10.ff.de pœn.Gothofr.In l.7.ff.ad l.Iul. Maiestat.*

10 Tertius casus in quo crimen læsæ Maiestatis
committitur est, si quis verbo maledixerit Prin-
cipi, eique iniuriam, & contumeliam intulerit,
l.un. C. si quis Imp.maled. idem est si quis iniu-
11 riam fecit Principi in scriptis; nam talis iniu-
ria in scriptis, etiam dicitur verbalis, *Bertaz.*
cons.273.num.2.Gaill.observ.104. nu.1. Baird.
12 *ad Clar.§.iniuria,n.35.* eiusque pœna est mortis,
secundùm *Angel.in l.famosi,ff.ad l.Iul.Maiest.*
Mars.cons.2.num.22. Cravet. cons.6.à num.1.
cum seqq.Cabal.cas.235.num.38.Farin.cons.145.
in princ. lib.2. quam pœnam fuisse impositam
tempore gubernii Comitis Mirandæ, Regni
Proregis contra quendam Doctorem Hispa-
num, qui in quodam memoriali dicto Comiti
porrecto, protulerat quædam verba contume-
liosa contra eum: nam fuit ei primò amputata
manus dextera, & postea in publico foro deca-
pitatus, ut testatur *Muscat. de cogn. delict.tit.si*
quis Imp.maled.nu.3.vers.ego autem, & ille mi-
les, qui libellum famosum fecit contra Reg.
Protegem, fuit ultimo supplicio affectus, ut te-
statur *Mut. Surg.in annot.ad opus eius fratris,*
de Neap.illust.cap.22.sub num. 12. quem refert
Thor.in comp.decis.p 5. verbo miles ob famosum.
13 Sed nulla lege caveri, quòd Principi maledi-
cens puniatur pœna mortis, testatur *de Marin.*
ad Revert.decis.50. num.1. unde solum puniri
pœna extraordinaria, tenent relati à *Farin. qu.*
105.num.416. & 417. cumque quidam Hispa-
nus impertinentissimus protulisset contra Re-
gni Proregem, quædam verba fœtidissima, fuit
plenè discussum in Collaterali Consilio, an de-
beret pœna mortis puniri, & maior pars votan-
tium pronunciaverunt, pro verbis iniuriosis
contra Principem prolatis non posse pœnam
mortis infligi; sed quia dictus Hispanus erat
inquisitus de asportatione sclopi parvi, pro quo
virtute *Reg.prag.* erat imposita pœna mortis, fuit
dictus Hispanus ad mortem condemnatus, sed
Prorex offensus ei gratiam fecit omnium deli-
ctorum, ut testatur *Rever.d.decis.50.* nam male-
14 dicens Principi, ad eundem Principem remit-
titur cognoscendus, *d.l.un.Farin.d.q.105.num.*
419. aurea sunt verba, *text.in d.l. unic.* ibi *Si*
enim id ex levitate processerit contemnendum, si
ex insania miseratione dignissimum, si ab iniuria
remittendum, & dixit *Mecenat. ad August.*
iniquum est ea velle egrè ferre, quæ si vera sint
præstat non admisisse, sin falsa dissimulare, *Iov.*
15 *lib.52.* Maledicens Officiali qua pœna tenea-
tur? dicemus, *tit.10.cap.4.à nu.9.cum seqq.*
16 Quartò tenetur crimine læsæ Maiestatis, qui
occidit Regis Consiliarios, *l.quisquis,C.ad l.Iul.*
Maiest. nam iste committit quasi crimen per-
duellionis, *Capyc.decis.130.num.11.42.& 43.*
Gig.de crim.læsæ Maiest. lib.1. quæ.14. Decian.
tract.crim.lib.1.cap.5.num. 3. Farin.quæ.111.nu.
64.Carpzov.pract.crim.lib.2.cap.4.num.57. etiã
17 si Principis Consiliarius occidatur ex odio, &
inimicitia privata, *Decian. l.c.num.4. Gothofr.*
in disc.hist.in l.quisquis,nu.14. Caball.resol.crim.
cas.48.num.6. Carpzov. ubi sup. num.56. cuius
contrarium voluerunt *Andr.in Const.Ut partici-*
patio, in 2.col.Capyc.decis.130.n.7. sed in Reg. est
decisũ pro p. opinione, per *legem* editã à *Regina*
Ioan.II. occasione necis Andreæ de Isernia, di-
ctæ Reginæ Consiliarii, sub *die 15. Octobris*
1353. quam vidisse testatur *Affl.* adductus à
Marin.ad Revert.decis.416.num.2. ubi verba
transcribit, *Musc.de cognit.seù probat. del.tit.de*
crim.læs.Maiest.hum.num.51.& 53. qui *num.51.*
18 dicit quòd ob iniuriam personalẽ illatam cui-
dam Capitaneo Terræ demanialis, fuit imposita
pœna mortis qualificata, fuerunt confiscata bo-
na, & domus fuit desolata, quam sententiam
valdè rigorosam existimo, quia confiscatio bo-
19 norum non habet locum, nisi in crimine læsæ
Maiestatis in primo capite, cum scilicèt quis
offendit Imperatorem, vel Rempublicam Ro-
manam, non autem in secundo capite, *Me-*
noch.cons.99.Boer.dec.264 num.11. & decis.77.
nu.12.Alber.de Ros.3.p.stat.q.18.in fine,Baiard.
ad Clar.§.læsæ Maiestatis,num.1.Decian.tract.
crim.lib.6.cap.39.num.38.Boer.in tract. de crim.
læs.Maiest.cap.3.num.19. Mart. de succ.leg.p.1.
q.8.art.1.num.5. quemadmodùm demolitio do-
20 mus non potest practicari, nisi in crimine per-
duellionis tantùm, *cap.felicis, de pœn.Luc.de*
Pen.in l.1.C. de pet.bon.sub lib.10. Arnes.de Iure
Maiest.lib. 2. cap. 6. num.9. & ad meam opi-
nionem firmandam adduco *Salic. in d. l.quis*
quis,col.1.vers.quæro tertiò, quem laudat, & le-
quitur *Boss.in tit.de crim.læs. Maiest.num.9.* qui
21 tenent quòd occidens magistratum Principis,
non assistentem ejus lateri, non incidit in cri-
men læsæ Maiestatis.
22 Quartus casus, in quo committitur crimen
læsæ Maiestatis est ex seditione, quæ explicatur
in l.1.ff.ad l.Iul. Maiest. his verbis. *Quò armati*
homines,cum telis,lapidibusque in Urbe sint,con-
veniantque adversus Rempublicam: nam ob ta-
lem seditionem crimen læsæ Maiestatis com-
mittitur; *Capyc.d.decis.130.num.1.in fin. Gig.de*
crim.læsæ Maiest.lib.1.rub.qual. & à quib. q.44.
nu.1.& 2. Boss.in pract. tit.de crim.læsæ Maiest.
num 17.vers.sed potuit, Decian.tract.crim.lib.7.
cap.7.num.17.Aut.de Mateh.de crimin. lib.48.
23 *digestorum,tit.2.cap.2.num.5.* Et concitans tu-
multum in Civitate, etiam incurrit in læsæ Ma-
iestatis crimen, *Capyc.d.decis.130.nu.4. Decian.*
l.c.n.18.Far.quæ.113.n.182.
24 Verum ad hoc, ut faciens seditionem, & tu-
multum, teneatur pœna criminis læsæ Maiesta-
tis, de necessitate requiritur, quòd faciens
seditionem, & tumultum, faciat in damnum
Principis, vel Reipublicæ, aliàs non incurrit
in crimen læsæ Maiestatis, *Roland. cons.15.nu.*
20.lib.4. Decian.d.lib.7.cap.19.num.41. Farin.
q.113.num.128.& q.117.num.43. Cumque ca-
sus accidisset in Reg. Audientia Cusentiæ, in
qua

qua Petrus de Piro de Rogliano,cùm cætu quadraginta hominum, incedentium cum bastonibus, ipso Duce,exclamabant, eamus ad occidendum istos Nobiles, & ponamus ignem in earum domibos, verum interpositis quibusdam personis,nihil mali fuit sequutum, dixi supradictos non commisisse crimen læsæ Maiestatis, quia tumultus non fuit concitatus contra Principem, vel Rempublicam, sed contra Nobiles, ob privatas inimicitias, ex DD.supra adductis, sed dictū Petrum commisisse crimen de
25 vi publica, quæ regulariter committitur,quando quis coadunatis hominibus violentiam alicui infert, *tat.tit.ff.& C.ad l. Iul.de vi publ.* & diximus *tit.2. cap.16. num.4.* ubi etiam diximus quòd vis publica committitur, etiam si ab uno solo violentia inferatur,& substinet *Fach.contr. Iur.lib.10.cap.5.* & licèt requirantur arma, ut diximus *d.cap.16.num.5.*& tenent *Gram. consil. 45.& 55.Clar.§.fin.q.83.verf.vim publicam, Fach.d.cap.5. in princ.* tamen appellatione armorum veniunt ligna, *l.si calumniatur, verb.telum, ff.de verb.sig.Rov.in prag.2.de abal. num.37. 38. & 39.*quemadmodùm veniunt lapides, *l.idem est, ff.de vi, & vi arm l.41. ff.de verb.sig. l.si pignaris,§.2.ff.de furt.*
26 Pœna vero legis Iuliæ de vi publica est deportatio, *§.item lex Iulia,inst.de publ. Iud.l.qui dolo,ff.ead.Carav.rit.68.num.4. Gram.cons.43.n. 1.Viv.decis.391.num.4.Fach.l.c.in fine,*& in Regno per *Const. Iustitiarii*, violentia facta cum armis non punitur pœna corporali, nisi sequuta sit percussio, *Rov.in d.prag.2.de abal.nu.14.* In qua causa licèt Regia Audientia condemnasset dictum Petrum ad remigandum vita durante,tamen devoluta causa ad M. C. una cum carcerato, fuit dictus Petrus à Reg. Galeota visitatus ad serviendum in præsidio clauso per triennium, & demum se concordavit facere quatuor milites, & fuit escarceratus.
27 Quòd contrarium esset quoties seditio,& tumultus esset commissus contra Principem, nam tunc imponitur pœna mortis contra Authores seditionis, reliqui verò deportantur in Insulam, vel puniuntur alia mitiori pœna, *Boss.in pract.tit.de crim.las.Maiest.num.17. verf.cuius pœna est, Decian.d.lib.7.num.20. & cap.19.num.4.Gayll.de pace publ.lib.2. cap.9.nu. 33.Far.q.113.num.194.cum seqq.*nam multitudini est parcendum,ne multorum strages sequatur, *l.3.§.5.§.2.ff.de pœn.l.pen. ff.ad l.Corn.de sicar. Tiraq.de pœn.temp.caus.47 Clar.§.fin.q.60. num. 30.Menoch.de arb.cas.598. Decian. tract.crim. lib.5.cap 50.num. 6. Matth.de crim.tit.de pœn. cap.40.num.30.*
28 Quintus casus in quo committitur crimen læsæ Maiestatis est, in deserente militiam, *l.2. & 3.ff.ad l.Iul.maiest. Affl.in tit.qua sint regalia, verb & bona committentium,num.71.& 84.Cap. d.decis.130.post nu.8.Gig.de crim.las.Maiest lib. 1.rub.qualiter,& a quib.q.45.num.1.* & præci-
29 puè si deserens militiam fuerit Dux exercitus, Tribunus, vel Centurio, quibus custodia exercitus est commissa; nam si isti dolo malo exercitum deserant, pœna mortis tenentur; *Decian. tract.crim.lib.7.cap.12.num.8. Anton.de Matth.*
30 *lib.48.Digest.tit.2.cap.2.num.13.* cæterùm, cessante dolo malo, deserere exercitum, non est crimen læsæ Maiestatis, sed delictum militare, *l.non omne,§.qui in acie,ff.de re milit.Boss.in tit.quom. proced.per act.num.37.& 38. Far.quæst.87.num. 23.& 27.*
31 Militis verò privati deserentis militiam pœnam esse capitalem, dicunt *text.in l.desertorem §.desertor, & l.qui cum uno, §.edictum, ff. de re milit.l.1.C.desert.lib.12.l.non omnes,ff.de re milit. Pant.de potest.Proreg.tit.de milit.num.5.*quę pęna capitalis imposita in dictis legibus, non intelligitur de pœna ultimi supplicii, sed de deportatione, vel simili mitiori pęna, *Imol. in l.2. ff.de publ.iud.Io.And.in cap.quanto, ext. de Iur. Iur.num.14.Clar.§.fin.q.67.Far.q.19.nu.1. Gizzar.decis.30.num.14.15.& 16.Sanfel.decis.221. num.1.2.& 3.*& dicemus *tit.9.cap.2.*& non sufficit in Milite sola desertio exercitus, ad hoc ut dicta pœna locum habeat, sed requiritur quòd confugiat ad hostes, *l.3.ff.ad l.Iul.Maiest. Faller.in pract.crim.verb.item quòd commisit, num. 71.Farin.qu.113.num.11.* nam transfuga, idest
32 qui ad ad hostes confugit, tenetur crimine læsæ Maiestatis, *l.2.ff.ead. Affl.in tit. qua sint regal. verb & bona committentium, num.27. Cap.decis. 130.post num.8.Carrer.in pract. in 1.tract.de appel.§.undecimus casus est,num.21.in fin. Clar.§. fin.q.68.num.42. Gig.de crim. las. Maiest.lib.1.*
33 *rub.qual.& a quib.q.45.num.2.* dummodo fugiens ad hostes sit miles; nam si est privatus, qui confugit ad hostes, qui non pugnat, nec opem dat hostibus, sed solum cum illis conversatur, non incidit in crimen læsæ Maiestatis, *Oldr.cons.43.verf.circa sextum, Gram.decis.15.nu. 6.Alciat. Foller. Decian. Clar. & alii adducti à Farin.d.q.113.n.17.& 18.*
34 Mitigabitur quoque pœna in milite si militiam deserit tempore pacis, qui non punitur eodem modo, ut desertor militiæ tempore belli, *Decian.tract.crim tom.2.lib.7. cap.15. num.14. & num.21. usque ad fin. Cabal.resol. crimin.cas. 294.n.124.*
35 Et licèt in Regno per *prag.2.§.19. & prag.6. §.19.de milit.* caveatur, quòd milites descripti in præsidio,& ab eo aufugientes, vel aufugientes à vexillo, tempore quò cohors discedit pro servitio Regis, puniantur pœna mortis, ut de Jacinto Paolella, qui fuit morti traditus ob desertionem militię tempore pacis, virtute statuti Ducis Albæ, tunc Regni Proregis, testatur, *Sanfel.decis.221.* tamen dicit *Thar.p.1.vat.16.num. 2.*quòd per eundem *Sanfel.* tempore quò erat delegatus causarum militum, desertores militiæ tempore pacis, fuerunt condemnati ad tempus ad triremes, & dicit *Cap.Latr.decis.105. nu.19.* quòd

quòd virtute baonotum milites aufugientes te-
nentur pœna triremium per decennium, quam
pœnam nunquam vidisse practicatam contra
milites aufugientes, sed per Regentes in visita-
tionibus sępiùs vidisse ordinarum, quòd rede-
ant in caosam suam, vel cum duplicatione tem-
poris, testatur, *Crisp.in theor.& pract.crim.tract.
9.de fug.c.4.n.8.vers.confiteor*, sed *Crisp.* loquitur
in condemnatis ad serviendũ in bello ad tẽpus,
qui aufugiunt, sed veritas est, quòd in militi-
bus aufugientibus, pęnæ regulantur iuxtà sta-
tuta Proregum pro tempore; nam tempore gu-
bernii Excellentissimi Marchionis del Carpio
aderat pœna mortis, quę inviolabilitèr obser-
vabatur, & plures milites vidimus morti tradi-
tos pro causa prędicta; tempore verò Excellen-
tissimi Comitis S. Stephani, ad præsens di-
gnissimi Proregis, adest pęna annorum decem
triremium, virtute banni, editi sub die 4. Mar-
tii 1688. pro cuius executione Gaspar Hernan-
dez, die 22. Aug. 1690. fuit pro fuga, per Andi-
torem generalem condemnatus ad remigan-
dum per decennium, pęnès Scribam Milanum.

36 Sextò committit crimen lęsæ Maiestatis,
qui occidit eum, cum quo fecit pacem sub ver-
bo, & fide Regia, de sead invicem non offen-
dendo, etiam si hoc faciat ex inimicitia priva-
ta, quia consideratur Principis contemptus, sub
cuius clipeo assicoratus incedebat securus, &
punitur pœna mortis, cum confiscatione bono-
rum, *Nevizan.cons.83.Guid.Pap.decis.418. De-
cian.tract.crim.lib.7.cap.16.num.2.Cap.Latr.de-*
37 *cis.105.num.73.* secus verò si mors non fuit se-
quuta, nam etiam si fuerit sequuta offensio per-
sonalis, non punitur pœna mortis, *Magalot.
de secur.& salvo cond.par.4.sub num.16. Boss.in
pract.tit.de crim.læs.Maiest. nu.10. Men.de arb.
Iud.cas.336.& 338.nu.13. Cap.Latr.d.dec.105.
num.67.* sed frangentem verbum Regium non
committere crimen lęsæ Maiestatis, nisi fiat eo
animo, ut Principi iniuria inferatur, tenent
*Boss.de crim.les.Maiest.nu.10. Farin.contr.Iur.
lib.9.cap.60.*

38 Supervenit in Regno *prag.1.sub tit. de pace
sub verb.Reg.inita,& rup.* per quam pro simplici
insultu facto contra assicuratum, sub verbo Re-
gio, etiam non secuta morte, nec vulnere, in-
sultans redditur infamis, & punitur pœna cor-
porali; quæ potest extendi usque ad mortem
inclusivè, attenta qualitate personarum, & cir-
cumstantiis facti.

39 In terminis cuius *pragmatica* odiosæ, quæ
contentatur solo insultu, teneas, quod debet
necessariò præcedere appensamentum: nam nõ
potest dari insultus, nisi sit factus appensatè, &
animo deliberato, *l.respiciendum, §. delinquunt,
ff.de pœn.* ubi *Bart num.3. Rovit.in pragm.2. de
abol.num.21.* ac proinde in rixa non potest dari
insultus, nam probata rixa non dicitur amplius
insultus, sed mera rixa, & non dicitur rupta
pax, *Rov. l.c.num.22.* & ob eandem rationem
non dicitur rupta pax, seù fides Regia, si unus
40 ex promittentibus alterum insilit, & contra il-
lum sclopum longiorem tribus palmis in rixa
exoneravit, eo tamen non percusso, quia in
41 delictis commissis cum armis igneis longiori-
bus tribus palmis, etiam requiritur appensa-
mentum, ut dicemus *tit.10.cap.6. num.13.* sed
an requiratur appensamentum in delictis com-
42 missis cum armis igneis brevioribus tribus pal-
mis, dicemus, *d.cap.num.14.* alia suadet ratio
43 quia ictus non habuit effectum, nec nocuit, &
sic non dicitur rupta fides Regia, seù pax, in-
pune. *Bald.in l.si qua per calumniam, in princ.
C.de Episc. & Cleric. Dec.cons.406.Gabr.consil.
171.Bertaz.cons.crim.177. num.5. Vulpel.consil.
82.num.5.& seq.& in tract.de promis. de non of-*
44 *fend.qua.91.* quia de generali consuetudine
totius Italiæ non punitur affectus, nisi seqouto
effectu, ut dicemus *d.cap.6.num.5.* quòd expres-
sè cavetur in *pragm.* edita à D. Petro Antonio
45 ab Aragonia, sub die 19. Augusti 1671. ubi
contra delinquentes cum armis igneis non ha-
bet locum pæna mortis, nisi sequatur vulnus, ut
dicemus *d.cap.num.6.* & stante *d.prag.* hodiè vi-
detur non posse difficultati de prædictis, quia
46 *DD.* inter quos fuit *Prat.pract.observ.61.* loqo-
untur in terminis *prag.1.de ict.* per quam non
requirebatur vulnus, sed puniebatur affectus,
etiam non sequuto effectu, quòd hodiè cessat
attenta *d.pragm.* D. Petri Antonii, & sentiunt
expresè *Gabriel.d.cons.171.num.1.* idem *Prat.
d.obser.61.num.23.*

47 Requiritur etiam in terminis *d.pragm.* ad in-
ducendum insultum, quòd constet de illo mo-
tu, seù saltu aggressoris de loco, ad locum, *Boss.
in tit.de inquis.num.119.* debetque esse nocibi-
lis erga aggressum, quòdq; insultans erat adeo
propinquus insultato, quòd potuisset ipsũ vul-
nerare, seù verberare, aliàs non dicitur rupta
pax, *Foller. in prax. tit.recipiantur defensiones
reor.num.35.Peguer decis.25. num.3. Sanfel.de-
cis.410.num.4.Prat.resp crim.9.n.47.& 48.*

48 Septimò tenetur crimine læsę Maiestatis Dux,
qui Provinciam, vel Civitatem Hosti dederit,
l.4.& 10.ff.ad l.Iul.Maiest. qui duxit exercitum
49 sui Principis in insidias hostium, *d.l.10.ff.eod.*
Qui dolo facit, ne hostes sui Principis in eius
posse veniant, *d.l.4.ff.eod.*

50 Ad quòd necessario requiritur dolus, qui est
necessarius in omni militari delicto, aliàs dolo
cessante, non est delictum læsæ Maiestatis, *De-
cian.tract.crim.lib.7.cap.15.num.15.Capyc.decis.
136.nu.6. Ann.cons.67.n.5.lib.1.Tap.decis.sup.
Cons.Ital.13. n.26. Barb.vot.decis.61.n.6.lib.2.*

51 Sed licèt absit dolus, ex metu, vel ignavia
tenentur eodem crimine læsæ maiestatis; *l.2.§.
ult.ff.de re milit.Cotter.in tract. de iur. & privil.
mil.lib.3.cap.2. Decian.d.lib.7.cap.12. num.11.*
nam tenentur pro eorum Principe, & pro Patria
mori, *Ant.de Matth.de crimin.lib.48. digestor.
tit.2.cap.2.n.14.*

52 Octavò tenetur eodẽ crimine qui arcem non
tenuerit, aut castrum concesserit, *l.3.ff.ad l.Iul.
Maiest.*

Maie. nam Castellanus pro custodia Castri te-
tenetur adhibere exactissimam diligentiam, &
pati quodlibet cruciatum,& mortem, l.1.§.quia
secundum ff.de Praf. Vigil.clem porrò, de heret.
& tenetor de levissima culpa, Oldr.cons.92.Ro-
man.cons.395.in princ.Gram.cons.crim.40. nu.1.
Landens.de Castellan.qua.36.& noctis tempore
teoetur custodias duplicare, Rip.de noctu.temp.
cap.75 num.13.
53 Excepto si vires essent inferiotes, vel auxi-
lium petitum oppurtunè noo veoisset, vel de-
ficerēt munitiones belli, vel victos;adeo ut licèt
sequeretur mors custodis arcis, Castrum deper-
deretur: oam tunc custos nulla pœoa tenetur,
Imol.cons.34.num.3.Panormit.cons.3. num.3. in
6.q.Decian.tract.crim.lib.7.cap.12.num.12. Pe-
trin.Bellin.de re milit.tit.un.num.42. Ayal.de re
milit.lib.3.cap.18. Bovad polit.lib.4. cap.3.num.
15.Tap.d.decis.13. Prat.resp crim.27. num.28.
54 & Civitas si caret iusto præsidio excusatue
à tali crimioe si se holti dederit, præsertim si
non mittatur subsidium, Imol.d.cons.34 Panor-
mit.d.cons.3.num.5.lib.1.Dec.cons.60.n.13.
55 Nonò usurpaus jurisdictionem crimen læsæ
Maiestatis committit, l.qui nomine, ff.de fals.l.3.
ff.ad l.Iuli.maiest Guid.Pap.q.423. Farin.q.114.
56 num.1. & 3. uode creans magistratus teoetur
hoc crimine, quia potestas creandi magistratus,
per quos exercetur iurisdictio est de regalibus,&
ad solum Regem spectat, l.1.§.cum urbem, ff. de
off.Prætor l.1.C.de vet.Iur.enucl.Const.Reg. Du-
ram, & diram, Const.Ea qua ad decus, & Const.
Officia, Restaur.de Imper.q.110.cas.117. Cassan.
in catal.glor.mundi.p.5.consid.24.cas.15. Gram.
decis.46.Bovad.pol.lib.1.cap.2.num.14.& seq.&
57 lib.3.cap.8.num.152.& seq.& furcas erigens te-
netur eodem crimine, Decian.tract.crim.lib.7.
cap.9.num.8.Gig.de crim.las. Maiest.lib.1.tit.qua-
58 liter,q.41.vel si utitur purpura, & aliis illicitis
insignibus ad Principem spectantibus l.27 ff.de
fals.Decian.tract.crim.lib.7 cap.9.num.4. & cap.
51.num.21.cum seqq.Cassan.in catal.glor. Mund.
59 par.1.concl.17.Far.d.q.113.num.9. eodemque
læsæ Maiestatis crimine tenetor Officialis, qui
excedit iurisdictionem sui officii, l.fin. C.de ap-
parit.com.Orien.lib.12.Decian.d.cap.9. num.11.
Guid.Pap.decis.423.post num.2.sed non incidit
60 in tale læsæ Maiestatis crimeo qui utitur falsis
rescriptis, vel falsificaverit Prætoris edicta, te-
netur tameo lege Cornelia de falsis, l.25.ff.ad l.
Corn.de fals.l.4.C.eod. quia aliud est se proma-
gistratu gerere, aliud falsificare rescripta, Ant.
de Matth.de crim.tit.2.cap.2.n.17.
61 In hoc crimine usurpatæ iurisdictioois requi-
ritur dolus, & animus occupandi imperium,
dominium, aut iurisdictionem, aliàs non ioci-
dit in læsæ Maiestatis crimeo, Guid.Pap.q.413.
verb.deliquerit, lit.A. Decian.tract.crim.lib.7.
cap.9.num.5. Fran. Marc.decis.515.nu.3.ad fin.
p.1.Baiard.ad Clar.in §.lasa maiestatis,num.7.&
62 dicit ad propositum Far.d.q.113.num.20.vers.
& ex hac limitatione, quòd ingrediens sub no-
mine Curiæ ad domum alicuius mulieris, causa
illam caroalitèr cognoscendi, com hoc oon fa-
ciat animo usorpandi Principis jurisdictionem,
non est reus læsæ Maiestatis, oec punitur pœna
mortis, sed alia mitiori.
63 Decimò ex auxilio præstito hostibus Princi-
pis committitur læsæ Maiestatis crimen, l.1.ad
fin.ff.ad l.Iul.Maie.l.3. & 4. ff. eod. quod auxi-
64 lium dari potest duobus modis, verbis, vel fa-
cto, verbis si quis hostibus Priocipis litteras, vel
65 Nuntium miserit, l.1.ante fin.ff.ad l.Iul. maiest.
Affl.in tit.qua sint regal.verb.& bona committen-
tium,num.65.Boss.de crim.lasa Maiest. nu.12.
Menoch.cons.102.num.31. Pont.cons.96.nu.34.
Rov.in rub.de bon.prod. num. 2. & 9. Si quis de-
nunciavit hostibus exercitum cootra illos ve-
nieotem, Gram.decis.6.nu.2. Decian.tract.crim.
lib.7.cap.13.num.15.& cap.29.post nu.7.Baiard.
ad Clar.§.lasa Maiestatis,num.2.vel si quis por-
taverit litteras hostibus aoimo illos juvandi,
Gig.de crim las.Maiest.lib.1. rub. qualiter, & a
quib.q.20.num 3.Far.q 113.num.26.Si quis iol-
micos certiorat, ne in manibos sui Principis
veniant, l.4.ff ad l.Iul. Maie. Gig. de crim. las.
Maiest.lib.1.rub.qualiter, & à quib.qua.54. Af-
flict.in cap.1.§.& bona committentium,tit.qua sint
regalia,n.88. Si quis dat signum hostibus Prioci-
pis, ut possint aliquem locum occupare, l.1.ff.ad
l.Iul.Maiest.Barb.cons.70.num.30. lib 4. Gig.de
crim.las.Maiest.lib.1.rub. qual. & à quib.q.20.
num.2.Corrad.in pract.rub.de las.Maiest.num.2.
vers.undecimo si quis hostibus, Baiard.ad Clar.§.
lesæ Maiestatis, num.2. vers.noto si quis, Far.d.
qua.113.n.27.
66 Facto dicitur præstitũ auxiliũ, si quis hostibus
mittit cibaria, dolo malo, d.l.4. Curt.cons.161.
col.fin.Socc.cons.87.lib.3.vel arma, d.l.4.l.cotem
ferre, ff.de publ.Iud. l.2. C.qua res aspor.Affl.in
tit qua sint regalia,vers.& bona committentium,
num.9.vel equos d.l.4.Luc.de Pen.in l.un.C.de
lit.custod.lib.12. Boer.decis.178. vel pecuoiam,
Alex.ad Bart.in l.1. ff.ad l. Iul. Maiest. lit. A.
Ang.num.3. Affl.l.c.num.60.Gig.d.tit.q.34.à nu.
67 10. dixi dolo malo, quia hoc crimeo informa-
tur ex dolo malo, quo cessaote, ex auxilio,& con-
silio, re, seù verbis præstito hostibus Principis,
non committitur læsæ Maiestatis crimen, Feller.
in pract.crim.verb.item quod commisit, nu.9.fol.
225.Dec.cons.604.605.& 690. Gig. d.lib.1.qua.
20.num.1.Affl.loc.cit. num.65. Decian.d.lib.7.
cap.15.num.11.Far.d.q.113.nn.21.22.& 23.
68 XI. Proditor Principis, vel Reipublicæ, com-
mittit crimeo læsæ Maiestatis, & puoitur pe-
na mortis, Foller.in pract.crim.verb. item quod
commisit crimen lasa Maiestatis, num.52.& 53.
Clar.in pract.§.fin.q.68. num.34. Affl. in tit.qua
sint regalia,verb.& bona committentium, nu.99.
in fin. Far. q. 113. à num.2. usque ad num.9. &
69 qui revelat secreta Principis dicitur etiam pro-
ditor,& teneiur læsæ Maiestatis crimine, Gig.de
crim.

crim.les.Maiest.lib.1.rub.qual. & à quib.q.5.nu.
25.& seq.Decian.tract.crim.lib.7.num.22.& cap.
17.num.1.& 29.Menech.de arb.lib.2.cas.537.
num.24.dummodo revelans secreta sit Consilia-
rius,vel Secretarius:nam hi propriè committūt
læsæ Maiestatis crimen, cæterùm si revelans se-
creta sit persona privata, licèt teneatur pœna
mortis, non tenetur tamen læsæ Maiestatis cri-
mine, Decian.lib.7.cap.17.num.1. & 4.Gig. loc.
cit.q.21.num.11.& num.16.Far.loc.cit.n.217.
70 XII.Cōmittit læsæ Maiestatis crimē qui offen-
dit,vel aufugere facit obsides,l.1.ff.ad l.Iul.Ma-
iest. quia in pignore obsidū continetur fides to-
tius Regni, & sic qui illos offendit,vel aufuge-
re facit est perduellis, Cap.d.decis.130.n 13.
Boss.in tit.de crim.las.Maiest.nu.16.Crus.de Iud.
p.2.cap.4.num.6. Ant. de Matth.de crimin.lib.
48.digest.tit.2.cap.2.num.4. Obsides verò dicū-
71 tur illi, qui pro fide hosti servanda dati sunt
loco pignoris, Gig.de crim.las. Maie.lib.1.q.19.
Decian.tract.crim.lib.3.cap.12.num.6.& cap.18.
72 XIII. Faciens collegium illicitum in odium
Principis,vel Reip.incidit in crimen læsæ Ma-
iestatis, d.l.1.ff.ad l.Iul.maiest. Menoch.de arb.
Iud.cas.597.Decian.tract.crim.lib.7.cap.20.Ant.
de Matth. de crimin. ad lib.48. digestor. tit.15.
cap.1. & 2. pro ut in exemplo allato à Boss. in
pract.crim.tit.de unionib.de alligatione facta sub
nomine plumæ albę, de pluribus qui promise-
runt in omni factione ad invicem se defendere
cum bonis, & sanguine, etiam contra Regios
Ministros, & similis unio fuit facta tempore
Comitis de Ognatte, sub nomine Societatis
mortis,& alia septem eiusdem nominis Iosephi,
quæ fuerunt exterminatæ, & multi fuerunt la-
queo suspensi.
73 XIV. Committit crimen læsæ Maiestatis qui
exercet privatum carcerem,de quò diximus tit.
4.cap.1. ubi etiam diximus de turbante iurisdi-
ctionem Regiam.
74 XV. Committit crimen læsæ Maiestatis qui
fabricat falsam monetam, de quò dicemus tit.
10.cap.32.
75 XVI. An Officialis discedens ab officio in-
currat in crimen læsæ Maiestatis? diximus tit.1.
cap.20.& dicemus tit.8.cap.6.
76 XVII. Committit crimen læsæ Maiestatis
Præses,qui successori à Rege destinato Provin-
ciam non cedit,Castellanus qui castrum succes-
sori non resignat, Tribunus qui exercitum suo
successori non cedit,l.1.ff.ad l.Iul. Maiest. nam
in istis magna consideratur aviditas, & ambi-
tio regnandi, & pravus animus contra Domi-
num;& per consequens committunt læsę Maie-
statis crimen, Affl.in tit.qua sint regal.verb.&
bona committentium,num.83.Cap.d.decis.130.n.
8.Clar.§ lasa Maiestatis,num.2. Gig.de crim.las.
Maiest.lib.1.rub.qualiter, & à quib.q.12.Deci.
tract.crim.lib.7.cap.5.num.36.& cap.33.num.9.
Menoch.cons.99.lib.2.num.31.Pet.Greg.sintag.
Iur.par.3.lib.47.cap.9.num.14.Ant.de Mattheis
de crimin.lib.48.digestorum,tit.2.cap.2.num.12.
77 XVIII. Committit crimen læsæ Maiestatis
qui occupat castrum, vel locum, ex quo Princi-
pis persona, eiusque status securitatem recipit,
Cap.d.decis.130.nu.20. Affl.decis.295.num.59.
Ceph. cons.75. num.1. Anna cons.67. num.24.
dummodò id fiat dolo, & malo animo turban-
di statum Principis, secùs si ex alia causa Prin-
cipem non respiciente, Ceph.loc.cit.nu.7. Ruin.
cons.76.num.38.Farin.quest.113.num.41. vers.
limita.
78 XIX Dicit text.in l.2.ff.ad l.Iul.maiest.quòd
scribens falsum in publicis tabulis tenetur cri-
mine læsæ Maiestatis, Affl.in cap.1.verb.& bona
committentium,tit.qua sint regal.num.73. Gig.de
crim.las.maiest.lib.1.tit.qual.& à quib. q.42. cui
textui de diametro repugnant tex.in l.ob,§. ult.
ff.ad l.Corn.de fals.& in l.1.§.qui in rationibus,ff.
eod.ubi scribens falsum in apochis publicis alia
pęna non tenetur, nisi falsi, ac proindè Acc.in
d.l.2.voluit quod d.lex 2. locum habet quoties
quis scribit falsum in tabulis publicis, eo ani-
mo, ut læderetur Populus Romanus,vel Respu-
blica, cum magno damno Reipublicæ,vel Prin-
cipis, putà si scriberet Populum Romanum,vel
Rempublicam alteri Principi Provinciam do-
navisse,idem tenet Boss.in tit.de crim.las.Maiest.
num.31.
79 XX. Tenetur tali crimine læsæ Maiestatis
qui eximit, vel aufugere facit à carceribus, vel
à manibus birruariorum Reum confessum, &
convictum de crimine læsæ Maiestatis, l.4.ff.ad
l.Iul.Maie.Capic.d.decis.130.n.10.Decian. tract.
crim.lib.7.cap.11.num.12.Gomez.var.lib.3.cap.
2.num.7.Cabal.reso.crim.cas.8.nu.2.& 3. Farin.
q.30.num.103.de Matth.d.tit.2.cap.2.num.21.
80 quinimò eximens carceratum confessum, &
convictum pro crimine capitali, licèt non sit
læsæ Maiestatis, tenetur eodem crimine, Gig.de
crim.las.Maiest.tit.qual.& à quib q.58. Gomez.
d.cap 2.num.7.Farin.q.30.num.103.quia carce-
81 rati manent sub Regia custodia,& protectione,
Burg.de mod.proc.ex abrup.q.19.nu.208. Mut.
decis.36. num.17. Merl.contr.for. lib.1.cap.66.
82 num.4. dummodo concurrat dolus, & animus
offendendi Regiam Maiestatem; nam cessante
dolo, etiam si exemptus detinebatur pro crimi-
ne læsæ Maiestatis, si eximens misericordia du-
ctus exemit, non incidit in crimen læsæ Maie-
statis, Decian.d.cap.11.circ.med.
83 XXI. Tabellarium Principis offendens, ne
ablatis litteris arcana hostibus propalentur, in-
cidit in crimen læsæ Maiestatis, Roman. cons.
365.in fin.Boss.de crim.las.Maiest.n.37.

S U M M A R I U M.

1 *Ubi maius vertitur periculum, ibi maius est adhibendum remedium.*

2 *In crimine lasa Maiestatis proceditur per regulas iuris, in casibus, in quibus non reperitur expresse privilegiatum.*

3 *In*

3 *In crimine læsæ Maiestatis potest procedi, vel per viam accusationis, vel denunciationis.*

4 *In omni crimine de generali consuetudine potest Iudex procedere per inquisitionem.*

5 *Præcipuè in Regno.*

6 *Et in M.C.V.*

7 *Advocati, & Procuratores Fiscales hodiè substinent vicem accusatoris.*

8 *Iudex dum notitiam habet criminis læsæ Maiestatis tenetur in eo procedere, aliàs posset puniri uti socius.*

9 *Informationes debent scribi ab Actuario, non autem à Iudice, alias sunt nulla, remissivè.*

10 *Informationes in delictis læsæ maiestatis scribuntur, vel à Secretario belli Proregis, vel à Regio Ministro.*

11 *In crimine hæresis per Inquisitores, & Iudices coram duobus religiosis sunt Testes examinandi.*

12 *Audientia Testium potest per Iudicem committi Actuario, vel Officiali alieuius loci.*

13 *Et aliàs in crimine læsæ Maiestatis.*

14 *In criminalibus non est incipiendum à captura reorum.*

15 *Captura non potest decerni absque inditiis.*

16 *Nec etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

17 *Sed sufficiunt leviora inditia in dicto crimine.*

18 *Quæ sunt inditia legitima ad decernendam capturam? remissivè.*

19 *Carceratus pro crimine læsæ Maiestatis debet examinari ad finem contestandi litem.*

20 *Iudex non potest reum interrogare absque inditiis legitimis, aliàs confessio quæ inde sequitur est nulla.*

21 *Reus si noluit respondere tempore quo examinatur, potest torqueri ad habendum responsum.*

22 *In delictis levibus potest mulctari, non torqueri.*

23 *Non potest cogi ad respondendum deficiente delicto in genere.*

24 *Vel deficientibus inditiis pro causa principali.*

25 *Vel quando habet iustam causam non respondendi.*

26 *Tortura neganti se examinare non potest excedere quartam partem horæ.*

27 *Tortura ex processu informativo potest de Iure Regni inferri pro crimine læsæ Maiestatis.*

28 *Quæ requisita tali casu debeãt cõcurrere, remissivè*

29 *Tortura ex processu informativo de Iure communi non habet locum contra Reum læsæ Maiestatis.*

30 *Defensiones sunt dandæ inquisito de crimine læsæ Maiestatis, & n. 32.*

31 *Etiamsi fuerit confessus, & convictus.*

33 *Sed in Regno debent dari defensiones consulto Principe.*

34 *Et dantur per horas.*

35 *Iudex potest abbreviare terminum defensionum in delictis atrocissimis.*

36 *Contestatio litis fit cum reo læsæ Maiestatis.*

37 *Pro reo læsæ Maiestatis non potest intervenire Advocatus.*

38 *Contrarium ostenditur.*

39 *Quid observetur in practica?*

40 *Testes examinati in informativo debent repeti parte citata.*

41 *Etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

42 *Impugnantur DD. qui tenent contrarium.*

43 *Testium repetitio in quibus casibus non sit necessaria, remissivè.*

44 *Copia repertorum non datur inquisito de crimine læsæ Maiestatis.*

45 *Contrarium verum esse ostenditur.*

46 *Testium repulsa non conceditur in crimine læsæ Maiestatis, nisi ex causa capitalis inimicitiæ.*

47 *In decisione causæ delicti læsæ Maiestatis est habenda ratio de oppositionibus, quæ fiunt contra Testes quòad dicta.*

48 *In crimine læsæ Maiestatis proceditur summariè, simpliciter, & de plano.*

49 *Intelligitur respectu substantialitatum processus, non vero circa probationes.*

50 *Potestas procedendi ad modum belli per quæ verba concedatur?*

51 *Acta in iudicio, in quo proceditur ad modum belli, debent fieri eodem modo, ac fiunt in iudicio ordinario.*

52 *Probationes similitèr debent fieri simili modo.*

53 *Depositio sola socii criminis absque adminiculis non sufficit ad torquendum in crimine læsæ Maiestatis, benè tamen cum adminiculis.*

54 *Opinio* Rever. & Fabri, *qui contrarium tenuerunt fuit reputata valdè dura.*

55 *Accusator non admittitur contra accusatum de crimine læsæ Maiestatis.*

56 *Inimicus non admittitur ad accusandum in crimine læsæ Maiestatis.*

57 *Testes qui repelluntur in testificando ex causa odii, remissivè.*

58 *Testes inhabiles, & infames admittuntur ad testificandum in crimine læsæ Maiestatis.*

59 *Sed non probant absque tortura, remissivè.*

60 *In delictis occultis, & difficilis probationis admittuntur testes inhabiles cum tortura.*

61 *Sed non sunt integri, nec ex eorum depositionibus in crimine læsæ Maiestatis potest sequi condemnatio.*

62 *Testes singulares non probant in crimine læsæ Majestatis.*

63 *Testes inhabiles non admittuntur ad probandũ adminicula in crimine læsæ Maiestatis.*

64 *Inditia remota debent esse probata per duos Testes, etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

65 *Unus Testis de visu non sufficit ad torquendum si habet aliquam minimam maculam.*

66 *Etiam in crimine læsæ Maiestatis.*

67 *Tortura solita, & consueta secundùm loci consuetudinèm, non vero nova, & insolita est per Iudicem adhibenda in crimine læsæ Maiestatis.*

68 *Iudex inferens reo tormenta insolita tenetur in sindicatu, & reputatur crudelis.*

69 *Confessio extorta per atrociora tormenta est invalida.*

CAPUT II.

Modus procedendi in crimine læsę Maiestatis quis sit?

IN crimine læsæ Maiestatis,
quia maius vertitur pericu-
lum, ex quò ultrà amissio-
nem vitę, amittūtur quoque
bona, & fama, aliisque pœ-
nis subiicitur reus talis cri-
minis, de quibus dicemus
cap. seq. ideo tàm in procedendo, quàm in sen-
tentiando, est maxima cautela adhibenda, ad
1 *tex. in cap. ubi periculum, de elect. in 6. pragm. 2.*
de citat. nec Iudices debent obumbrari ex solo
titulo criminis læsæ Maiestatis; nam licèt mul-
ta specialia *DD.* enumerent in dicto crimine
2 læsæ Maiestatis, tamen ubi non reperitur ex-
pressè privilegiatum, procedendum in eo est
secundùm regulas Iuris, & quominus Ius læ-
datur, *Bar. in l. quæstionibus, ff. ad l. Iul. Maiest.*
Dec. consil. 450. num. 15. Decian. tract. crim. lib. 7.
cap. 37. n. 44.
3 Etenim tale crimen potest alicui opponi,
vel per viam accusationis, vel inquisitionis, si-
vè denunciationis, quòd inter privilegia di-
cti criminis enumeratur à *DD. Affl. in cap. 1.*
quæ sint regal. num. 12. Muscat. in pract. crim. tit.
de crim. læs. Maiest. n. 1. & 20.
4 Sed hoc non est privilegium dicti criminis,
quia de generali consuetudine remedium in-
quisitionis est remedium ordinarium, & in
quolibet delicto Iudex potest procedere ex offi-
cio, *Blan. de ind. num. 5. Boss. de inquis. num. 8.*
Gomez. var. lib. 3. cap. 1. num. 49. in fin. Cabal. cas.
114. nu. 10. & seq. Fach. contr. lib. 1. cap. 34. vers.
ego verò, & in Regno habemus *Cap. Quidam*
5 *enim noscentes*, quòd non reperitur impressum,
Sebast. de Neap. in Cap. Ab illo incoandum, nu. 31.
in fin. Sanfel. decis. 63. num. 24. pro ut de M. C.
6 testatur *Paris de sind. verb. inquisitio, cap. 2. num.*
2. Sanfel. d. decis. 63. num. 25. nam hodiè Advo-
7 cati, & Procuratores Fiscales, substinent vicem
Accusatoris, & possunt ex officio ad publicam
vindictam, ne dum prosequi accusationem iam
cęptam, sed etiam novum processum formare,
Angel. de malef. verbo comparuerunt, & negave-
runt, num. 20. Boss. de accus. num. 14. Clar. § fin. n.
6. & 10. & q. 51. vers. sed quid, Musc. tit.
de iniur. num. 3. Burg. de mod. proced. ex abrup.
quæ. 20. num. 38 & dicemus *tit. 8. cap. 9. à nu. 15.*
cum seqq.
8 Postquam ad Iudicis notitiam perveniat tale
crimen, sivè per viam denunciationis, sivè ac-
cusationis, tenetur Iudex omninò procedere
ad capturam informationis, aliàs posset puniri
uti socius, *l. quisquis, § pen. C. ad l. Iul. maiest. Cap.*
Reg.

Reg. Nuper apud Trannum, Capyc.decis.130 num.
65. Musc. de prob.del. tit.de crim.læs. Maiest.
num.18.
9 Et licèt informationes non possint scribi à
Iudice causæ commissario, sub pœna nullitatis,
sed illę debent scribi ab Actuario, aliàs sunt
nullæ, ut diximus supra *tit.3.cap.3.num.4.* ta-
10 men in causis, ubi agitur de crimine læsæ Ma-
jestatis assumitur pro Actuario, vel Regius Mi-
nister, vel Secretarius belli Proregis, pro ut ità
quandoque observatum audivi, dum tales cau-
sæ tractatæ fuerunt in Regiis Iunctis, vel sal-
tèm in assumenda informatione de tali crimi-
ne debet adhiberi Actuarius, qui coram toto
Tribunali procedat ad Testium examen, hoc
mihi probat, *text.in cap.ut officium, §.verum, de*
11 *haret.in 6.* ubi in crimine hæresis Testes exami-
nandi, debent produci, & examinari per Inqui-
sitores, & Iudices, coram duobus Religiosis, &
discretis personis ad hoc adhibitis, & sic in
casu *d.text.* examinandi sunt Testes per omnes
Iudices; & quamvis Audientia Testiũ in crimi-
12 nalibus possit per Iudicẽ cõmitti Actuario, vel
Officiali alicuius loci, *Capyc.decis.90.Gizzarel.*
decis.27.num.12.Rov.in prag 7.num.31. de ord.
iud. & dispositio *Auth.apud eloquentissimum, C.*
de fid.instr. recessit ab Aula, ut diximus *tit.2.cap.*
13 *11.à n.11.cum seqq.* tamen in crimine læsæ Ma-
iestatis, ubi vertitur tàm ĩngens periculum, &
tractatur de re tanti ponderis, non est infor-
matio committenda fidei Actuarii, ex supra-
dictis.
Capta informatione, modo quò supra, si in
processu appareant inditia sufficiẽtia ad trans-
mittendam informationem, debet Iudex pro-
cedere ad carcerationem rei; nam in criminali-
14 bus non est incoandum à captura, *l. nullus in*
carcerem, a. & l.fin.C.de exib. & transmit.reis, Go-
mez var.lib.3.cap.9.num.1. Clar.q.28.in princ.
Scac.de ind.lib.1.cap.42.num.1. sed debent præ-
15 cedere legitima inditia ad decernendam ca-
pturam, *Clar.l.c.Far.q.27.num.11a.& cons.192.*
num.7.lib.2.Surd.cons.182.num.2. lib.2. Scac. d.
cap.42.num.2. & seq. & in puncto quòd in cri-
16 mine læsæ Maiestatis, & in aliis delictis atro-
cissimis, debeant præcedere legitima inditia
ad decernendam capturam, dixerunt *Rol.cons.*
27.num.3.lib.3.Far.q.22.num 114. Houd.consil.
94.num.8.lib.2.Guaz.ad def.reor.def.5.cap.3.nu.
26.Garg.inn.cons.52.num.6. lib.2. Conciol.verb.
17 *captura, resol.6.num.4.* benè verum est, quòd in
crimine læsæ Maiestatis pro decernenda captu-
ra sufficiunt leviora inditia, quia in delictis
occultis, & gravibus sufficiunt pro captura le-
18 viora inditia, *Far.q.27. num.133. Guaz. def.5.*
cap.3.num.20. & seq. Quæ autem sint legitima
inditia ad decernendam capturam, explicat
Farin.q.27.num.117. & seq. & vide dicta *tit.4.*
cap.4.
19 Reo carcerato, antequam Iudex proce-
dat ad actum aliquem, debet eum examinare ad
finem contestandi litem, *Foller. in pract.crim.*
verb. & si comparent ante contumaciam, num.1.
2. & 3. sed tunc reus potest interrogari cum par-
ticula monitus, quando in processu àdsunt in-
20 ditia ad torturam; nam si talia inditia non ad-
sunt, non potest Iudex eum interrogare, & si
aliter fieret, & sequeretur confessio, illa esset
nulla, & invalida, *Boss.in tit.de examin. reor.n.*
6.Cartar.in pract.interrog.reo lib.1.cap.2. num.2.
cum seqq. & in method.procos.informat.lib.3.cap.
2.num.118.Sanfel.decis.263. Rocc. tract.de offic.
tit.de mod.proced.in caus.controbann. §.14. num.
38. & 39. Vermigl. cons. 315. num.8. & seq. &
cons.370.num.2.Less.de iustit. & iur.lib.2.cap.31
num.8.Conciol.res.crim.verb.confessio, resol.3.nu.
2. cumque circa hoc non reperiatur crimen læ-
sæ Maiestatis privilegiatum, standum est regu-
læ supradictæ, quòd non possit reus interroga-
ri, nisi inditiis præcedentibus.
21 Quòd si Reus recuset respondere quando à
Iudice examinatur uti principalis, tunc factis
ipsi tribus monitionibus, potest per Iudicem
cogi ad præcisè respondendum, adhibita tor-
tura, non datis ipsi defensionibus, *Gomez var.*
tom.3.cap.12.sub num.5.Clar.§.fin.q.45. vers.sed
pone, Capyc.decis.145. Guaz.ad def. reor.def.20.
cap.16.num.1. & cap.17. in princ. Scial.de torq.
reor, cap.6.num.52.Conciol.resol.crim.verb.tortu-
22 *ra, res.6. num.1.* dummodo agatur de delicto
gravi, pro quo Reus possit torqueri; nam in de-
lictis levibus non potest cogi ad respondendum
cum tortura, sed ipsi fiunt monitiones sub pę-
na pecuniaria, vel quòd habeatur pro confes-
so de delicto, de quo imputatur, *Cartar. in pra.*
interrog.reo.lib.3.cap.2.num.2.Scacc.de iud.lib.1.
cap.86.sub num.49.Guaz.def.20.cap.16. num.9.
& cap.17.in princ. & num.8.Scial. loc.cit. nu.53.
23 *Conciol.loc.cit.num.7.* quinimò etiam in deli-
ctis, in quibus potest cadere tortura, illa non
potest inferri neganti respondere, deficiente
delicto in genere, *Farin.que.37.nu.184. Guaz.*
defens.4.cap.1.num.14. de federic.resol.crim.14.
num.2.Conciol.loc.cit.num.10. debentque adesse
24 inditia pro causa principali, aliàs Reus non
potest torqueri ad habendum eius responsum,
Clar.d.vers.sed pone, Tartagl.in pract.crim.cap.9.
nu.1. Farin.q.37.n.183. Danz. de pug. DD.tom.
3.tit.de sent.forin d.cap.14.Scial.loc.c.num.54. &
25 denique habens iustam causam non respon-
dendi, putà si allegaret se Clericum, vel esse
extractum ab Ecclesia, vel Iudicem uti suspe-
ctum, vel esse oppressum febre, vel aliquo re-
pentino morbo, nec etiam potest cogi ad re-
spondendum, *Burg.de mod.proc. & abrup.q.100.*
num.137.Farin.q.37. num.184. & seq. Ambros.
in proc.infor.lib.2.cap.7.num.20. & seq. Guaz.d.
def.20.cap.16.num.10.Conciol.d.resol.6. num.13.
26 Verum in omni casu, quo reus licitè potest tor-
queri ad habendam eius responsionem, tortura
non potest excedere quartam partem horæ,
Vulpel.cap.34.num.10. Farin.d.q.37. num.187.

& cons.83.num.5.Burg.loc.cit.num.127.Conciol.
loc.cit.n.12.
27 Examinato reo, si in eius depositione nega-
vit delictum, potest torqueri ex processu infor-
mativo; namunus de casibus, in quibus potest
inferri tortura ex processu informativo, est in
crimine læsæ Maiestatis, stante eius atrocitate,
28 Merl.contr for.cap.33.num.13.tom.2. concur-
rentibus tamen aliis requisitis, videlicèt levita-
te vitæ, & urgentia inditiorum, de quibus ple-
nè diximus tit.3.cap.2.quòd intellige de Iure
Regni, quia de Iure communi tortura ex pro-
29 cessu informativo non potest inferri in dicto
crimine læsæ Maiestatis, Boss.de indit.& consid.
ant.tert.num.78.Cachr.decis.79.num.19. Farin.
q.39.num.45. & cons.99.num.26.lib.1. Peregr.
cons.2.num.144.vol.2. & latè defendis Rov. in
prag.1.de bon.prod.à n.37.cum seqq.
30 Recepta Rei depositione, dantur ei defensio-
nes, tam si fuerit confessus, quam si negaverit,
quia defensiones non possunt reo denegari, nec
possunt à Principe tolli, etiam In crimine atro-
cissimo, Cabal.de homicid. num.425. Tusc.pract.
concl.99.num.9.lit.I.Ball.de quaest.q.10.num.14.
Macerat.var.resol.lib.1.resol.102.nu.18. Rov.
in rub.de bon.prod.num.4.Scog.alleg 2.nu.2.vers.
31 non obstat, licèt reus fuerit confessus, & convi-
ctus, l.desertorem, §.ad idem, ff.de re milit. Far.
quaest.39.num.32.vers.ampliatur decimò, Rocc.
de effic.tit.de mod procedendi, §.14.num.42.& 43.
de quò diximus tit.3 cap.2.num.22.usque ad 26.
32 & in specie in crimine læsæ Maiestatis, tenent
Gig.de crim.laes.Maiest.lib.3. tit.de plur. & var.
q.1.num.7.Foller.in pract.crim.2.p.secunda part.
verb.item quòd commisit crim.laes. Maie. sub nu.
99.Cabal.de homic.num. 423 sed in Regno in
33 crimine læsæ Maiestatis non possunt dari Reis
defensiones per Indices, nisi consulto Principe,
Const.Hi qui, ubi Affl.num.12.& 15.Muscat.de
crim.laes.Maie.num.26.quæ defensiones possunt
34 dari per horas; nam in crimine atrocissimo pro-
ceditur per horas, Franch.decis.520. nu.3. quia
35 hoc non est tollere defensiones, sed tantum
moderare, quòd benè fieri potest per Iudicem
Noll.de bann.p.2.temp.p q 2. Carav. in pragm.1.
de exul.à num.14.ad 26.Cartar.de exeq.sent.cap.
ban.cap.3.nu.34.& 40. Cavalc.de brac.reg.p.1.n.
174 Farin.q.39.num.26.Tusc.lit. C.concl.270.n.
86.Merl.contr.for.lib.2.cap.47 num.1. Rocc.de
effic.tit.de offic.Com.gener.n.61.
36 Interposito decreto, quòd dentur defensio-
nes, producitur reus coram Iudicibus pro Tri-
bunali sedentibus, cui legitur de verbo ad ver-
bum eius depositio, & per eum ratificata, fit cō-
testatio litis, Capyc.Lat.decis.121. num.27. &
dixi tit.2.cap.14.num.5. & habita lite pro legi-
timè contestata, statuitur terminus horarum
tot dicto Reo ad se defendendum, qui notifi-
catur personaliter dicto Reo, verum tempore
notificationis non interrogatur si habet Advo-
catum, vel Procuratorem; quemadmodùm pra-
cticator in aliis delictis: ex quò secundùm unam
37 opinionem DD. pro Reo inquisito de crimine
læsæ Maiestatis prohibitum est intervenire Ad-
vocatum, ut per tex.in l.quisquis, §. denique in-
bemus, C.ad l.Iul.Mai.tenent Decian.tract.crim.
lib.7.cap.37.num.22.Affl.in cap.fin.num.23. quę
sint regal. & tradit Petr.Mattei, citatus a Merl.
contr.for lib.2.cap.33.num.26.Parlamentum Pa-
risiense denegasse Duci Bironis, Galliæ Mare-
scalli, delati criminis lęsę Maiestatis, Advoca-
tum.
38 Sed contrariam opinionem sobstinet de Iure
Bocer. in tract.de crim.laes.Maiesta.cap.4.num.5.
qui respondet omnibus motivis contra eum
facientibus, latè Odd.cons.27.& in pract. obser-
vatur dare Reo inquisito de crimine læsæ Ma-
iestatis pro Advocato aliquem ex Regiis Mini-
39 stris, ne secreta informationis tam arduæ pu-
blicentur, pro ut fuisse practicatum audio in
causis D. Ferdinādi delli Munti, delati de dicto
crimine cui fuit assignatus pro Advocato An-
tonius Capiblancus, tunc Regius Consiliarius,
Comitis de Montealvan, cui fuit constitutus
pro Advocato D.Antonius Navarrete, tunc si-
militer Regius Consiliarius, & postremo vidi-
mus per Reg. Iunctam fuisse causas Andreæ
Mellone, & Iulii forte, patrocinatas à D.Carolo
Petra, Regio Consiliario.
40 Contestata lite, atque notificato termino, si
Testes fisci non sont iurati in faciem dicti rei,
debent repeti, ipso audito, aliàs nullam fidem
faciunt. l.si quando, & Auth.quòd si quis, C.de
Test Boss.de ind.num.126. Gram.cons.15.num.1.
& 2.Gomez.var.lib.3.cap.13.post num.21.Merl.
contr.for.lib.1. cap.42. in fin. & in Regno adest
pragm.10.§.51.de off.Iud.& in specie hoc volue-
41 runt in crimine læsæ Maiestatis Bart.in extra-
vag.ad reprimendum, verb.& fig num.83. & 84.
Ozas.dec.79. nu.18. & seq.& cons.64. num.72.
Bursat.cons.201.num.43.& 99. Hond. cons.101.
num.1.Far.q.72.num.121.Cabal.cas.269.num.8.
Guaz.ad def.reor.def.24.cap.9.nu.7. & 16.Conc.
res.crim.verb.Testes quò ad examen, cap.6.nu.14.
42 & licèt non ignorem aliquos tenuisse, quòd in
crimine læsæ Maiestatis Testes recepti parte
non citata probent per cons.Ancha.429.tamen
dictus Anch. & cęteri qui eum sequuntur se
fundant in text in cap.fin.de haeret.in 6. qui lo-
quitur quando ex Testium publicatione immi-
neret aliquod periculum, & sic non est regu-
lare.
43 In quibus verò casibus non requiratur Testium
repetitio, diximus, tit.3.cap.1.a num. 62. usque
ad num.68.
44 Repetitis Testibus examinatis in informati-
vo, non conceditur Reo copia repertorum, se-
cundùm aliquorum opinionem, Affl. in cap.1.
qua sint regal.num.15.Foll.in pra.crim. num. 99.
& in tit.detur copia repertorum, Musc.de cog.del.
tit.de crim.laes.Maiest.num.28. sed contrarium
45 tenent Bart.in extravag.ad reprimendum, verb.
& fi-

& figura, num. 15. idem Affl. in cap. 1. §. & bona,
num. 9. quæ sint reg. Carrer. Gram. Marſ. Monti-
cel. Boſſ. Roland. Lauren. & Perſon. quos refert, &
ſequitur Farin. q. 39. nu. 41. Gig. de crim. læſ. Ma-
ieſt. lib. 1. tit. qual. in crim. læſ. Maieſt. proced. q. 21.
à num. 3. idem Farin. conſil. 156. num. 46. tom. 2.
Revit. in prag. 1. de bon. prod. nu. 22. Carcu. de off. S.
Inquiſ. p. 3. tit. 10. num. 159. Dian. in ſum. verb. in-
quiſitio, prax. quoad tortur. num. 236. Conciol. reſ.
crim. verb. tortura, reſ. 4. num. 5. & ità fuit obſer-
vatum in ſupracitatis cauſis Iulii Forte, & An-
dreæ Mellone, quibus fuit data copia repetto-
rum.

46 Poblicato proceſſu, conceditur Reo repulſa
adverſus Teſtes per Fiſcum prodoctos, ſed Te-
ſtes in tali crimine poſſunt repulſari ex cauſa
inimicitiæ tantù, non verò ex oppoſitione alte-
rius ſpeciei, cap. per tuas, de ſimon. Bart. in l.
quæſtionibus, ff. de Teſt. Affl. in cap. fin. quæ ſint
regal. num. 4. Mar. in pract. p. 6. act. 13. nu. 17. Fol-
ler. in pract. verb. concedatur repulſa, num. 5. Ba-
iard. ad Clar. §. læſæ Maieſtatis, num. 25. in 2. ſpec.
Farin. q. 188. num 82. Guaz. in. defenſ. 28. cap. 8.
num. 9.

47 Benè verum eſt quòd in deciſione cauſæ de-
bet haberi ratio de aliis oppoſitionibus, quæ in
promptu producuntur, quoàd dicta Teſtium,
putà quòd ſint contrarii, vacillantes, varii, & ſi-
mil. ad text. in l. ſi quis Teſtibus, C. de Teſt. Maſc.
de prob. concl. 1242. num. 26. & ſeq. lib. 3. Far. q.
188. num. 82. Guaz. ad def. reor. def. 28. cap. 8. nu.
6. Poſt. de manutent. obſer. 89. nu. 13. Cancer. var.
48 lib. 1. cap. 20. ſub num 47. Et licèt per Conſt. Hen-
rici ſeptimi incip. Ad Reprimendum ſit ſtatutum,
quòd in tali crimine procedatur ſummariè, ſim-
plicitèr, & de plano, ſine forma, & figura iu-
49 dicii; tamen hoc intelligitur reſpectu ſubtili-
tatum proceſſus, non verò reſpectu probatio-
num, quæ debent fieri in proceſſu, in quo agi-
tur de crimine læſæ Maieſtatis, eodem modo,
ac fit in quolibet alio crimine, Bart. in d. extra-
vag. ad reprimendum.

50 Diſſimile non eſt procedere in cauſis ad mo-
dum belli, quæ poteſtas conceditur his verbis,
procedas ad modum belli, militari modo, le-
vato velo, ſola facti veritate inſpecta, Grand. de
bell. Exul. fol. 17. nu. 5. Scagl. alleg. 2. in princ. quę
verba militari modo, & ad modum belli civi-
litèr intellecta, important liberum arbitrium,
Grand. prag. ſubſtantia, q. 2. nu. 5. prag. quando, q.
1. num. 3. & prag. pati, q. 3. ſpec. 1. Scagl. d. alleg. 2.
num. 125. & tamen DD. dixerunt, quòd per po-
51 teſtatem procedendi ad modum belli altera-
tur tantum modus procedendi, ſed acta in dicto
iuditio debent fieri eodem modo, ac fiunt in
iuditio ordinario, Nigr. in Cap. Reg. 223. num. 6.
Cartar. in pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 1. nu. 207.
Burg. de mod. proced. ex abrup. q. 4. num. 15. &
52 probationes in proceſſu, ubi proceditur ad mo-
dum belli, debent eſſe eo modo, & forma, pro
ut fieri debent in iuditio ordinario, pro ut di-
cemus tit. 9. cap. 9. num. 42. & 43.

53 Hinc in crimine læſæ Maieſtatis ſola nomi-
natio ſocii criminis non facit inditium ad tor-
turam contra nominatum, ſed cum aliis admi-
niculis ſufficit ad torquendum, Affl. in Conſt. Si
damna clandeſtina, num. 34. Boer. deciſ. 319. num.
2. Boſſ. de ind. à num. 149. Clar. q. 21. num. 9. Gig.
de crim. læſæ Maieſt. tit. quand. & per quos, q. 7. &
q. 24. Gram. vot. 6. num. 7. Farin. q. 43. à num. 147.
Scacc. de indic. q. 45. num. 7. & licèt Revert.
54 deciſ. 42. teneat quòd in tali crimine ſola de-
poſitio ſocii criminis faciat inditium ad tor-
turam contra nominatum, & cum eadem opi-
nione ſentit Fab. def. 4. C. ad l. Iul. Maie. tamen
dicta opinio poteſt in uno tantum caſu tranſi-
re, quando tractaretur de aliquo caſu valdè
exemplari, aliàs illa eſſet valdè dura, pro ut ità
eam appellat de Marin. d. dec. 42. n. 1.

55 Accuſator non admittitur in Teſtem contra
accuſatum in tali crimine, l. 3. C. ad l. Iul. Ma-
ieſt. Salic. in l. fin. C. de accuſat. Gram. deciſ. 28. nu.
23. in fin. ex quò accuſator præſumitur habere
56 inimicitiam cum accuſato, ideò tanquam ini-
micus repellitur à teſtificando in crimine læſæ
Maieſtatis, Boſſ. de hære. num. 22. Gig. de crim. læſ.
Maieſt. tit. quomod. & per quos, q. 3. num. 8. & q.
7. num. 7. Muſc. de cog. del. rub. de crim. læſ. Maie.
num. 22. ac proinde ob dictam rationem, omnes
illi, qui de iure arcentur à teſtificando ratione
57 odii, de quibus dicemus tit. 7. cap. 2. à num. 28.
uſque ad num. 43. repelluntur etiam à teſtifican-
do in dicto crimine.

58 Quatenus verò ad probandum hoc crimen
admittuntur Teſtes aliàs inhabiles, & infames,
l. famoſi, & l. in quæſtionibus, ff. ad l. Iul. maieſt.
Boſſ. de crim. læſ. Maie. num. 112. Decian. tract.
crim. lib. 7. cap. 45. num. 4. Gig. de crim. læſ. Maie.
lib. 2. à q. 1. uſque ad 13. Muſcat. ead. rub. num. 22.
59 advertatur, quòd dicti Teſtes infames non pro-
bant abſque tortura, nec etiam in tali crimine
læſæ Maieſtatis, ut dicemus d. tit. 7. cap. 2. nu. 96.
60 & tali modo, non ſolum admittuntur ad teſti-
ficandum in dicto crimine lęſę Maieſtatis, ſed
in omni alio crimine difficilis probationis, &
61 occulto, ut dicemus d. cap. 2. num. 95. admiſſi ta-
men non ſunt integri Teſtes, nec ex eorum de-
poſitionibus in dicto crimine poteſt ſequi con-
demnatio, cap. per tuas, de ſimon. Gigas d. lib. 2. q.
2. num. 3. Decian. lib. 7. cap. 45. n. 4.

62 Nec Teſtes ſingulares admittuntur ad pro-
bandum lęſæ Maieſtatis crimen, quando dedu-
citur unum factum, quod uno loco, & tem-
pore perficiatur; ſecus verò ſi deducitur factum,
quod eodem momento, & tempore perfici non
poteſt, habendo tractum ſucceſſivum, ut coniu-
ratio, conſpiratio, & ſimilia, tunc Teſtes ſingu-
lares in tali crimine benè probant, Gig. d. lib. 2.
tit. quom. & per quos, quæſt. 8.

63 Et Teſtes inhabiles in crimine lęſę Maieſta-
tis non admittuntur ad probandum adminicu-
la, in pun. Bald. in Auth. ſi dicatur, col. pen. &
Sa-

Salic.circ.fin.C.de Testib.Boss.de crim.las.Maiest. *num.*12.*Dec.consf.*410.*num.*15. *Gig.de crim.laf.* *Maiest.sub tit.quom.& per quos*, *q.*5. *Decian.lib.* 7.*cap.*45.*num.*2. & an in delictis occultis, & attrocissimis Testes inhabiles admittantur ad probandum adminicula, dicemus *tit.*10.*cap.*34. *à num.*12.

64 Et si Iudex cum inditiis remotis intendit procedere ad torturam in dicto crimine, debent dicta inditia probari duobus Testibus, qui debent esse contestes de loco, & tempore concludentes, *Boss.de indit.num.*18.*Farin.q.*37.*num.*13 *Scial.de ferind.cap.*4.*num.*15.*Provenzal.in eius alleg.inserta per Ros.* post eius *tract.de decret.M.*
65 *C.num.*11.12. & 13. si verò cum inditio proximo, & sic cum unico Teste de visu, debet ille esse idoneus, & omni exceptione maior, aliàs si habeter aliquam minimam maculam, solus non esset sufficiens ad torturam, *Mising.cent.*5.*obser.*13.*Masc.de prob.concl.*491. *num.*17. & 18. *Rocc.de offic.rub.de mod. proced.in caus.contrab.* §.14.*num.*22. & 23. unde unus Testis de visu
66 infamis non sufficit ad torquendum in crimine læsæ Maiestatis, *Gig.d.q.*2.*num.*3. *Decian.d.* *cap.*45.*num.*4.

67 Nec debet Iudex contra reos læsæ Maiestatis devenire ad nova genera tormentorum, sed ad solita, & consueta, secundùm consuetudinem loci, ad dicta per *Pegu.tract.crim. cap.*12. §.11. *num.*3. *Cavalcau.de brac.reg p.*3.*n.*26. aliàs Iu-
68 dex reputaretur crudelis, & Reo in tortura mortuo, ipse teneretur in sindicatu, *Cartar.in pra.interrog.reo.cap.*1.*num.*7.*& seq.Guaz.ad def.* *reor.def.*30.*cap.*21.*num.*1.*Ant.de Ball.tract.crimin.lib.*2.*q.*5. *num.*25. & confessio extorta per
69 atrocinra tormenta non valeret, *Farin.q.*37.*nu.* 110.*q.*41.*num.*95.*& q.*47.*num.*8.*Thor.in C.rer.* *ind.alleg.*18.*n.*26.*&* 27.

70 Benè tamen poterit Iudex in crimine læsæ Maiestatis adhibere torturam cum fidiculis, quia in quolibet delicto atrociori potest Iudex
71 devenire contra reos ad torturam cum fidiculis, *Paris de sind.verb.tortura,il*3.*cap.*4.*num.*5. *in fin.Farin.q.*38.*num.*62.*Thor.d.alleg.*18.*nu.*24. & in Regno adest *pragm.*2. *de quest.* excepto si
72 tortura daretur ex processu informativo, quo casu, licèt inferatur in crimine attrocissimo, tamen non potest inferri cum fidiculis, nt fuisse ordinatum per Collateralem Cons. refert *Calà de pracm.M.C.cap.*11.*num.*14.

73 Sed crimen læsę Maiestatis hoc in se habet specialitatis, ut omnes personæ possint torqueri, non obstante quavis exceptione, vel privilegio, *Farin.q.*41. *num.*100. *& q.* 185.*num.*125. *Guaz.defens.*30.*cap.*18.*num.*4. *Abavo de reat.* *q.*19.*num.*87.*Ant.de Ball.tract.crim.lib.*2.*q.*16. *num* 34.*& seq.Ciriac.contr.*435.*n.*59.

74 Instructo processu, & monito reo ad dicendum, debent Iudices in tali crimine læsæ Maiestatis procedere secundùm facti veritatem, & debet eis constare de liquida veritate, *glos.in* §. *plenè, inst.de mil.test.Paris de sind.verb.lato, cap.*
75 1.*num.*3. quia factum ipsum, & veritas, sunt Iuris naturalis, quæ tolli non possunt, *Capyc.decis.*69.*num.*35.*Vant.de nullit.verb.de nullitate sententia ex def.proc.n.*30.*&* 36.*Scagl.alleg.*1.*n.* 22.23.*&* 24.

76 Et licèt in crimine læsæ Maiestatis videatur posse Iudicem devenire ad condemnationem ex præsumptionibus, & coniecturis, *l.non omnis,* §.*à barbaris, ff.de re mil.Gig.de crim.les. Maie.* *lib.*2.*tit.quom.& per quos*, *q.*29. *Decian.tract.cri.*
77 *lib.*7.*cap.*45.*num.*35. tamen dictæ præsumptiones, & coniecturæ debent constituere inditia manifesta, *l.si quis alicui, C.ad l.Iul. Maiest.* ibi
78 *Si aliis manifestis inditiis.* Quæ inditia manifesta sunt inditia indubitata, *cap.cum olim, de verb.sig.Bal.in l.cives, C.de appell. Decian.tract.* *crim lib.*7.*cap.*45.*num.*36.*Mascar.de prob.concl.* 462.*num.*21.*& concl.*1013.*nu.*15. *Farin.q.*136. *num.*21.

79 Debetque ante omnia in tali crimine læsæ Maiestatis constare de delicto in genere, aliàs non potest sequi condemnatio, quod delictum in genere quomodo probetur in dicto crimine? dicemus *tit.*10.*cap.*2.

80 Prolata sententia in crimine læsæ Maiestatis contra Reum, ab ea appellare non potest, quia in tali crimine non datur appellatio, *Marsil.* *consil.*38.*num.*1. *vol.*1. *Foller. in rub. item quod commisit crimen læsæ maiestatis, num.*107. *Capyc.* *decis.*130.*num.*64.*Affl.in cap.*1.*qua sint regal.n.* 24. *Muscat.de crim.les.maie.num.*33. *Mising.obser.*41.*&* 42 *num.*4.*Gaill.lib.*1.*obser.*1. *num.*28.
81 quod intellige in seditione, in qua ab illius condemnatione non datur appellatio; nam aliàs regulariter non repetitur Iure cautum, quòd in crimine læsæ Maiestatis denegetur appellatio, *Iser.in cap.*1.*col.*9.*qua sint regal.Gig.de crim.les.maiest.tit.de var. quast.qu.*13. *Decian.* *tract.crim.lib.*7.*c.*47.*num.*8. *Bocer. de crim. les.* *mai.cap* 4.*num.*31. *Lancellot.de attent. p.*2.*cap.* 11.*num.*20.*Guaz.ad def.reor.def.*36.*cap.*3.*num.* 1.*vers.& quod*, *Rovit.in pragm.*1.*de bon prodit.* *num.*62.& sic in Regiis Audientiis tutius est in tali crimine admittere appellationem, sed in M.C.V. quia virtute *prag.*1.*de deleg.* in crimine
82 læsæ Maiestatis proceditur ex delegatione, hinc fit quòd in d.M.C. in dicto crimine denegatur appellatio.

83 Sed ubi denegatur appellatio non est prohibita reclamatio ad Regni Proregem, per viam supplicationis, quæ reclamatio est mera gratia, & pendet arbitrio Principis, ut dicemus *tit.*9. *cap.*9.*num.*56 ubi *num.*57. firmabimus, quòd in
84 causis, in quibus denegatur appellatio potest dici de nullitate sententiæ.

85 Supra a nobis tradita concernunt modum procedendi contra reos læsæ Maiestatis præsentes, unde videndum est quomodo procedatur contra dictos reos absentes? nam.

86 De iure communi pro crimine læsæ Maiestatis

tis poteſt proferri ſeotentia cootra abſentem, *l.abſentem,ff.de pęn.l.1.ff.de rcq.reis, l.abſentem, C.de accuſ.clem.paſtoralis,de ſent. & re ind.d.extravag.ad reprimendum*,& in Regno adeſt *Cap. Nuper apud Trannum, Rov.conſ.85.lib.1. Camil. de Med.conſ.69.*& in eodem Reg. pro quolibet
87 delicto, in quo venit irroganda pœna mortis oaruralis habet locum foriudicatio, *Conſt.Reg. Pœnam eorum*, de quo latè dicemus in *tit.10. cap.3.num.1.*

88 Cnoſtitn per ioditia ſnfficientia ad torturam aliquem eſſe reum læſæ Maieſtatis, expeditur citario ad diceodum cauſam quare non ſit declaraodum, incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, & io pænas pro dictn delicto ſtatutas, iuxtà praxim tradiram à *Capyc. Latro deciſ. 167. num.72.* quę citatio debet notificari reo domi;
89 ſi autem ignoretnr certus locus, putà quia delioquens oon ſit io Regno, vel eſt in loco, ubi non datur tutus acceſſus, tunc eitatur per edictum, & feudatarins cirarur in lncn fendi, *Iſer. in cap.1.de mii.Vaſſal.qui contum. eſt,Capyc.Lat.*
90 *d.num.72.*nam etiam de iure communi in proferenda ſenrentia contra abſentem in crimioe læſæ Maieſtatis requiritur citatio, *Bart. in extravag.ad reprimendum, verb.& figura, num.6. Gig.de crim.laſ.maieſt.lib.3.tit.de pinr. & var.q.*
91 1.& de lure Regni in terminis *Cap.Nuper apud Trannm*, quòd requiratur citatio, plenè fundat, & deciſum refert, *Cap.Lat.d.deciſ.167.*

92 Reo citatn noo comparente accuſaorur cootumaciæ, de quibus conrumaciis incuſandis ad effectum aliquem foriudicandi, plenè dicemus in ejus peculiarl loco in *d.tit.10.cap.51.ubi cap.* 50.dicemus io quibns caſibus de iure Reg. ad-
93 mittatur excuſatos pro abſente, & *cap.54.* tra-
94 ctabimns de ſeotentia foriudicationis, eioſque effectibus, ad ibi tradira te remitto, quia io ni-
95 hilo differt agere contra reos læſę Maieſtatis foriudicatos, ac cootra foriudicatos pro aliis delictis.

SUMMARIUM.

1 *Crimen laſa Maieſtatis ſe habet uti genus, & comprobendit crimen perduellionis.*
2 *Committens crimen perduellionis dicitur committere crimen laſa Maieſtatis.*
3 *Crimen perduellionis quis ſit?*
4 *Crimen laſa Maieſtatis quibus modis committatur? remiſſivè.*
5 *Pœna criminis laſa Maieſtatis qua ſit? & n.6.*
7 *Confiſcatio bonorum in quibus delictis imponebatur de Iure antiquo? in quibus de Iure Au*th.*nn.8.9.& 10.*
11 *Neapolitanorum bona pro quibus delictis confiſcentur?*
12 *Fiſcus in bonis confiſcatis an habeatur loco haredis? & n.15.*
13 *Non tenetur ultrà vires ſi non confecit inventarium de bonis confiſcatis.*
14 *Damnatus confiſcatione bonorum non poteſt moleſtari a ſuis creditoribus.*
16 *Fiſcus per confiſcationem bonorum venit tantùm in illis bonis, in quibus hares extraneus venire poſſet.*
17 *Bona fideicommiſſa ſubiecta non publicantur.*
18 *Nec illarum fructus, durante vita delinquentis.*
19 *Fideicommiſſum in caſu delicti eſt validum.*
20 *Emphiteuſis ex pacto non publicatur.*
21 *Ius patronatus non publicatur.*
22 *Feudalia nan publicantur.*
23 *Feudatarius privatur feudo ob crimen laſa Maieſtatis.*
24 *Bona dotalia non publicantur ob delictum mariti.*
25 *Vxor poteſt impedire devaſtationem domus mariti pro eius iuribus dotalibus.*
26 *Bona dotalia non publicantur ob delictum uxoris dignum publicatione bonorum.*
27 *Dos conſtante matrimonio poteſt publicari in quinque caſibus.*
28 *Soluto matrimonio publicatur ob crimen perduellionis.*
29 *Peculium profectitium non publicatur in praiudicium patris.*
30 *Adventitium, nec caſtrenſe in praiudicium filii.*
31 *Nec etiam in crimine laſa Maieſtatis.*
32 *Sententia declaratoria requiritur, ubi lex ipſo iure imponit pęnam publicationis bonorum.*
33 *Dominium bonorum non tranſit ipſo iure in fiſcum ob crimen perduellionis, & num.35. fallit num.37.*
34 *In Regno tranſit ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*
36 *Proditores perdunt adminiſtrationem bonorum, & eis rectè ſolvi non poteſt.*
38 *Iura conditionalia debitoris non publicantur.*
39 *Ius adeundi hereditatem non aditam non venit in confiſcatione bonorum.*
40 *Delinquens poteſt in praiudicium fiſci renunciare hareditatem non aditam.*
41 *Bona futura non veniunt in confiſcatione bonorum.*
42 *Legitima filii non publicatur ob delictum Patris.*
43 *Fallit in crimine laſa Maieſtatis.*
44 *Pœna contra reos laſa Maieſtatis tranſeunt ad filios.*
45 *Filii rebellis privantur omnibus ſucceſſionibus, etiam extraneorum.*
46 *Quòd procedit pro crimine laſa Maieſtatis in primo, non in ſecundo capite.*
47 *Filii nati, vel concepti ante patris perduellionem, non amittunt ſucceſſionem bonorum.*
48 *Pœna impoſita pro crimine laſa Maieſtatis contra filios non extenduntur ad nepotes.*
49 *Nec ad filias feminas.*
50 *Sunt ſublata de generali conſuetudine totius Italia.*
51 *Pena confiſcationis bonorum non habet locum*
quan-

quanda ex causa receditur à pœna ordinaria delicti.

52 *Memoria defuncti post mortem damnatur pro crimine læsæ Maiestatis.*

53 *Quòd procedit si fuerit commissum in primo, non in secundo capite.*

54 *Nobilitas quando amittatur ob crimen læsæ Maiestatis?*

55 *Domus perduellis diruitur.*

56 *Obnoxia creditoribus non diruitur, sed illis adiudicatur.*

57 *Universitates pro crimine læsæ Maiestatis sale aspersæ, aratro subiiciuntur.*

CAPUT III.

De Pœnis pro crimine læsæ Maiestatis.

1 CRImen læsæ Maiestatis se ha-
bet uti genus, quod com-
prehendit sub se crimen per-
duellionis, *Decian. tract. cri-
min. lib. 7. cap. 6 num. 4.* unde
valet dicere, qui committit
crimen perduellionis, com-
2 mittit quoque crimen læsæ Maiestatis, sed non
e contra, *Farin. quæst. 113. num. 66. & 254.* nam
3 crimen perduellionis committitur cum quis
offendit Imperatorem, vel Rempublicā, machi-
nando contra honorem, & prosperitatem status
sui Domini, subtrahens se realiter ab obedien-
tia, hostis animum assumens, & parans se ad-
versarium Domino suo, & sic offendit Maiesta-
tem in summo gradu, *l. fin. ad fin. ff. ad l. Iul. Ma-
iest. Oldrad. cons. 43. Alex. cons. 13. vol. 6. Socc.
cons. 22. 1. vol. Brun. cons. 28 Gig. de crim. læs. Ma-
iest. lib. 3. rub. de plur. & var. quæst. q. 14. num. 3.
cum seqq. Decian. d. cap. 6. num. 3 Farin. d. qu. 113
num. 252. & 254. Menoch. cons. 99. nu. 68. Ponc.
cons. 90. à num. 15. lib. 1. Vermigl. cons. 7. num. 4.* &
vocatur prima species, seu primum caput cri-
minis læsæ Maiestatis, sed crimen læsæ Maie-
4 statis committitur pluribus aliis modis, *Farin.
d. quæ. 113 num. 254.* de quibus diximus *cap. 1.
hoc tit.* & vocatur secunda species criminis læsæ
Maiestatis.

5 Pœna vero criminis læsæ Maiestatis est mor-
tis naturalis, *l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. Affl.
in tit. quæ sint regal. verb. & bona committentium,
num. 17. Capyc. decision. 130. num. 18. &
20. Marsil. in tract. de ban. verb. læsæ Ma-
iestatis, num. 1.* & lex non est contenta con-
tra Reos læsæ Maiestatis morte, sed illam im-
ponit qualificatam, in qua servandus est mos
cuiuscumque regionis, *Decian. lib. 7. cap. 32. nu.
27. Gomez. var. lib. 3. cap. 2. num. 11. Farin. quæst.
116. num. 3.* hinc solent raptari, & in frusta scin-
di, ut dicit *Clar. §. læsæ Maiestas, num. 8. Fab.
def. 1. C. ad l. Iul. Maiest. Carpzov. in pract. crim.
p. 1. q. 45. num. 29.* Venetiis suspenduntur, teste *Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. rub. de pæn. comm. crim. læs. Maiest. q. 1. num. 7. & seq.* & alibi alio genere mortis moriuntur, prò ut dicit *Far. loc. cit.* Neap. more germanico morti traduntur, & postmodum in quatuor frusta scissi, appenduntur per loca publica Civitatis, capita reponendo in cellulis ferreis, ad perpetuam vindictam, & memoriam tanti sceleris, *Prat. pract. observat. 51. num. 13.* qui *num. 10.* mentionem facit de *Sanctione Caroli V.* prout annis elapsis in personam Iulii Forte practicatum vidimus, & in anno 1622. contra illos, qui mediante coniuratione, conspiratione, & machinatione, tractaverunt occidere Cardinalem Zapparam, tunc Regni Proregem, ac Fulvium Constantium, Regentem Reg. Cancel. tunc Annonæ Præfectum, per Regiam Iunctam, ad relationem Scipionis Ruviti, tunc Regii Consiliarii, fuit interposita sententia tenoris sequentis, quam libet hic inserere, videlicèt. Per supradictos Dominos delegatos provisum, & decretum est, quòd omnes supradicti inquisiti, denudati, in plaustris evecti, & alligati, pertrahantur, & protrahantur per loca publica, solita, & consueta hujus fidelissimæ Civitatis, adhibitis etiā eorum carnibus paulatim per viam forbicibus igne ardentibus, usque ad loca delicti, ibique super tota curruli in altum erecta, extensa more germanico, trucidentur; ità ut ferreo malleo, tibiis, cruribus, brachiis, pectore, & temporibus contractis moriantur; adeò quòd anima totaliter à corpore separetur, eorumque cadavera in quatuor frusta divisa sparsim appēdantur extra mœnia dictæ Civitatis, ad escam volatilium; capita verò in crata ferrea inclusa affigantur; singula singulis partibus frequentioribus huiusmodi Civitatis, parte exteriori, perpetuò ibi detinenda, nec non domus eorum propriæ diruantur à fundamentis, & solo, in quibus eum sale asperso destruantur, singulaque bona omnia publicentur, & fisci commodis applicentur, taliterque ipsis sit supplicium, aliisque verò transeat in exemplum, nec non ante exequutionem sententiæ torqueantur tanquam cadavera, ad sciendum eorum complices, fautores, &c.

Hæc pœna mortis locum habet contra committentes crimen læsæ Maiestatis, tàm in primo, quàm in secundo capite, *Montel. in pract. par. 4. num. 309. fol. 167. num. 312. fol. 168. & nu. 361. & 362. fol. 175. Affl. in tit. quæ sint regal. verb. & bona committentium, num. 53. & 99. Carrer. in pract. tit. de appell. §. undecimus casus est, num. 7. Decian. lib. 7. cap. 40. num. 17. Farin. quæst. 116. n. 24.*

6 Secunda pœna contra committentes crimen læsæ Maiestatis est confiscatio bonorum, *l. quisquis, in fin. C. ad l. Iul. Maie. l. ult. ff. eod. Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscrip.* & de Iure Regni est *tt. c. in Cap. Nuper apud Tranum, &*

Cap.

Cap. Bona proditorum, pragm. 1. de bon. prodit.
7 Hæc bonorum confiſcatio de jure antiquo
imponebatur pro omni crimine, pro quo ſtatu-
ta erat pęna mortis naturalis, Clar. § fin. q. 78.
in princip. qui num. 3. ex Calicio dicit, eſſe qua-
tuorcentum, decem, & octo caſus, in quibus de
iure antiquo imponebatur bonorum confiſca-
tio.
8 Supervenit Auth. bona damnatorum, C. de bon.
proſcr. per quã fuit ſtatutũ, quòd in duobus tan-
tum caſibus bonorum confiſcatio locum ha-
beat, videlicèt in crimine læſæ Maieſtatis di-
vinæ, & humanæ, per quam Auth. eſſe ſublatos
9 omnes caſus confiſcationis, & eſſe abrogatas
omnes antiquas leges, plenè defendit Corne.
conſ. 281 lib. 4. Guazz. ad def. reor. def. 8. cap. 1.
qui plures adducit, alios citat Clar. d. q. 78. nu.
1. verſ. ſed certè, ſed alii tenent, quòd hodiè ad-
ſunt caſus in viridi obſervantia, in quibus lo-
cum habet confiſcatio, nec ſint correcti per di-
ctam Auth. bona damnatorum, Cabal. caſ. 238.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de confiſ. bon. §.
10 1. à num. 20. qui enumerat ſeptuaginta tres ca-
ſus, Rov. in prag. 1. de bon. prodit. qui loquitur in
crimine parricidii.
11 Sed hæc quęſtio eſt inutilis in Civitate no-
ſtra, ubi per privilegium Neapolitanis conceſ-
ſum, illorum bona non publicantur, niſi in
duobus caſibus tantùm, videlicèt in crimine
læſæ Maieſtatis divinæ, & humanæ, prag. 3. de
immun. Neapol. & ibi Rovit. Franch. decis. 102.
& 213 & 563. num. 1. Pont. conſ. 69. n. 6.
12 In bonis debitoris confiſcatis Fiſcus habetur
loco hæredis, l. Tutores, in fin ff. ad l. Iul. de vi
publ. l. inter eos, ubi gloſ. & DD ff. de fideinſ. unde
tenetur de dictis bonis ſatisfacere Creditores
delinquentis, l. ſi marito, in princip ff. ſol. matr. l. 2.
C. ad l. Iul. de vi publ. Cabal. caſ. 266. num. 2. Fa-
13 rin. q. 25. num. 170. quatenus tamen dicta bona
ſufficiant; unde licèt non confecerit inventa-
rium, non tenetur ultrà vires hæreditarias, l. 1.
§. an bona, & l. non poſſunt. ff. de iure fiſ. Boſſ. tit de
fiſc. num. 64. Clar. §. fin. q. 78. verſ. unum ſcias, Fa-
rin. q. 25 num. 183. cum ſeqq. & damnatos libe-
14 rarur à ſuis creditoribus, quia omnia eius jura,
activè, & paſſivè tranſeunt in Fiſcum, l. ſi debitor,
C. ſent. paſ. Gramat. decis. 85. num. 5. Clar. loc. cit. n.
23 Farin. q. 25. nu. 177. Surd. de alim. tit. 1. q. 31.
num. 9. & tit. 8. q. 59. num. 10. latè Conciol. reſ. cri-
min. verb. fiſcus, reſ. 2. qui omnes adducit, ſed
15 propriè fiſcus non eſt hæres bonorum delin-
quentis, ſed habetur loco hæredis, dicitur vin-
dictæ ſucceſſor, & venit per annihilationem
perſonæ delinquentis, Affl. decis. 385. Ann. in
Conſt. Diva memoria, n. 237. Tuſch. concl. 720. nu.
21. Merl de legit. lib. 1. tit. 1. q. 28. num. 4. Per ta-
16 lem verò confiſcationem non poteſt Fiſcus veni-
re, niſi in illis bonis, in quibus hæres extraneus
venire poſſet, l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. l. eorum ff.
ad l. Iul. Maie. Clar. q. 78. num. 7. Carpzov. prac.
crim. p. 7. q 35. n. 42.
17 Ex qua regula infertur primò, quòd Fiſcus
non poteſt admitti ad bona fideicommiſſo
ſubiecta, quę non publicantur, Clar q. 78. num.
7. Marſil. de bann. verb. confiſcata, nu. 11. & 14.
Carav. rit. 132. num. 6. Pereg. de iur. fiſ. lib. 5. tit. 1.
num. 12. Scial. de feriud. cap. 16. num. 10. adeo ut
18 non poſſit fiſcus prætendere fructus bonorum
fideicommiſſo ſubiectorum, durante vita delin-
quentis, in quibus pleno jure ſuccedunt ad fi-
deicommiſſum vocati, excluſo fiſco, Alex. conſ.
98 lib. 1. Clar. quæſt. 78 num. 10. Gram. decis. 105.
num. 31. de Mar. reſol. quotid. lib. 1. cap. 166. & ad
19 Rever. decis. 336. num. 2. & fideicommiſſum fa-
ctum in caſu delicti, proquo intrat confiſcatio,
prohibendo bona tranſire in fiſcum, eſt validũ,
Odd. conſil. 53. Pereg. de iure fiſ. lib. 5. tit. 1. num.
103. Far. q. 25. num. 23. & ſeq. Fuſar. q. 529. num.
4. Conciol. verb. confiſcatio, reſ. 6.
20 Infertur ſecundò in emphiteuſi, quæ ex pa-
ctu, vel ex ſui natura non eſt tranſitoria ad hæ-
redes extraneos, quòd non poſſit confiſcari,
Dec. conſ. 40. num. 30. Clar. q. 78. num. 7. Farinac.
q. 25. à num. 50. uſque ad 61. Odd. de fideicom. q.
6. num. 74. Fach. contr. jur lib. 9. cap. 53. Scial. d.
cap. 16. num. 30 unde fiſcus rem emphiteuti-
cariam Eccleſiæ acquirere non poteſt, Clar. §.
emphiteuſis, q. 29. & §. fin. q. 76. verſ. nunc videa-
mus, Gig. de crim. laſ. Maieſt. lib. 2. tit. de pęn. com.
crim. laſ. Maieſt. q 6. num. 9. Boer. decis. 378. num.
7. Ricc. coll. 2148.
21 Infertur tertiò in jure patronatus, quòd non
poteſt confiſcari, Ang. Aret. de malef. verb. &
eius bona publicamus, num. 15. & ibi Auguſt. nu.
17. Guid. Pap. decis. 341. num. 3. Lambertin. de iu-
re patron. in 8. princip. quæ. 7. per tot. Ricc. coll.
2159. ſivè jus patronatus ſit tranſitorium ad
hæredes extraneos, ſivè non; nam nunquam
tranſit ad Fiſcum, publicatis bonis patroni, ut
contra Clar. tenet Farin. q. 25. n. 152. & ſeq.
22 Infertur quartò in bonis feudalibus, quæ non
veniunt in publicatione bonorum, Rov. in prag.
1. de bon. prodit. num. 14. & 15. qui plures addu-
cit, ſed bona feudalia alio titulo fiſcus acquirit,
23 quia ob crimen læſę Maieſtatis feudatarius feu-
do privatur, cap. 1. de nov. form. fid. cap. 1. §. fin. tit.
hic fin. lex, latè Larat. Theat. feud. dilucid. 109. ex
quò cum feudalis conceſſio illam habeat con-
ditionem, ſi feudatarius ſit fidelis, ſequitur,
quòd eo committente crimen læſæ Maieſtatis,
& ſic deficiente à fidelitate, feudum ad Domi-
num devolvitur, Iſern. in cap. 1. num. 33. in fin. §.
item ſi fuerint, tit. quib. mod. Gig. de crim. laſ. Mai.
tit. de pœn. quas ſil. q. 4. Intrigl. de feud. q. 69. nu. 3.
& 7. Montan. de feud. lib. 4. cap. 6. §. ſed infeuda-
re, & §. ad propoſitum, Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 13.
num 21. Fachin. contr. lib 7. c. 23.
24. Infertur quintò quod publicatis bonis mari-
ti, non publicantur bona dotalia uxoris, quia
delictum mariti non debet uxori præjudicare
in dote, ſed Fiſcus tenetur dotem uxori reſti-
tuere, l. ſi marito. ff. ſol. mat. l. quiſquis, C. ad l. Iul.

maiest. l. cum duobus, §. *ult. ff pro soc. Cabal. cas.* 232. *Gnaz. de confisc. bonor. concl.* 12. *limitat.* 35. *Ann. Rober. rer. ind. lib.* 3. *cap.* 3. *vers. pro fisco, Surdus de alim. tit.* 1. *q.* 34. *num.* 4. *& seq. Fontan. de pact. nup. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 2. *num.* 9. *Maffin. de confisc. bon. q.* 31. *in princ. Conciol. res. crim. verb. confiscatio, resol.* 4.
25 Et mulier pro suis juribus dotalibus potest impedire devastationem domus viri, qui commisit crimen læsæ Maiestatis, *Far. q.* 116. *num.* 35. *Gratian. disc. for.* 216. *num.* 75. *& seq. Fontanel. de pact. nupt. claus.* 6. *gl.* 2. *p.* 2. *num.* 10. *Mrrl. de pign. lib.* 3. *q.* 75 *n.* 1. *& seq.*

26 Infertur sextò quòd si ob delictum uxoris veniunt publicanda ejus bona constante matrimonio, non publicatur dos in præjudicium viri, *Gomez ad l.* 40. *Tauri, num.* 91. *Carl. de ind. lib.* 1. *disp.* 19. *tom.* 2. *tit.* 13. *nu.* 16. *Scial. de forind. cap.* 16. *nu.* 14. *Conciol. d. verb. confiscatio, resol.* 5. nam
27 in quinque casibus potest contra mulierem publicari dos etiam constante matrimonio, videlicet in crimine læsæ Maiestatis, vis publicæ, parricidii, veneficii, & deficariis, *l.* 3. *ff. de bon. damn.* soluto verò matrimonio bona dotalia
28 mulieris ex crimine perduellionis publicantur; quemadmodum & jus repetendæ dotis, *Clar. q.* 78. *vers. quaro si bona, Farinac. q.* 25. *num.* 112. *Maffin. de confisc. que.* 31. *nu.* 49. *Tusc concl.* 723. *num.* 1.

29 Infertur septimò quòd publicatis bonis filii delinquentis, non publicatur peculium profectitium ipsius filii, in præjudicium Patris, *l. certum. C. fam. ercisc. l. si plures, §. si in arrogato, ff. de vulg. & pupill. Clar. q.* 78 *num.* 15. *Gig. de crim. læs. Maiest. lib.* 2. *q* 10. *Conciol. verb. confiscatio, res.* 10.
30 idem est in peculio adventitio, vel castrensi filii, quod ob ipsius delictum non publicatur in præjudicium Patris, *Gomez var. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 14. *Gnaz. de confisc. concl.* 13. *limit.* 28. *num.* 1. *Pasch. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 3. *nu.* 36. *Carlev. de ind. tom.* 2. *tit.* 3. *disp.* 20. *num.* 6. *Fach. contr. lib.* 9. *cap.* 47. *Conciol. verb. confiscatio, resol.* 8. *&* 9. qui plu-
31 res adducit, quòd procedere etiam in crimine læsæ Maiestatis, defendit *Gigan. de crim. læs. Maiest. lib.* 2. *q.* 11.

32 Infertur octavò quòd quoties pro aliquo delicto est imposita pœna publicationis bonorum ipso jure, tunc requiritur sententia declaratoria, *l. ejus qui delatorem, ff. de jur. fisc. cap. cum secundum*, 19. *de heret. in* 6. *Gramat. decis.* 15. *nu.* 9. *& decis.* 105. *num.* 55. *Pereg. de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 8. *Mastr. de indul. cap.* 23. *num.* 25. *&* 26. *Giurb. cons.* 65. *num.* 46. *& cons.* 75. *num.* 10. *Capyc. Latr. decis.* 73. *num.* 6. 9. *&* 27. *Gratian. discept.*
33 *for.* 440. *num.* 2. quòd procedit etiam in crimine perduellionis, in quo dominium bonorum delinquentis non transit ipso jure ad fiscum, *Bar. in l. Imperator, ff. de iur. fisc. Gig. de crim. læsæ Maiest. lib.* 2. *tit. de pœn. q.* 23. *Boer. eod. tract. tit. de pœn. num.* 22. *usque ad* 29. *Gomez. var. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. *Carpzov. pract. crim. lib.* 1. *q.* 41. *nu.* 103. *&* 104. *Fach. lib.* 9. *contr. cap.* 31. *&* 37. *Revert. decis.* 91. *& Marin. ad eund. Revert. decis.* 2.
34 & 82 etiam attento iure Reg. ubi per *Cap. Bona proditorum*, publicatio bonorum in crimine perduellionis fit ipso jure, tamen, quòd adhuc attento d. *Cap.* requiratur processus, & sententia, tenent *Affl. in cap.* 1. *de feud. sin. culp. non amit. Pisanel. ad prag. editam Thor num.* 52. *Tap. de Iure Reg. in d. Cap. Bona proditorum*, sed admoistratio bonorum ipso jure amittitur ab illo tem-
35 pore, quo quis committit crimen perduellionis: dominium verò non transit in fiscum, nisi lata sententia, *Gabr. com. concl. lib.* 7. *concl.* 11. *Boss. de sent. num.* 48. *Gram. decis.* 15. *nu.* 7. *& seqq. Farin. q.* 116. *num.* 20. *Coler. de proces. exeq. p* 1. *c.* 3. *num.* 84. *Petre. concl. crim.* 83. *Prat. obser.* 51. *n.* 17. *Faber coniect. Iur. lib.* 7. *cap.* 20. *Fach. contr. Iur. lib.* 9. *cap.* 35.

36 Interim verò non potest delinquens alienare, nec ei rectè ab ejus debitoribus solvi potest, ad hoc ut sit fisco consultum, si sequatur delinquentis condemnatio, *Fab. in rati. l. eius qui. ff. de jur. fisc. Rever. decis.* 126. *ubi de Marin.* excepto
37 si rebellio sit notoria, in qua non est necessaria sententia, sed tali casu dominium bonorum delinquentis transit ipso jure in fiscum, absque aliqua declaratoria, *Anchar. cons.* 349. *Revert. dec.* 2. *prag.* 1. *de bon. prod.* ubi *Rov. n.* 6. 7. *&* 8. quãdo autem delictum dicatur notorium? diximus, *tit.* 7. *cap.* 6.

38 Infertur nonò quòd in confiscatione bonorum nõ veniunt bona, & jura conditionalia delinquentis, *Gomez. var. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 2. *Surd. de alim. tit.* 8 *privileg.* 59. *n.* 19. unde si defuncto
39 sit delata aliqua hæreditas, ipsum jus adeundi non transmittitur ad fiscum, qui non potest ex persona delinquentis adire hæreditatem non agnitam, *Nell. de bann. p.* 1. *num.* 30. *Rain. cons.* 23. *num* 26. *lib.* 5. *Ceval. com. cont. comm. qu.* 320. *col.* 2. *Lar. §. testamentum, q.* 19. *Pereg. de Iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 9. *num* 1. *Fachin. contr. Iur lib.* 9.
40 *cap.* 36. & potest delinquens hæreditatem, vel aliquod jus non agnitum repudiare in præjudicium fisci, *Boss. de bon. publ. num.* 29. *Franch decis.* 101. *num.* 6. *Scial. de forind. cap.* 16. *num.* 11.
41 unde fiscus non succedit delinquenti in bonis quæsitis post publicationem, in qua non veniunt bona futura, sed tantum præsentia, *Boss. loc. cit. num.* 15. 66. & 86. *Catalan. de indul. cap.* 2. *num.* 63. *& cap.* 17. *num.* 85. *cum seqq. Surd. de alim tit.* 8. *privileg.* 59. *num.* 17. *& seq. Cabal. cas.* 264. *num.* 9. *&* 18. *cum seqq. Rovit. in rub. de sent. forind. num* 16. *Merl. contr. for. cent.* 2. *cap* 20. *&* 21. *Scial. d. cap.* 16. *n.* 11. *in fin.*

42 Infertur decimò quòd si bona Patris confiscantur propter ejus delictum, non confiscatur legitima filiis, quæ eis debetur, etiam Patre vivente, *Thesaur. decision.* 104. *&* 198. *Clar. q.* 78. *vers. videndum est, Surd. de aliment. tit.* 1. *qu.* 31. *num.* 11. *Farinac. quæst.* 24. *num.* 34. *cum seqq. Scial. de forind. cap.* 16. *num.* 25. *Sanch. in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 25. *Maffia.*

fin.de confisc.bonor.quæst.28.in princip.

43 Quòd fallit in crimine læsæ Maiestatis, per quod si bona Patris publicentur, legitima filiis non debetur, nec Patre vivente, nec eo mortuo, *l.5.C.ad l.Iul.Maiest.Farin.q.116.nu.77. & seq. Merl.de legit.lib.3.tit.1.q.30.*nam pęnæ infli-
44 ctæ contra Reos læsæ Maiestatis tsanseunt etiã ad filios, *d.l.5.§.filiis vero, Massin.de confis.bon.q.4.num.70.& seq.Calvin.de aequit.lib.2. cap.12.in princ.*unde filii rebellis privantur omnibus suc-
45 cessionibus, etiam extraneorum, tam ex testamento, quam ab intestato, *Boß.de bon.publ.nu.8.& de crim.læs.maiest.nu.134. Clar.§.læsæ Maiestatis, verb.fuit etiam*, & habetur in *d.l.5.*quæ *lex* est crudelis, ex quò facit sentire damnum parentum filiis, contra *l.sancimus*, *C.de pœn.l. Divi fratres*, *ff.de iure patr.cum concord.Covar. var.resol.lib.2.cap.*8.unde à *DD.* diversæ ei sunt attributæ restrictiones, sivè potius explicationes.

46 Primò dicta *lex* fuit intellecta, ut procedat in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, & sic in crimine perduellionis, non autem in secundo capite, *Menoch.cons.99.Robert.Aurel.lib.2. sent.cap.22.Boer.in tract.de crim.læs. Maie. cap.3.num.19.Boer.dec.77.num.12.& dec.264. nu.11.Alberic.de Ros.3.par.stat.q.18.in fin.*

47 Secundò pœna *d.l.5.* non habet locum contra filios natos, vel conceptos antequam Pater tale perduellionis crimen commisisset, *Gomez. var.lib.2.cap.3.num.13.Covar. var.lib.2. cap.8. num.5.Tiraq.de primog.q.23.num.20. de Marin. res.quotid.lib.2.res.95.Conciol.res.crim. verb.læsæ Maiestatis, resol.un.num.11.* qui plures adducit, & dicit ad propositum *S.August.in Deuter. q.42.* quod si Adam peperisset filium in statu innocentiæ, iste non portaret iniquitatem peccati.

48 Tertiò ex quò pęnæ non sunt extendendæ, ideo pœnæ impositæ per *d.l.5.* contra filios rei criminis perduellionis, non habent locum contra nepotes, *Gomez. var.lib.3. cap.2. nu.15. Boer.de crim.læs.Maest.cap.3.num.68. Decian. tract.crim lib.35.cap.41.num.7.Gaill.lib.2.obser. 36.Merl.de legit.lib.3.tit.1.q.30.n.15.*

49 Quartò pœnæ *d.l.5.*non habent locum contra filias fœminas, *Clar.q.78. num.10. Decian.d. cap.41.num.12.Farin.q.24.num.96. Cabal.resol. crim.cas.276.num.3.Massin.de confis.bon.q.4.nu. 81.Rot.Rom.apud Conciol.dec.298.num.7.& decis.351.Vivian.de iure patron. decis.106.num.7.* & Rex Ferd. honorificè maritavit filias Principis Rossani, Rei læsæ Maiestatis, ut ex *Affl.* refert *Prat.pract.obser.51.num.22.& 23.*

50 Denique aliqui *DD.* dix‹runt, quòd pęnæ contra filios inflictæ in tota Italia in desvetudinem abierunt, & quòd amplius non serventur, quia dispositio *d.l.5.* est correcta per *l.sancimus*, *C.de pen.* dixerunt *Gig. de crim. læs.Maiest.tit.de pœn.quas fil.incur.q.23.num.3. Clar.§. læsæ Maiestatis, num.15.& Baiard. ad eund.q. 83.num.42.Decian.tract.crim.lib.7.cap.41.num. 38.& 48.Ceval.com.con.com.q.653.num.38.Pereg.de jur.fisc.lib.3.tit.9.num.10.Farin. quæst.17. num. 48. & qu. 116. num. 144. & seq. Ret. decis.62. num.6.post 1. vel. cons.eiusd. Farinac. Menoch. de arbitr.Iudic. qu.86. num. 4. 5. lib. 1. Bal. tract.crimin. lib.3. q.5. num.11. Maran. disp.3.num.16.Pascal.de patr.pot.p.4.cap.5.num. 15.Massin.d.q.4. in fin. Merl.de legit.lib.3.tit.1. q.30.num.26.Decian.Ign.Buda.Gomez, Covar. & alii, citati à Mart.de success.legal.p.1.q.8.art. 1.num.10.*

51 Illud tamen tene perpetuò menti, quòd in omnibus casibus, in quibus per legem est statuta pęna confiscationis bonorum, illa non habet locum, quando ex causa receditur à pœna ordinaria delicti, & imponitur pœna extraordinaria, *Baiard.ad Clar.q.64. num.125. Pereg. de Iur.fisc.lib.5.tit.1.num.26.Guaz.de confisc.bon. concl.13.lim.7.8.& 9. num.2. Massin. de confis. bon.q.3.in fin.Ginrb.cons 58.num.8. & seq.Capyc. Lat.consul.131.num.22. Conciol.verb.confiscatio, res.1.*

52 Tertia pœna contra committentem crimen læsæ Maiestatis est infamiæ, nam post mortem memoria delinquentis damnatur, *§.1.inst.de publ.iud.Gram.decis.6. Farin.q.10. num. 143.* &
53 diximus *tit.2.cap.14.num.24.* quod procedit contra Reum læsæ Maiestatis in primo capite, non autem in secundo, *Bart.in extravag. qui sint.rebelles, verb.rebellando, Decian.tract.crim. lib.6.cap.39.num.38.Gaill.lib.1. de pac.publ.cap. 20.num.11.Urs.ad Affl decis.21.num.7. Molin. de iust.& iur.tom.4.tract.3.disp.43.num.6. Fach.contr.Iur.lib.9.cap.33.*

54 Quarta pęna contra reos læsæ Maiestatis est, nã perdunt nobilitatẽ à die patrati delicti, sequuta tamen condemnatione, sed pendente processu super condemnatione retinent nobilitatem, *Fab.in C.lib.9.tit.6.definitione 8.*

55 Quinta pœna est nam domus perduellis diruitur, *cap.felicis, de pęn.Luc.de Pen. in l.1.C.de pet.bon.sub lib.10. Musc.in pra. tit. de crim. læs. Maiest.rub.de pœn. num. 39. Arnisa. de iure Maiest.lib.2.cap.6.num* 9.si tamen domus per-
56 duellis reperitur obnoxia creditoribus, tunc domus non diruitur, sed creditoribus adiudicatur, cum sententiæ inscriptione in lapide apposito, in memoriam damnati, *Gandin.de malefic.rub.de bon.malef.col.1.nu.3. Roman.cons. 124.Fab.lib.9.C.tit.6.def.1.*

57 Sexta pœna pro crimine crimine læsæ Maiestatis est, nam Universitates quæ tale crimen commiserunt, sale aspersæ, aratro subiiciuntur, *Camer.in pract.crim.q.incip. circ.tertium, num.4. fol.216.de Marin.ad Rever. dec.98. num.2.* sequuta tamen Principis declaratione, pœnèa quem talis potestas residet, *Boss.de crim.læs.Maiest.num.132. Nig.in cap. Nuper apud Tranum, num.81.& 82.*

SUMMARIUM.

1 *Non Subditus, quia non tenetur observare fidelitatem, nisi eius Principi, non tenetur crimine lesa Maiestatis.*

2 *Forus sortitur ratione delicti.*

3 *Ob delictum quis sortitur forum, sed non evadit Subditus.*

4 *Non subditus si sollicitat vassallos alieni Principis, quòd Principem offendant, non tenetur crimine lesa Maiestatis.*

5 *Pracipuè si eos sollicitat in alieno territorio, non in teritorio Principis offensi.*

6 *Princeps superiorem non recognoscens si intrat in teritorium alterius Principis, & portat bellum, non incurrit in crimen lesa Maiestatis.*

7 *Clerici non tenentur crimine lesa Maiestatis.*

8 *Ex delegatione Apostolica Sedis potest procedi cõtra Clericos pro tali crimine.*

9 *Vassallus ratione feudi non tenetur crimine lesa Maiestatis.*

10 *Dolus informat crimen lesa Maiestatis, & eo cessante illud non constituitur.*

11 *Dicens, aut faciens aliquid per metum non tenetur crimine lesa Maiestatis, ob carentiam doli.*

12 *Prastans iuramentum homagii per metum alicui Regi excusatur à crimine lesa Maiestatis.*

13 *Revelans secreta Principis, sed non malo animo, non incurrit in tale crimen.*

14 *Prastans opem hostibus per metum excusatur à crimine lese Maiestatis.*

15 *Accedens ad hostes, vel scribens litteras eisdem, sed non dolosè non tenetur dicto crimine; quòd limitatur, n.16.*

17 *Accedens ad hostes cum licentia sui Principis pro recuperatione castrorum occupatorum, an si serviat dictis hostibus per substitutum incidat in crimen lesa Maiestatis?*

18 *Seditio non punitur, nisi fuerit commissa per dolum, & malo animo contra Principem, & Reipublica tranquillitatem.*

19 *Civitas qua per vim fuit ab hostibus capta, vel se illius manibus dedit ob adventum magni exercitus, cui resisti non poterat, non tenetur crimine lesa Maiestatis.*

20 *Miles pro crimine militari commisso absque dolo non tenetur crimine lesa Maiestatis.*

21 *Sed tenetur alia pęna iuxta ordinationes militares.*

22 *Mercator qui lucri causa transmittit mercaturas ad hostes non tenetur pœna l. Iulia Maiestatis.*

23 *Sed tenetur crimine illiciti commercii.*

24 *Emptio, & venditio est prohibita cum Barbaris.*

25 *Pęna mercatoris, transmittentis merces ad Hostes lucri causa est capitalis.*

26 *Pęna capitalis imposita per legem pro aliquo crimine non intelligitur de pœna vitæ.*

27 *Leo fuit Imperator, & ideo eius Novella sunt leges.*

28 *Civitas qua se rebellat Presidi ob eius malos mores non tenetur pœna l.Iul.Maiestatis, sed punitur alia pœna.*

29 *Sciens, & non revelans tractatum contra Principem, non incidit in crimen lesa Maiestatis, nisi etiam fuerit particeps.*

30 *Voluntas committendi crimen lesę Maiestatis non punitur.*

31 *Fallit si sit deventum ad actus exteriores.*

32 *Conatus in quocumque atrocissimo crimine non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria.*

33 *Fallit in crimine lesa Maiestatis, in quo punitur conatus pęna ordinaria, licèt crimen non sit consumatum.*

18 Episcopo ordinetur, qoia licèt non possit ordines minores conferre ejus noo subdito: tamen conferendo, imprimitur character, & delinquê-

do

do venit ab Ecclesiastico cognoscendus; dummodo habeat requisita Sacri Concilii Tridentioi, *Graſ. de effect.cleric.effect.1.num. 634. & seq. Ricc.resol.150.par.2.prax.Eccles.& resol.318. par.3.Barbos.de potest.Episcop.p.3.alleg.8.nu.18.* An autem Vicarius generalis possit beneficia conferre, vide *Sanfel.dec.3.*

19 Interim verò quòd per Ecclesiasticum deciditur articulus ei remissus, debet carceratus manere in carceribus Iudicis laici, pro ut teoent infrascripti DD. *Franch. decis. 189. Ses. decis. Arag.113.num.18.cum seqq. Barbos.in l.Titia, num.29.vers.quinimò,ff.sol.matr. Gratian.discep. forens.cap.190.num.16. Merlin. contr. lib.2.cap. 41.num.1. Carlev.de judic. lib.1.tit.1. num.909. vers.& cum iterum, Bellarmin.in observ.ad Concil.Trid.ad cap.6.sess.23.de reform.verb.in mino-*
20 *ribus*, excepto si Reus sit in sacris ordinibus constitutus; nam tunc, licèt opponatur sacros ordines non fuisse ritè, & rectè collatos, quia ordines jam operaverunt eorum effectum, quoad characteris impressionem, ad solam bullarum ostensionem est consignaodus carceratus, unà cum actis, Iudici Ecclesiastico, *Bellarm. loc.cit. Merlin.d.cap.41.*qui ità *num.4. vers. sed nihilominus*, decisum refert per Mag.Cur.Vica. & per Sacr.Cons.

SUMMARIUM.

1 *Clericus conjugatus qui duxit unicam uxorem, & virginem gaudet privilegio fori in criminalibus,&* can.si quis suadente Diabulo.
2 *Non gaudet in civilibus dicto fori privilegio.*
3 *Clerici conjugati non sunt exempti ab impositionibus sacularibus.*
4 *Possunt cogi ad subeundum munus electatus, & alia munera personalia Universitatum.*
5 *An contra eos possit liquidari instrumentum in Curia saoulari?*
6 *Sententia lata per Iudicem laicum in civilibus, in qua tractatur de exequutione personali contra clericum conjugatum, debet exequutioni demandari per Iudicem Ecclesiasticum.*
7 *Clericus conjugatus debet incedere cum habitu, & tonsura, & servire in divinis, alias non gaudet privilegio fori in criminalibus,*
8 *Potest servire in divinis in quacumque Ecclesia.*
9 *Clericus conjugatus debet continuè deferre habitum, & tonsuram.*
10 *Debet probare se contraxisse matrimonium cum unica, & virgine, alias non gaudet privilegio fori in criminalibus.*
11 *Non potest habitum reassumere si contraxit matrimonium, uti laicus habitum, & tonsuram deferendo.*
12 *Si contraxit matrimonium uti clericus, & inservit in divinis, licèt aliquando dimisit habitũ, gaudet privilegio fori.*
13 *Si post reintegrationem laicum se gesserit privatur privilegio fori.*
14 *Uxor clerici conjugati non gaudet privilegio fori in criminalibus.*

CAPUT III.

De Clericis conjugatis, & de requisitis pro privilegio fori.

1 CLericus conjugatus, qui unicam, & virginem duxit uxorem, gaodet in criminalibus fori privilegio, & *can.si quis suadente Diabulo, cap.un.de cler.coniug. in 6.* & cavetur in *Concil.Trid.in can.nullus, 23 sess. de reform.* quibus non repugnat *Ritus M.C.66.* ubi contra Clericum conjugatum proceditur in M.C.V. tanquam contra laicum, qui *Ritus* intelligitur in civilibus, non in criminalibus, pro ut sic illum intelligunt *Affl. in Const. Reg. Damna clandestina, num.33.vers.sed juxtà hos quero, Rocc.tom.2.resp.58.num.2.vers. & quantum,* & secundùm hunc iotellectum dictus *Ritus* non est contrarius, sed se cõformat cũ Iure canonico, per quod pro negotiis civilibus
2 Clerici conjugati cõveoiti debent coram Iudice sęculari, & non gaudent privilegio clericali, *cap.1.de cler.conjug.in 6.d.cap.nullus, 23. de reform. Covar.pract.cap.31.num.7. Farin. quaest.8. num.7. Sanch.de matrim. lib.7.dis.46. num.22. Tap.jus Reg.lib.1.fol.34.Ricc.decis.169.p.3.num.* 2.plures adducit *Rocc.d.tom.2.resp.35.num.12.*
3 unde Clerici conjugati non sunt exempti à sęcularibus impositionibus, *glos.in cap. un. verb. cateris, de Cler.coniug.in 6. Covar.d.cap.31. num. 9.Graff.de effect.Cleric.effect.3.num.44.Barbos.de offic. & potest.Episc.p.2. alleg.13. in princip & in Coll.Iur.can.tom.4.super cap.un. de cler.conjug.n. 11.Ricc.decis.169.num.4.p.3. Rocc.resp.58.num. 8.lib.2.* nec gaudent beneficio *cap Odoardus, Natta cons.356. Covar.var.lib.2.cap.1.nu.9.vers. propter quorum, Molin.de iust.& Iur.tract.2.disp.570.num.20.Sanchez de matrim.l.7. disp. 46. num.23.Rocc.d.num 8. vers.meritò,* & possunt
4 Clerici coniugati compelli ad subeuoda munera electatus, & alia personalia munera Universitatum, *Guid.pap.decis.384.Squillan.de privileg.cleric.cap.7.num.28.vers.utrum, de Marin. resol.quotid.lib.1.cap.58.num.9. Ricc. decis.169. p.3.Roccus d.resp.35. num.22. & per totum,* &
5 contra Clericos conjugatos potest instrumentum liquidari in Curia sæculari, *Capibl.de baran.prag.8.p.3.num.52. Sanfel.decis.230. num.4. vers.sed quid observandum.Roccus resp.58. num. 5.& 15.lib.2. Marot.discept.for.cap 9.*cujus contrarium tenent *Ricc.decis.170. p. 3. de Marin. resol.quotid.lib.1.cap.58 n.1.*

6 Ve-

6 Verum si fuerit per Iudicem laicum lata sen-
tentia in civilibus contra clericum conjugatũ,
& tractetur de exequutione personali, non po-
test hoc expleri per Iudicem laicum, sed debet
exequi per Ecclesiasticum, *Sanch.de matrim.lib.
7.disp.46.num.23.de Mar.d.cap.58.nu.13. San-
fel.decis.230.num.4. Borrell.in 1.p.sum. decis.tit.
de cler.coniug.num.7. Rovit.in prag.1. num.2.de
cler.salv. Barbos. in call. ad Conc.Trid.cap.6.sess.
23.num.44.de reform.*
7 Sed in criminalibus ad hoc ut Clericus con-
jugatus gaudeat privilegio fori, necesse est ut
incedat cum habitu clericali, & tonsura, &
quòd serviat in divinis, *de Marin. resol.quotid.
cap.58.lib.1. Sanfel.decis.14.* & 15. quod servi-
8 tium in divinis sufficit si expleatur in quacum-
que Ecclesia, etiam si non fuerit ab Episcopo
deputata, *Ricc.decis.111* & 154.*p.4. Sanfel.de-
cis.247.num.4.Squill.de privil.cleric.cap.7.nu.7.*
9 & habitus clericalis debet continuè deferri
per Clericum conjugatum, & nunquam deseri;
& in *Conc. Talano* non ob aliud Clerico conju-
gato privilegium fori denegatum fuit, nisi quia
in femoralibus usus fuit colore, *Afrer.dec.225.*
& 252.
10 Debetque conjugatus pro obtinendo fori
privilegio in criminalibus, probare se contra-
xisse matrimonium cum unica, & virgine, *cap.
un.de cler.coniug.in 6. Affl.in Const.Reg. Apasta-
tantes, num.14.Clar.§.fin.quaest.36.num.10.San-*
11 *fel.decis.14.num.16.* nam Clericus conjugatus
debet uti clericus cum habitu, & tonsura ma-
trimonium contrahere, quia si contraxit uti lai-
cus, habitum, & tonsuram deserendo, & postea
delinquat, non potest habitum reassumere in
præjudicium jurisdictionis sęcularis, *Sanfel.d.
decis.14.de Marin.d.cap.58.num.5.* secus si con-
12 traxit matrimonium uti clericus, & inservit in
divinis cum habitu & tonsura; nam si aliquan-
do dimiserit habitum, & deliquerit, gaudet fo-
ri privilegio in criminalibus, ut decidit *Sacra
Congregatio*, pęnès *de Marin.lib.1.cap.48.nu.5.*
& *lib.3.cap.132.à num.3.* e contrario si post re-
13 integrationem laicum se gesserit, destituitur
beneficio fori, & per S.C. fuit denegata remis-
sio Caroli de Renzo, Clerici conjugati ad Iu-
dicem Ecclesiasticum, ex quò post reintegra-
tionem exercuit in sua Patria munus Notarii,
Sanfel.d.decis.14.n.9.
14 Sed uxor Clerici cõiugati, nec quidẽ in crimi-
nalibus gaudet privilegio fori, de *Marin.resol.
quotid.cap.ult.lib.2.* post recitatas hinc indè opi-
niones, tenet partẽ negativã, nixus dispositioni
Concil. Trid.sess.23. cap.6. ubi requirit habitum,
tonsuram, & servitium in divinis in Clerico
conjugato, pro obtinendo fori privilegio in
criminalibus, quæ requisita in uxore Clerici
non possunt verificari.

SUMMARIUM.

1 *Casus proponitur.*
2 *Contractus simulatus non est contractus.*
10. *Est ipso iure nullus.*
3 *Per contractum simulatum non transfertur ne-
que dominium, neque possessio.*
4 *An contractus sit simulatus facti est.*
5 *Iudex laicus cognoscit de quæstione facti.*
6 *Non cognoscit de excommunicatione, tamen co-
gnoscit de facto, si talis sit excommunicatus.*
7 *Non cognoscit de matrimonio, sed diudicat, an
inter aliquos sit contractum matrimonium.*
8 *Non potest conferre beneficium, sed tractat quæ-
stionem facti circa beneficium.*
9 *Iudex sæcularis cognoscit de contractu simulato,
& num.11.*

CAPUT IV.

Iudex sæcularis an possit cognoscere de contractu simulato?

1 Titius pro pęna ictus scop-
pitti fuit reputatus contu-
max; cumque fiscus inten-
deret recuperare ducatos
mille super bonis dicti Ti-
tii delinquentis, invenit il-
la pęnès personam Eccle-
siasticam, sed factis dili-
gentiis per fiscum, invenit dictam personam
Ecclesiasticam confecisse albaranum ad benefi-
cium Titii, in quo declaravit super dictis bonis
dictam personam Ecclesiasticam habere nudum
nomen, & quòd dicta bona spectabant ad Ti-
tium, & ex nũc pro tunc retrocessit dicta bona
2 Titio, quæritur an fiscus possit dicta bona alie-
nata revocare corã Iudice laico. Crederem hoc
posse fieri per fiscũ, ea ratione, quia cõtractus si-
mulatus non est contractus, ex quò in eo deficit
consensus: nam potius attenditur, quòd agitur,
quam quòd simulatè concipitur, ut in *tit. C.plus
valere quod agitur, Farin.quæst.162.num.7.8.* &
3 9. cumque ex contractu simulato non trasfera-
tur, neque dominium, neque possessio, sequitur
quòd nunquam dominium exivit, sed semper
permansit pęnès Titium, *Bart.in l.cum sior, ff.de
aqu.plu.arcend.Tiraq.de constit.p.3.limit.8.num.
3.* stante etiam declaratione facta per personam
Ecclesiasticam in albarano, in quo retrocessit
Titio dicta bona; quo casu semper intelliguntur
extare pęnès Titium, *Farinac. d. qu. 162.
num.27.* & 29.*Staib.resol.for.cent.2.cap.136.à n.
6.cum seqq.* ac proindè, cum fiscus inveniat di-
cta bona pęnès delinquentem, non autem pœ-
nès

nès personam Ecclesiasticam, rectè poterit coram Iudice laico agere pro recuperatione dictorum ducatorum mille, quia hæc facti sunt, & nulla de Iure cadit disceptatio, quia si contractus fuit simulatus, nunquam res exivit à dominio laici; nam in simulato contractu contrahentium assensus deficit, *Rovit.decis.3.num.17.*
4 & tunc quæstionem circa factum versari, ait *Cin.in l. Aretusa.ff.de stat.hom.num.6.* unde *DD.*
5 quæstionem de facto Iudici laico submittunt, *Carol.de Gras.de effect. cleric.effect.1. num.403. Vant.de nullit.ex defect.iurisd.sub num.54. Sperel.decis.80.nu.54.*

6 A simili excommunicandi jus omnino est Ecclesiasticum, & tamen Iudex laicus legitimè quærit, an is, qui ipsius forum ingreditur ab Ecclesiastico excommunicatus sit, vel non, ex quò ista quæstio ad solum factum refertur, *cap. decernimus, de sent.excom.in 6.Felin.in cap.fin n. 10.de excep. Marin.res.quotid.lib.3. in fin. fol. 990.vers.dum esset opposita, Petr.rit.61.num.1.*

7 Matrimonium connumeratur inter spiritualia, attamen cum agitur, non de ejus validitate, sed an inter aliquos contractum sit, laicus dijudicare potest, *Bar.in l.omni novatione, num. 2.C de sacr.san.Eccles.l.quoties, de jud.l.2. C.de jurisd.omn.Iud.num.2.Covar.de spons.2.p. cap.8. §.12.n.3.Franc.decis.36.n.3.*

8 Laicus beneficium cuiquam conferre non potest, *cap.2. de rescrip.* tamen quæstionem facti, beneficium respicientem legitimè tractat, *Navar.in cap.cum contingat, d. remedio, de rescrip.fol.149.*

9 Unde patet quòd disquisitio veritatis facti, de quo nunc agimus, Iudici laico non interdicitur.

10 Præterea, cum contractus simulatus sit ipso jure nullus, *Farin.cons.162. num.9.* imò potius dicitur contractus carens substantia, tanquam corpus sinè spiritu, & sinè effectu, *Rot.decis.141. num.3.* & cum id quod nullum est, nullum parit effectum, *l.4. §. condemnatum, ff.de re jud.* idque potissimum, quando adest titulus lucrativus; tunc enim sufficit dolus donantis, etiam donatario insonte, ad *textum in l.qui autem, §. simili modo, ff.de his quæ in fraud. cred.l.si fran-*
11 *dator, in princ.ff.eod.* ac proinde cum is qui donare simulavit, in vera possessione rei donatæ existat, laicus sit, laica Curia adeunda est, ex illa regula, Actor sequitur forum rei, *l.ult.C.ubi in rem actio*, & hanc opinionem tenent *Urs.ad Affl.decis.72.e Ann.cons.82. Gutier. pract.concl. lib.2. cap. 182.Capibl. de Baron.pragm. 8. p. 3. num.87.*

S U M M A R I U M.

1 Clericorum exemptio à foro sæculari est de Iure Divino.

2 Papa cum causa, in certis casibus, potest privare Clericos privilegio fori.

3 Clericus pro crimine assassinii cognoscitur à Iudice laico absque degradatione Iudicis Ecclesiastici.

4 Sed delictum assassinii tali casu debet esse consummatum.

5 Clericus assassinus non privatur foro ob solam accusationem de assassinii crimine.

6 An requirantur inditia ad torturam, vel plenæ probationes?

7 Clericus assassinus potest puniri per Iudicem laicum absque ulla degradatione.

8 Debet præcedere declaratoria Iudicis Ecclesiastici.

9 Clericus pro crimine læsæ Maiestatis cognoscitur à Iudice laico, quòd est quoque cautum de Iure Regni, num. 10. contraria opinio est verior, num. 11 quomodo practicatur? n.13.

12 Clerici non tenentur crimine læsæ Maiestatis.

14 Clericus incedens absque habitu, & tonsura, & sava committens, punitur à Iudice laico, dummodo interveniat trina monitio, num.15. remissivè, fallit, si gerit habitum, n.16.

17 Clericus Notarius ob falsitatem commissam in officio notariatus cognoscitur a Iudice laico, & num.20 contra n.21.& 22.

18 Clerici non possunt exercere munus Notarii, & quæ sit ratio? n 19.

23 Clerici, aliæque personæ Ecclesiasticæ, quæ exercent aliquod sæculare officium, si in eo delinquant cognoscuntur a Iudice Ecclesiastico, non laico.

24 Clericus pro redditione computorum tutelæ administratæ debet conveniri coram Iudice Ecclesiastico.

25 Clericus ratione feudi, quod tenet à laico, est conveniendus coram Iudice laico, quomodo hoc intelligitur? n.26.

27 Clericus pro crimine falsæ monetæ cognoscitur à Iudice laico, contra n.28.

29 Deponens falsum coram Iudice laico debet ab eodem cognosci, contra num.30. sed potest condemnari per Iudicem laicum ad jacturam causæ, n.31.

32 Clericus effectus, post quam fuit conventus coram Iudice laica, non declinat forum, & num.34.

33 Causa dicitur præventa per solam citationem exequutam, & n.38.

35 Clericus laudatus in Authorem non declinat forum, contra n.36.

37 Conventus uti hæres laici non habet fori privilegium, fallit, n.39.& 40.

41 Res litigiosa si fuerit alienata in personam Clerici, an Iudex laicus possit sententiam contra conventum exequutioni demandare?

42 Avocatio pecuniæ liberatæ Clerico cum cautione, vel alio vinculo, fit coram Iudice laico.

45 Fallit si pecunia fuit liberata absque vinculo, quia tunc clericus gaudet privilegio fori.

43 Cautio facit extare pecuniam.

44 Clericus declaratus hæres laici, cum clausula sal-

salvo jure cujuslibet, conventus coram Judice laico, non potest forum declinare.

46 *Clericus si postquam delictum patravit, evadat laicus debet cognosci à Judice laico, & n.48.*

50 *Excepto si causa esset praventa per Iudicem Ecclesiasticum, nam tunc ipse cognoscit.*

51 *Si verò Iudex laicus pravenit ipse cognoscit.*

47 *Referuntur DD. qui tenent contrariam opinionem.*

49 *Clericus, qui postquam se obligavit evadit laicus, cognoscitur à Judice laico.*

52 *Laicus effectus clericus post delictum patratum debet cognosci à Iudice Ecclesiastico.*

53 *Etiam si clericatus esset assumptus in fraudem, quia tunc quoad districtionem personalem est cognoscendus à Iudice Ecclesiastico.*

54 *Clericatus quando dicatur assumptus in fraudem?*

55 *Clericus citatus à Iudice laico si sua putaverit interesse, non potest forum declinare.*

56 *Nec citatus à Iudice laico ad videndum confectionem inventarii.*

57 *Nec citatus ad concurrendum in dilatione quinquennali.*

60 *Quod limitatur.*

58 *Nec citatus in judicio diffamationis.*

59 *Supradicta explicantur, ut procedant quando Clericus evadit Actor voluntarius, secus si evaderet reus necessarius; nam tunc ei competit remissio ad Iudicem Ecclesiasticum.*

61 *Clericus pro jure retractus est cognoscendus à Judice laico.*

62 *Contraria opinio est verior.*

63 *Clericus ligatur jure congrui activè, & passivè, & n.65.*

67 *Fallit in diœcesi Neap. in qua Clericus non ligatur jure congrui.*

64 *Statuta laicalia non ligant Clericos.*

66 *Fallit quando sunt confirmata per Ius canonicum.*

68 *Consuetudines Neapolitana an sint recepta per Curiam Ecclesiasticam?*

69 *Fuerunt ordine Regis Caroli redacta in scriptis per duodecim Viros, & Antistitem dic. Civitatis.*

70 *Clericus decedens non ligatur Consuetudine Neap.* Et si testator, *sed potest de bonis antiquis ad libitum disponere.*

71 *Clericus in judicio reconventionis convenitur coram Iudice laico.*

72 *Reconventio quo tempore fieri debeat?*

73 *Reconventio non cadit in causa criminali.*

74 *Nec in causa liquidationis instrumenti.*

75 *Famuli, & familiares Episcoporum an gaudeant fori privilegio?*

76 *Clericus conventus actione reali an possit forum saculare declinare?*

CAPUT II.

In quibus casibus Clerici subijciantur jurisdictioni Iudicis laici.

1 MAgistratus sæcularis, licèt nullã habeat jurisdictionem contra Clericos, aliasq; personas Ecclesiasticas, quia eorum exemptio est de Iure divino, & positivo, *Genes.47. Esdr. li.1. cap. 47. Matt. cap.17. Ioan. cap. 20. can. continua, q.1. cap. si diligenti, de for. comp. cap. cum ab homine, de jud.* cũ cuocor. *Auth. statuimus, & in Auth. ut Clerici, C. de Epis. & Cler. Covar. pract. quaest. cap. 31. Bovad. lib. 2. polit. cap. 18. nu. 17. & ex num. 23. Gras. de effect. cleric. in prælud. nu. 1.*
2 *& effect. 1. num. 2.* potest tamen Papa, ex causa, interpetrare, & illud limitare in certis casibus, & sic privare Clericos privilegio fori, *Bart. in l. omnes pop. ff. de just. & jur. Bald. in l. fin. C. si contra jus, Abb. & omnes in cap. quæ in Ecclesiarum, de const. Pont. decis. 9. num. 7. Covar. pract. quaest. cap. 31. num. 4. & 6. Boss. de for. comp. num. 142. in fin. Farin. quaest. 8. num. 4. vers. limita,* Reperiuntur tamẽ aliqui casus, in quibus Clericus privatur privilegio fori, & cognoscitur à Iudice laico.

3 Primus casus est in Clerico assassino, quem non gaudere privilegio fori, & posse à Iudice sæculari puniri, ex *cap. 1. de homicid. in 6.* tenẽt *Grammat. vot. 8. num. 1. & seqq. & vot. 9. num. 17. Clar. § fin. q. 36. n. 29. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 10. Boss. de for. compet. nu. 140. & 142. Boer. qu. 69. n. 10 Viv. com opin. verb. Iudex laicus potest, Farin. quaest. 8. nu. 82. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 681. & seq. Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 51. num. 1.* qui *nu. 3. & 4.*
4 requirit quòd delictum sit consummatum, saltèm cum gravibus vulneribus, licèt mors non fuerit sequuta, aliàs Clericus fori privilegio nõ privatur. Sed non sufficit accusare, vel imputa-
5 re Clericum de assassinio, ad finem eum privãdi fori privilegio, quia solus titulus non est sufficiens ad tribuendam jurisdictionem, *l. famosi, §. hoc autem crimen, ff. ad l. Iul. maiest. Grammat. cons. 1. post decis. num. 55. Mastrill. de indult. cap. 29. num. 19. de Marin. resol. quotid. lib. 2. c. 232.*
6 sed ad effectũ tribuendi jurisdictionem Iudici laico cõtra Clericum assassinum, requirunt inditia ad torturam *Salernit. dec. 24. & Merl. cõtr. for. lib. 1. cap. 40.* Sed tali casu esse necessaria, vel sententiam, vel confessionem in judiciu factam, vel legitimas probationes tenuerunt *Gram. vot. 11. Avend. de exeq. mand. p. 1. ca. ult. n. 4. & seq. Farin. d. q. 8. num. 85. & seqq. Marin.*

7 *d. cap. 51. per tot.* In casu verò quod constaret Clericum esse assassinum, an possit puniri per Judicem Laicum absque prævia de-
8 gradatione facta per Ecclesiasticum, vide *Caballum de omni genere homicidij*, §. *assassinium*, *num.* 474. *Clar. dict. quæst.* 36. *num.* 30. *Decian. tract. crim. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 36. *Franch. dec.* 571. *num.* 7. *Giurb. cons.* 48. *num.* 18. *Bovadill. in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 54. *Parlad. quotid. differt. differt.* 11. §. 4. *num.* 5. *Capyc. Latr. decis.* 73. *num.* 22. *Capyc. dec.* 112. *num.* 4. *& sequ. & decis.* 155. *num.* 25. *Gramat. vot.* 8. *& vot.* 11. *Farinac. dict. quæst.* 8. *num.* 86. *in fin. & quæst.* 123. *num.* 65. *Mastrill. dec.* 288 *Dian. tit. de immun. Eccles. resol.* 51. *Fachin. lib.* 9. *cap.* 29.
9 Secundò ob crimen læsæ Majestatis Clericus privatur fori privilegio, & potest puniri per Judicem laicum, prout testatur *Clar.* §. *fin. quæst.* 36. *& in* §. *læsæ Majestatis*, qui dicit quòd ob hoc crimen fuit suspensus quidam Episcopus in Civitate Florentiæ, & *Decian. tract. crim. lib.* 7. *tit. qui commit. crimen læsæ Majest. cap.* 8. dicit in statu Veneto fuisse per Judices sæculares suspensum quendam Præsbiterum pro tali crimine, & in anno 1647. die 9. Augusti cuidam Apostatæ, qui nuncupari se faciebat Renade Volpacei, ejusque verum nomen, & cognomen recensent *Bisaccion. histor. fol.* 141. *Raphael. de Turr. histor. Neap. lib.* 4. *fol.* 36. *à num.* 74. confesso, & convicto de crimine perduellionis, & de conspiratione con Regem nostrum, præcedente prius
10 degradatione, fuit ante fores Castri nostri novi caput obtruncatum, & in Reg. adest *Const.* incip *De personis*, per quam jubetur, ut pro crimine læsæ Majestatis Clerici cognoscantur à Iudice sæculari, præsertim quando adest ratio conservandi Regna, tunc consuetudo admisit, quòd Judices sæculares possint cognoscere Clericos pro tali crimine, *Pet. Greg. sintagm. lib.* 35. *cap.* 2. *num.* 6. *cum seqq. Clar.* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 17. qui plures cumulat.
11 At contraria sententia est verior, quòd scilicèt in crimine læsæ Majestatis Judex laicus non sit competens in cognoscendo clericos, ut defendit *Franch. decis.* 691. *Revert. decis.* 43. *Ponte decis.* 9. nec exempla adducta, in quibus laicus Judex processit contra Clericos pro tali crimine movent, si quidem, ut dicit *Franch. d. decis.* 691. *num.* 7. vel fuit malè actum, vel Judices sæculares processerunt uti delegati sedis Apostolicæ, nec de dicta *Const. Reg. De personis* est curandum: si quidem, ut dicunt *Isern. & Affl. in d. Const.* illa *Const.* non est servanda, quia adversatur Juri Canonico, quo jure Cleri-
12 ci non tenentur crimine læsæ Majestatis, *cap.* 2. *de for. comp. Barbat. cons.* 21. *vol.* 3. *Farin. qu.* 8. *num.* 30. *Gram. cons.* 1. *num.* 30. *Thesaur. quæst. for. lib.* 4. *quæst.* 22. *Revert. dict. decis.* 43. & in Regno invenio fuisse practicatum, quòd
13 in tali crimine fuit processum per Regios Ministros, sed cum licentia, & interventu officialium Sedis Apostolicæ, sic testatur *Franc. d. dec.* 691. *n.* 7. fuisse processum contra illos Clericos Nobiles Neap. de talibus criminibus intinctis, sic fuisse processum tempore rebellionis Principis Salerni, & itatū cōtra Monachos, & Clericos, refert *Pont. d. dec.* 9. *n.* 11. de qua practica testātur etiam *Capibl. de Bar. prag.* 8. *p.* 3. *nu.* 46. *Rever. decis.* 11. *Tap. in Cap. Reg. de personis*, *ex num.* 8. *Merlin. contr. forens. cent.* 2. *cap.* 33. *in princ. Genu. in prax. Archiep. cap.* 73. *Mastr. decis.* 269.
14 Tertiò Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura se enormitatibus, & sceleribus immiscet, absque trina monitione, poterit à Iudice sæculari puniri, *cap.* 1. *de apost. Clar.* §. *fin. quæ.* 36. *nu.* 23. *Franch. dec.* 463. *num.* 7. *Farin. qu.* 8. *num.* 54. *vers. & licèt*, *Pont. decis.* 9 *n.* 10. *Sanfel. decis.* 13. *num.* 14. *Cap. Lat. dec.* 173. *num.* 39. Sed contra-
15 riam opinionem substinui supra *hoc eod. tit. ca.* 1. *num.* 12. quinimò licèt Clericus sævibus, &
16 enormibus, se immisceat, si tamen incedat cū habitu, & tonsura, gaudet privilegio fori, *Gramat. in Const. Apostatantes*, *nu.* 3. *Foller. in Const. De personis*, *num.* 19. *&* 20. *Pont. cons.* 36. *num.* 6. *vol.* 2. *Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 92. *Graff. de effect. cleric. eff.* 1. *num.* 812. *Marin. resol. quotid. lib* 3. *cap.* 111. *num.* 10.
17 Quintò Clericus Notarius ob falsitatem cōmissam in officio notariatus, potest à Judice
18 laico puniri, quia cum clericis prohibitum sit exercere munus Notarii, *Frāc. Marc. decis.* 194. *in* 2. *p. Tap. lib.* 1. *Iur. Reg. tit. de off. Notar. num.* 6.
19 quia hoc officiū est sæculare, à quo debet Clericus se abstinere, *cap.* 1. *ne Cler. vel Mon. Eman. Rodriq. quæst. Regul. tom.* 3 *qu.* 8. *art.* 3. ideò cum
20 à tali munere Clericus abstinere debeat, si se non abstinet, & delinquit, est à Iudice laico puniendus, ad not. per *tex. in cap. Sacerdotib. ne cler. vel monac. l. in criminali, C. de Iurisd. omn. Iud.* arguendo de Milite, ad Clericum, ut per *Glos. & DD. in l. miles, in princip. ff. de re jud. Anfror. de potest. sæcul. in Eccles. reg.* 1. *fall.* 17. quia tunc Iudex sæcularis non dicitur procedere contra Clericum per modum jurisdictionis, sed exequutivè, in consequentiam officii suscepti, *Affl. decis.* 24. *num.* 3. *& ibi Vrsil.* *Canc. var. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 108.
21 Sed contraria opinio est verior, prout judicavit *Concistorium Siciliæ*, penès *Mastrill. dec.* 159. *num.* 16. nam licèt Clerico sit interdictum exercere munus Notarii, tamē si de facto exer-
22 cuit, & delinquat, non potest puniri per Iudicem laicum, sed tantùm potest officio privari, *Hier. Port. ad Mol.* §. *clericus*, *post princ. Io: Garz. de nobil. gl.* 9. *nu.* 33. *Ferrer. p.* 1. *observ. cap.* 220. *Cancer. d. cap.* 8. *nu.* 110. *& seq. Mast. d. de-*
23 *cis.* 159. *num.* 17. à simili, licèt Ecclesiasticis sit prohibitum exercere officia publica sæcularia,

ta-

tameo si de facto exercuerint, & in illorum exercitio delinquant, non possunt de talibus excessibus puniri per Iudices sæculares, sed sunt remittendi ad Iudicem Ecclesiasticum, *Covar. practicar. quæst. cap. 33. num. 6. vers. Clerici autem. Franc. decis. 479. Caball. resol. crim. 64. à num. 8. cum seqq.* & diximus *tit. 1. cap. 15. n. 26.*

24 Sic Clericus administrator tutelæ susceptæ è manibus Iudicis laici, conventus demùm pro computorum redditione, debet conveniri coram Iudice Ecclesiastico, non verò coram Iudice laico, ut latè defendit, & decisum testatur *Rovit. decis. 20*, quem sequitur *de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 53. nu. 18. cum seqq.* ubi impugnat *Escob.* aliter distinguentem.

25 Sextò Clericus ratione feudi, quod tenet à laico, subjectus est jurisdictioni Iudicis laici: *cap. verum, cap. ex transmissa, de for. comp. DD. in cap. cæterum, de iud. And. in cap. omnibus, de prohib. feud. alien. per Frid. Farin. q. 8. num. 22. Rovit. prag. 2. de cler.* & cavetur per *Capit.* Conventionum initarum cum Rege Carolo I. & est *Capitulum* 198. quod incipit *Item statuimus quod Clerici*, & apparet ex *Cap.* Papæ Honorii, quod incipit *Item quod Clerici*, de quibus mentionem faciunt *Afft. in Const. Reg. Iustitiarios, in*
26 *fin. & Franch. decis. 691. num. 6. & 7.* quòd procedit in rebus feudum tangentibus, quoad ipsũ Clericum feudatarium, & Dominum ratione contractus inter ipsos initi; secùs quando occasione feudi oritur contentio civilis inter Clericum possessorem, & alium; nam tunc suus Iudex cognoscet, ut ex mente *de Ponte* tenet *de Marin. res. quotid. lib. 1. cap. 53. num. 13.* ex doctrina *Abb. & Fel.* quos citat.

27 Septimò Clericus committens crimen falsæ monetæ, pro quo est puniendus à Iudice sæculari, *Negris in cap. Regni, Ut quæ ab Excellentia nostra, num. 17. Franch. dec. 691. num. 7.* & dicit *Carol. de Graff. d. eff. 1. num. 576.* quod cavere debent Clerici à tali crimine, quia Reges in tali casu jura pro Clerico facientia parum servare videntur, quem allegat *Mastril. decis. 159. num. 23.*

28 Tamen contraria opinio, attenta *Bulla Urb. VIII.* sub datum in Urbe *idib. Novembris* 1624. per quam jubetur, quod Clericus pro dicto crimine debeat cognosci à Iudice Ecclesiastico, & ità per supradictam Bullam tenet *de Marin. res. quotid. lib. 1. cap. 57.*

29 Octavò Clericus deponens falsum coram Iudice sæculari, potest ab eodem puniri, *glos. in l. nullum, C. de Test.* quam sequuntur *Cin. Bald. & Salic. Trivis. decis. crim. 8. Cravet. cons. 232. Guid. Pap. decis. 176.*

30 Sed contrarium est verius, ut scilicet nullo pacto possit Iudex sæcularis punire Clericum coram eo falsum deponentem, quia dispositio *d. l. nullum*, non habet locum quoties Iudex, cujus aures sunt offensæ, est penitùs incompetens *Afft. decis. 230. Cap. dec. 142. Franc. decis. 417. & 545. nu. 6. Rocc. decis. 81. p. 4.* & diximus latè *tit. 2. cap. 1. num. 10. cum seqq.* Sed potest Iudex laicus detecta falsitate condemnare Clericum
31 Actorem ad iacturam causæ, quia hoc non est Clericum mulctare, sed reum ab impetitis absolvere, quod sæculari Iudici est permissum, quando Clericus coram eo litigat, & succumbit, *Guttier. q. 241. lib. 1. Cabal. cas. 261. Capibl. de Bar. prag. 8. p. 3. n. 97.*

32 Nonò conventus coram Iudice laico, si postea evadit clericus, non potest declinare forum Iudicis sæcularis, *l. si quis postea, & ibi glos. ff. de judic. cap. proposuisti, de for. comp.* ubi *Omnes*, & signanter *Marian. Soccin. num. 26. & 28.* & ex *num. 45.* concordantes apud *Carolum de Graf. de eff. cleric. eff. 1. ex num. 1239. & seq. vers. limitatur 65. Carle. de judic. tom. 1. disp. 2. ex nu. 906. cum seq. Ansald. de jurisd. p. 2. cap. 15. ex nu. 66.*
33 *ad num. 82. fol. 210.* & per solam citationem executam, est præventa causa, & persona, *Auth. litigiosas, C. de litig. cap. significavit, de rescrip. clem. 1. ut lit. penden. Mascard. concl. 987. Carav. rit. 234 num. 3. Salgad. de retent. bullar. fol. 198. num. 34. Galeo. contr. Iur. lib. 1. contr. 2. num. 20. Carlev. d. q. 7. num. 879. cum seq.* ubi habentur
34 concordantes, & hic articulus quoad districtionem realem nullum habet contradictorem, *Ioan. Andr. in cap. un. num. 19. de oblig. ad ratiocin. Ann. cons. 140. in princ. Alphon. Alvarez in spec. juris Pontif. & Cæsar cap. 36. vers. ubi verò, Sanfelic. decis. 2. n. 12.*

35 Decimò Clericus laudatus in Auctorem ex facto suo, vel defuncti, cujus est hæres, non valet forum declinare, *l. venditor, ff. de jud. Fach. lib. 2. cap. 38. Mara. in prax. ubi Iud. Eccles. Gul.*
36 *observ. 37.* Sed contraria opinio est vera, ut tali casu debeat adiri Iudex Ecclesiasticus, *Franc. decis. 512. num. 5. Montan. controv. 84. Capibl. de Bar. prag. 8. p. 3. num. 102. Gam. decis. 265. Ann. sing. 45. Canc. var. lib. 2. tit. de tert. oppos. num. 46. & lib. 3. tit. de cent. Iud. num. 100.* aliter distinguunt *Carl. de jud. lib. 3. à nu. 662. & Hed. ad Surd. dec. 110. à n. 15.*

37 XI. Successivè Clericus succedens laico post litem cum defuncto contestatam, non potest forum sæculare declinare ex propria persona, *l. hæres absens, ff. de iud. Dian. p. 1. resol. mora. tract. 2. resol. 24. Surd. decis. 110. Squillan. in tract. de privil. Cleric. cap. 7. nu. 59. Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 1241. Sanfel. decis. 2. num. 13. Capibl. de Baren. prag. 8. p. 3. num. 98. Mastrill. decis. 79. num. 2. & decis. 231. num. 22. Gratian. disceptat. forens. lib. 1. cap. 16. num. 32, & seqq. Castill. decis. Sicil. 2. & decis. 200.* & nedum per litis contestationem, sed per so-
38 lam citationem dicitur causa præventa; adeò ut Clericus successor non possit forum declinare, ut diximus supra *hoc cap. num. 33.* & conferunt dicenda infrà *tit. 10. c. 1. n. 2.* nisi in
39 casibus prædictis citatio esset circumducta, vel in-

instantia cum defuncto esset peremptà ; nam tunc potest Clericus causæ remissionem petere, *Anna sing.* 129. *Trentacinq. lib.* 2. *resol.* 9. *tit. de jud. Hed. ad Surd. decis.* 110. *num.* 20. *de Marin. resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 4. & 5. excepto si
40 essemus in S. C. in quo instantia quoquam perit, vel nisi esset facta monitio pro expeditione causæ, quo casu instantia perpetuatur, *Capyc. Latr. decis.* 123. *à num.* 3. *usque ad num.* 7. *Franc. dec.* 643. *Pont. cons.* 142. *lib.* 2. *num.* 5. *Galeo. controv. Iur. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 41. & *per tot.*

41 XII. Successivè si est alienata res litigiosa, potest sententia lata contra alienantem, mandati exequutioni contra Clericum, vel aliam Ecclesiasticam personam, ad quem lite pendente pervenit, per eundem Iudicem laicum, non verò per Ecclesiasticum, ut in *Cap. Reg. Conventus*, tùm ex æquitate, ut evitentur fraudes, dispendia, dilationes, & lites, cum novo rei litigiosæ possessore, & coram alio Iudice; tum etiā quia hoc est statutum de jure Canonico in *cap. Ecclesia S. Mariæ, ut lit. pend.* ubi Pontifex prohibet alienationem, ne judicia fiant elusoria, & statuta Principis laici ligant Clericos, quando sunt per Pontificem approbata, ut diximus supra hoc *tit. c.* 1. *n.* 16. & per prædicta ità tenent *Cavall pract. qq. comm. contr. comm. tom.* 3. *quæst.* 820. *à num.* 28. *Parlad. lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 4. *p.* §. 5. *nu.* 6. & decisum referunt per Sac. Cons. *Sanfel. decis.* 2. *num.* 17. & *Carl. de judic. tom.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 936. & substinent *Vrsil. ad Affl. decis.* 331. *Ioseph Ludovic. decis. Perus.* 26. *num.* 9. *Mastr. decis.* 79. *nu.* 3. Sed contraria sententia est verior, quod cōcernentia exequutionem sententiæ remittuntur ad Iudicē Ecclesiasticū, quia cum tali casu debeat præcedere revocatoria, debet in hoc Clericus citari, *Bart. in l. a divo pio*, §. *si super rebus ff. de re judic. Sebast. de Neap. super Cap. Reg. Conventus, vers. nota quod conventus*, *Covar. pract. qq. qu.* 15. *nu.* 7. constat autem Iudicem sęcularem non posse citare Clericum à sua Iurisdictione immunem, *Gram. decis.* 61. *num.* 1. 2. & 3. *Tuso. lit. C. concl.* 345. *nu.* 24. & hanc secundam opinionem tenent *Abb. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 10. *Soc. cons.* 13. & 14. *num.* 11. *vol.* 4. & decisum referunt per S. C. *Franch. decis.* 545. & *Molfes. ad consuetud. Neap. tom.* 1. *par.* 2. *tit. de personis, quæst.* 8. *à num.* 29. *usque ad fin.* sequuntur eandem opinionem *Ric. coll.* 342. *Pasch. de pat. pot. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 217. *Mar. de jurisd. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. & 23. & *par.* 4. *cas.* 35. *ex num.* 13. & hanc opinionem esse tutiorem, & communiorem dicit *Carl. loc. cit. nu.* 937. nec per prædict. *cap. Ecclesia S. Mariæ* potest dici hoc fuisse statutum per *Ius Can.* quia nullibi in *d. cap.* legitur posse per Iudicem laicum agi contra Clericum, pro concernentibus exequutionem rei litigiosæ alienatæ, & ad inconveniens, quod sententia Iudicis laici redderetur elusoria, dicit *Molfes. loc. cit. num.* 33. in-

veniam fuisse cautelam, ut laicus alienans rem litigiosam in clericum, solvat æstimationem ipsius rei, ut alienatæ in fraudem litis.

42 XIII. Successivè si pecunia, vel aliqua res fuerit per Iudicem laicum liberata Clerico, cum cautione, vel aliquo vinculo, si postea agatur de avocanda dicta pecunia, non poterit Clericus petere causæ remissionem ad IudicemEcclesiasticum, *Capyc. Latr. decis.* 123. *Sanfel. d. decis.* 2. *n.*
43 17. quia cautio fecit extare pecuniam, *l. procuratoris*, §. *fin. ff. de tribut. actio. Franch. decis.* 200. *n.* 10. & *decis.* 75. *n.* 9.

44 Idem est si Clericus fuerit declaratus hæres laici, & immissus in possessionem bonorum hereditariorum, cum clausula, *salvo jure cujuslibet*: nam conventus ab interessatis super dicta hęreditate, vel super revocatione immissionis, non poterit forum laici declinare, quia dicta clausula constituit rem integram, pro ut erat ante immissionem, *Bald. cons.* 104. *vol.* 5. *Peregr. de fideicommiss. art.* 48. *nu.* 62. *Carl. de iud.* citatus à *Sanfel. d. decis.* 2. *num.* 17. licèt etiam tali casu posse Clericum forum laici declinare, substinet *Prat. discep. for. cap.* 43. *n.* 40. & *seq.*

45 Secus verò si pecunia exivit libera è manibus Iudicis sęcularis, vel possessio bonorū fuerit consignata Clerico, absque ullo vinculo, tunc si Clericus conveniatur pro avocatione dictæ pecuniæ, vel pro revocatione dictæ possessionis, est conveniendus coram Iudice Ecclesiastico, quia tali casu judicium est finitum cum Clerico, *Rovit. dec.* 44.

46 XIV. Clericus si postquam delictum patravit efficiatur laicus, est puniēdus à Iudice sæculari, non autem à Iudice Ecclesiastico, *Graff. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 649. *Franc. Ant. Mazzia in addit. ad Fran. Anton. de Ind. Robert. in tract. de liquid. instr. consid.* 4. *num.* 71. *vers. undecimò, de Mar. resol. quotid. lib.* 1. *ca.* 48. *Carlev. de jud. tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *nu.* 924. Non
47 negatur tamen contrariam opinionem tenuisse gravissimos Auctores, *v.* 3. *Gram. decis.* 10. *Franc. decis.* 417. *num.* 46. & 51. *Giurb. cons.* 15. *Sanfel. decis.* 218. *Staib. resol.* 109. *Gennen. in*
48 *prax. cap.* 9. *in princ.* & alios, omnes se fundantes in dispositione *text. in l.* 1. *ff. de pæn.* ex qua desumunt, quod in delictis, attenditur initium.

49 Idem est dicendum in causis civilibus; si enim quis tempore quo erat Clericus constituit se alicui debitorem in aliqua pecuniarū quantitate, si tempore quo convenitur pro solutione est effectus laicus, non potest petere causæ remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum, sed est conveniendus coram Iudice laico, *Gennens. in praxi Curiæ Archiepis. cap.* 16. *num.* 4. *de Mar. d. cap.* 48. *num.* 7. qui ità decisum testatur, *Carl. d. disp.* 2. *qu.* 7. *sect.* 3. *Merlin. contr. for. cent.* 2. *cap.* 66.

50 Si autem causa criminalis contra Clericum fiet

esset præventa per Iudicem Ecclesiasticum, tunc licèt clericus evaderet laicus, est puniendus à Iudice Ecclesiastico, non autem à Iudice sæculari, ut ex mente plurium DD. distinguit *De Marin d.cap.48.num.4.* E contrario si cau-
51 sa esset præventa per Iudicem laicum, esset ab eo cognoscenda, non autem à Iudice Ecclesiastico, sic decisum refert *Sanfel.decis.218.* sed vide *Genuens.in sua prax.cap.9.in princ.ex Gram. in decis.10.* ubi habes indistinctè, quòd Clericus committens delictum tempore clericatus, si post delictum ducat Vxorem, erit puniendus à Iudice Ecclesiastico, quia inspicitur tempus delicti, *Bald.in l.Affinitatis,C.comm.de success.* quo tempore atteoto, nulla consideratus prævention.
52 In eo tamen casu, quo quis tempore delicti erat laicus, & postea evasit Clericus, recepta opinio est quòd debeat cognosci à Iudice Ecclesiastico, non autem à Iudice laico, quia per clericatum adeptum evasit delinquens persona privilegiata immunis, & Deo dicata, *Clar.§. fin.qu.36.num.38.Franch.decis.384.Graff.de eff. cleric.effect.1.nu.1074.Ricc.decis.357.p.4.Squillan.tract.de privileg.Cleric.cap 7. num.33.Cap. Lat.decis.45.ex num.32.* etiam si clericatus es-
53 set assumptus in fraudem; nam quoad personã non poterit cognosci per Iudicem laicum, licèt esset præventa causa, & persona, *Franch.decis. 709.Sanfel.decis.2.à num.20.usque ad finem,* & tunc dicitur clericatus assumptus in fraudem,
54 quoties assumitur post diffamationem, accusationem, inquisitionem, vel condemnationem, *Cabal.cas.108.Farin.quest.8.num.110.*
55 XV. Clericus citatus à Iudice laico quatenus sua putaverit interesse, si comparet, quia dicitur Actor voluntarius, non verò reus necessarius, non potest petere causæ remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum, *Bald.in l.testamenta, col.fin.C.de testam.Roland.cons.29.num.2.& seq. vel.2.Gram.decis.61.num.3. Farin.qu.8. nu.87.*
56 hinc clericus citatus à Iudice sæculari ad videndum confectionem inventarii, uti creditor, vel legatarius, debet ejus jura deducere coram Iudice laico, *Phanut.de invent.p.3.nu.24. vers. nam quoad istum,Viv.decis.30.num.6.Farin.d.q. 8.num.89.Surd.decis.26.num.15. Avell. Amat. cons.28.num.16.cum seq. Mastr.decis.79.num.4.*
57 Item Clericus citatus ad concurrendum in dilatione quinquennali, comparendo non potest forum sæculare declinare, *Vrs.ad Affl.dec.380, num.7.Viv.decis.38.num.8.Thor.in comp.decis.t. p.verb.dilatio,Sanfel.decis.305.Graf.de effect.cle-*
58 *ric.eff.1.num.475.* Item Clericus citatus in terminis, *l.1.si contendat,& diffamari, C.de fideius.* non potest forum sæculare declinare, *Mastr.d. decis.79. num.5. in fin. Franc. decis. 657. Fontan.decis.329.Ricc.coll.366.lim.8.Tusc.lit.V.conclus.73.num.10. Mastul. ad Capyc.decis.18.num. 1.& 2.Osas.decis.151.Giurb.obser.2.nu.20.p.1.*
59 Verum supradictæ doctrinæ sunt intelligendæ cum grano salis, quoties scilicèt Clericus comparendo efficeretur Actor voluntarius, putà si haberet actionem contra laicum, quia cum illã exercere volens contra dictũ laicum necessariò comparere teneretur coram Iudice sæculari, in nihilo læditur libertas Ecclesiastica; secus verò si evaderet reus necessarius, ut quia existens in possessione alicujus rei, prætendens laicos jus super tali re habere, per edictũ generale, sive speciale, eũ vocat quatenus sua putaverit interesse, tunc Clericus comparendo debet remitti ad suom Iudicem competentem, *Capyc. decis.18.in fine, Affl.decis.228.in fin. Gram. decis.61.Caroc.decis.19.num.75.Barz. decis.106.n. 12.& 13.Castil decis.2.num.10. de Marin. resol. quotid. lib.1.cap.52.num.11. & 12.* qui per tet.
60 *d.cap.* substinet, quòd Clericus non potest adstringi ad concurrendũ in dilatione quinquennali, nec ad remittendum partem debiti, ex quò, licèt sit in potestate Clerici comparere, tamen si non comparet, sententia quæ profertur illi noceret, & sic læderetur Ecclesiastica libertas, idem tenent *Phanut.de invent.q.240.num. 23.& seq.in tract.divers. Dian.resol. moral.tract. 2.resol.23.Duard.in bul.cana,lib.2.can.15.quast. 11.n.53.*
61 XVI. Clericus contra quem res vendita retrahitur, debet conveniri coram Iudice laico, nec potest causæ remissionem petere ad Iudicem Ecclesiasticum, *Trivis.decis.34.p.2. Octav. Caracciol.in tract.de for.privilegiat. remis. quast. 57.Giurb.decis.25.num.10.* & latiùs comprobat *in 1.p.obser.obser.2.* ubi plures *DD.* ad suam fun-
62 dandam intentionem adducit, sed contraria opinio est verior, quam latissimè defendit *de Marin.res.quot.lib.2.cap.44.per totum,* qui nominatim invehit contra *Giurbam,* & sigillatim respondet omnibus *DD.* per illum adductis, & infinitos adducit pro ejus sententia comprobanda,
63 Non negatur tamen Clericum ligari Iure congrui, tàm activè, quàm passivè, non obstante quòd jus congrui sit inductum per *Const.Sancimus,de Iure pretomis.* & sic videretur dicendum,
64 quòd tanquam statutum laicale, non deberet Clericos ligare, *cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de const.*
65 tamen quia hoc jus retractus est approbatum per Ius canonicum, ut in *cap.constitutus, de in integ.restit.* ligat clericos, *Napod.in Consuet.ubi domus, verb.Ecclesia, de Iure congr. Cap. dec.98. num.2. Maran.dis.8. Garz. à Tolet. decis.22. de Mar.lib.1.cap.55. num.5. cum seqq.* nam tunc
66 statutum laicale ligat Clericos, non uti statutũ, sed quia confirmatur à Iure canonico, *Gras. de eff.cleric.eff.2.n.112.Giurb.d. observ.2.nu.40. de Mar.d.cap.55.nu.11.cum seqq.*
67 Excepto si essemus in Diœcesi Neapolitana, in qua Clericus non ligatur jure congrui, *Tap. in Const.Sancimus,num.66.Molfes.cons.27.n.13. Squillan.in tract.de privil.Cler.cap.7.à num. 96.* quia ut dicit *Alberic. Oliva super rit.22.Curiæ Archie-*

Archiep.n.4. & 5. omnes consuetudines huius
68 Civitatis fuerunt receptæ per Curiam Ecclesiasticam, præter eam, quæ loquitur de Iure congrui, quòd prius dixerat *Vrsill.ad Affl. dec.*310.
69 ea ratione, quia Consuetudines hujus Civitatis fuerunt ordine Regis Caroli in scriptis redactę per 12. Viros, & Antistitem dictæ Civitatis, sequitur *Cap.Latr.decis.*157.*num.*3.4. & 5. Sed *Olivam* impugnant *Campanil.super d.rit.nu.*20. *& de Marin.d.cap.*55.*num.*17. qui dicunt, quòd per *d.rit.* 22. non sunt approbatæ aliæ consuetudines, nisi illæ loquentes de causis sasinarum, fabricarum faciendarum, vel demoliendarum, *Molfes.loco infra citando, n.*52. ac proinde Cle-
70 rici non ligãtur Consuetudine nostra, *Et si testator*, per quam disponitur, quòd moriens de bonis antiquis non possit disponere, nisi de medietate, quia clericus decedens non ligatur dicta consuetudine, sed potest de bonis antiquis ad libitum disponere, *Napod.in cons.si quis, vel si qua, n.*248.*Cap.dec.*98.*Franc.dec.*285.*nu.*6. & 411.*num.*5. *Molfes.in commen.super consuetud. p.*2.*tit.de person.q.*7.*nu.*14.*Lell. Caput.in præludad cons.§.*3.*tit.de pers.de Mar.l.c.n.*18. *cum seqq.*
71 XVII. Clericus ratione reconventionis ei factæ per laicum, non potest forum sæculare declinare, sed ibi causa reconventionis terminari debet, *l.cum Papinianus, C.de sent. & interloq. omn. Iud.cap.p.*3. *q.*8. nam clericus non debet ejus judicium dedignari, qui eum Iudicem in sua causa elegerit, *Mar.in spec.p.*4.*dist.*6.*n.*53. *Scacc.de Iud.lib.*1.*cap.*11.*n.*93. *Grass.de effect. cleric.effect.*1.*n.*745. *Squillan. de privil.cler.cap.*
72 7.*n.*61. Cumque reconventio duplici privilegio gaudeat, uno ad effectum protogandi illius Iudicis jurisdictionem, qui aliàs in causa, de qua Actor convenitur iudicare non posset, altero simultanei processus, ut pari passu utrumque iudicium conventionis, & reconventionis terminetur, quoàd primum effectum potest reconventio usque ad sententiam fieri, sed quò ad secundum effectum debet reconventio fieri incontinenti, *Franch. dec.*376. & latè comprobat, & decisum refert *Merl.lib.*2.*cap.*23.
73 Sed reconventio contra Clericum potest fieri tantùm in causa civili, non autem in criminali, *Io:And.in cap.at si clerici, de iud.Clar.§.fin. q.*36.*Gaill.de pac.publ.lib.* 1.*cap.*8. *num.*17. nec
74 reconventio ad finem protogandi jurisdictionem locum habet in causa liquidationis instrumenti, *Merl.d.lib.*2.*contr.for.cap.*24.*per tot.*
75 XVIII. Famuli, & familiares Episcoporum non gaudent privilegio fori, *Sanfel. dec.*1 qui omnes adducit, sed contrarium substinent *Giur. cons.*88 qui similitèr infinitos adducit, *Gram. cons.civ.*102 *Thes.dec.*22. *Viv. decis.*80. & 120. *Revert.decis.*192.*Capibl.de Baron.prag.*8.*p.*3.*nu.* 65. & vide *Genuens. in pra.cap.*9.*n.*4.
76 XIX. Clericus conventus actione reali non potest forum laicale declinare, *Ceval.com.contr. com.q.*36.*num.*14. *Parlad.lib.*2.*rer. quotid.cap. fin.p.*2.*§.*1.*num.* 2.*Trivis.dec.*34. *lib.*1. Sed hæc opinio omnino est reiicienda, uti Iuri Canonico repugnans, *Boer.dec.*69.*n.*20. *Gras.eff.*1.*num.* 1250.*Mart.de iurisd.p.*4.*cent.*2.*cas.*225. *Rovit. decis.*44.*n.*1. *Marin.resol.quotid.lib.* 1. *cap.*189. *& lib.*2.*cap.*44.*n.*23.

DE

DE CONDEMNATIS EX INDITIIS INDUBITATIS

TITULUS SEPTIMUS

RUBRICA.

SUMMARIUM.

1 *Regia Audientia habent potestatem condemnandi Reos ad mortem cum inditiis indubitatis.*
2 *Tribunalia collegiata habent facultatem arbitrandi inditia indubitata, & cum illis condemnandi reos ad mortem, quid in Iudicibus delegatis? n.3.*
4 *Crimina quot modis probentur?*

1 S Extra præeminentia Regiarum Audientiarum est cōdemnare Reum ad mortē, eum inditiis indubitatis; etenim per *pragm.* editam sub die 20. Settēbris 1621. quæ est 12. *sub tit. de off. Iud.* ttibuta fuit potestas cuilibet Iudici Regio interpetrandi inditia indubitata, & cum dictis inditiis indubitatis condemnandi Reum ad mortem, sed qnia non nulli abutebantur tali arbitrio, edita fuit alia *pragm.* sub die 28. Ianuarii 1622. quæ est 13. *eodem titulo*, in qua fuit declaratum, tale arbitrium interpetrandi inditia indubitata, & cum illis ad mortem condemnandi, non competere, nisi so-
2 lum Tribunalibus collegiatis, prout sunt M.C. V. Regiæ Audientiæ, & alia, sed quoàd Iudices
3 delegatos fuit statutum, quòd illi non procedant ad exequūtionem sententiæ, nisi facta relatione S.E. voce, si sunt præsentes; si verò absentes in scriptis, *d. prag.* 13. *vers. volemo, Rovit. dec.* 63. *n.* 8.

4 Et tali occasione sumpta, in qua tractatur de probatione delictorum per inditia, sciendum est, quòd quodlibet delictum quatuor modis probari potest. Primò per Testes, secundò per confessionem, tertiò per notorium, quartò per inditia indubitata, *Boss. de convi. num.* 3. *Cartar. de exeq. sent. cap. ban. cap.* 1. *num.* 79. *Gnurb. consil.* 71. *nu.* 1. licèt decem esse species probationum, asserant *Borrel. in sum. decis. lib.* 2. *tit.* 3. *in princ. & Prat. pract. obser.* 68. *num.* 1. & 3. qui loquuntur in causis civilibus. Ideo ad hoc ut de omnibus habeatur cognitio, intendo tractare sub hoc *tit.* de singulis speciebus probationis.

SUMMARIUM.

1 *Duo testes requiruntur regulariter ad convincendum aliquem de crimine.*
2 *Debent esse omni exceptione majores.*
3 *Et luce meridiana clariores.*
4 *Quilibet potest esse testis, nisi expressè à Iure reperiatur prohibitus.*
5 *Testis omni exceptione maior quis dicatur?*
6 *Repulsa competit Reo adversus testes pro fisco examinatos.*
7 *Et etiam accusatori.*
8 *Repulsa est species defensionis.*
9 *Fiscus loco repulsa habet interrogateria.*
10 *Repulsa quando sit petenda?*
11 *Testes in termino repulsa citati, possunt post terminum recipi.*
12 *Testes examinati in prima instantia, an possint repulsari in causa appellationis?*
13 *Quilibet testis, in quavis dignitate constitutus, etiam Imperator, potest repulsari.*
14 *Repulsa Testium debet fieri cum urbanitate.*
15 *Opponens testibus crimina in termino repulsa, & illa non probans, qua pœna teneatur? & num.* 18.
16 *Quid si crimina opposita sint vera?*
17 *Quando opponens crimina testibus excusetur à pœna?*

CAPUT I.

De probatione criminum per Testes.

1 A D convincendum Reum de crimine ad minus, regulariter requiruntur duo Testes, *l. ubi numerus*, 12. *ff. de Test. cap. tam litteris*, ubi *glos. ext. eod. can. nihilominus*, 3. *quæst.* 8. qui debent
2 esse concordes, & omni exceptione majores, aliàs non sufficiunt ad condemnandum, *Clar.* §. *fin. q.* 66. *Masc. de prob. lib.* 1. *q.* 5.

1.q.5.num.137. *Zuff.de legitim.proces.q.3.nu.3. Cabal.res.crim.cas.288.num.4. Ludov. decis.luc. 13.num.6.Giurb.cons.71.nu.2.* quia dum agitur de vita hominis, lex non est contenta quolibet genere probationum, sed illas requiris luce meridiana clariores, *l.sciant cuncti, C. de prob. Boss. de convi.num.9.& 13. Gomez var.lib.3.cap.12. num.25.Cabal.cas.230.num.24.Guaz.ad defens. reor.defens.33.cap.14. Vermigl.cons.179.num.2. & cons.263.num.5.* & licèt quilibet admittatur
4 ad testificandum, nisi expressè à Iure prohibitus reperiatur, *l.1.ff.de test.glos.in l.quoniam, in glos. fin.verb.angustetur, in princ.C.de haret.& manich.Nell.de Test. num.1. Mascard. de prob. lib.1. concl.310. num.4. & lib.3. concl.1356. num.1. Æmilian.de test.rub.testis locus generalis,num. 10.Sanfel.decis.98.num.1. & 2.* tamen ille dici-
5 tur Testis omni exceptione maior, quando contra ejus personam, dicta, vel examen nihil opponi potest, *Gomez d.cap.12.num.12. Cabal.d. cas.288.num.4.Guaz.d.cap.14.num.5.Surd.cons. 121.num.42.lib.1.& cons.328.num.22.lib.3.Pegn.dec.7.nu. 40. Dian.in sum.verb.inquisitiones, num.110.Giurb.cons.71.num.2.Crispol.cas milit. 14.num.2.Vermigl.cons.381.num.2.* ac proindè
6 adversus personas, & dicta Testium pro Curia examinatos, competit Reo repulsa, *Foller in rub.concedatur repulsa, num.1.Gallup.in pract. par.2.tit.de repul.Test.cap.28. num 4. Viv. com. opin.926.num.2.Sanfel.in pract.sect. 57.num.12.*
7 quemadmodum accusatori quoque competit repulsa adversus Testes examinatos ad Rei defensionem, *Foller.loc.cit.num.2.* quia repulsa est
8 species defensionis, *Affl.decis.351 & in Const. Si quis inposterum, in 10.notab. & in Const. Pessimam, 8.notab. Musc in pra.p.6.glos terminus, nu. 6.Carav.rit.144.num.4. Giurb. decis.26. num.1.*
9 Sed fisco, procedenti ex officio, denegatur repulsa, & loco repulsæ habet interrogatoria, *Novar.de gravam. vassal.tom.2. grav.162. num.2. Sanfel.loc.cit.num.16.Conciol.resol.crim.verb.repulsa,resol.1 n.8.*

10 Ipsa verò repulsa debet peti à Reo statim factis defensionibus, tempore quo ei notificatur publicatio, prout dicit *Muscatell. in pra.p.6. glos.momentum,num.3.* & cauti Advocati utuntur, benè verũ est quòd per *rit.79.* est dispositũ, quòd repulsa peti debeat infra decem dies facta publicatione, & per *pragm.11.de ord.jud.* infra octo dies post publicationem. Testes verò citati in termino repulsæ possunt post terminum
11 recipi, ut decisum per M.C.V.& per S.C.testatur *Marin.ad Revert.decis.262.num.4.tom.1.* & contra *Carav.& Muscat*, tenet *Petr.rit.73.num. 7.in fin.* sed testes examinati in prima instantia,
12 non possunt repulsari in causa appellationis, nisi ex capite falsitatis, vel si in prima instantia fuerit petita, & non probata repulsa, vel stante impedimento dato in prima instantia, *Affl. decis.266. Anna sing.442. Petr.ad Cap.decis.157. Marin.loc.cit.nu.3. Mastrill.decis.97. Cancer. var.lib.1.cap.20.num.48.Petr.d.rit, 73.n.7.*

13 Repulsari autem potest quilibet productus in testem, cujusvis dignitatis, & præeminentiæ, etiam si esset Imperator, prout de Octaviano Augusto, refert *Cassan.in catalag.glor.mund.p 5. consid.6.* & esse tenacitèr menti tenendum, dicit *Revit.in prag.11.nu.23.de ord.iud.* quæ quidem
14 Testium repulsa debet fieri cum modestia, & urbanitate, unde in rubricis articulorum debet articulans se protestare, quòd non animo injuriandi, sed ad propriam vitam tuendam facere repulsam, *Mara.in spec.p.6.act.13.num.3. & 15.Pegu.in pract.civ.verb.20.num.4.* nam aliàs,
15 si ad repulsandos Testes opponerentur pro parte Rei crimina, si dicta crimina non probantur, possunt Testes agere contra dictum Reum de calumnia, & actione iniuriarum, ne protervis aperiatur via injuriandi, & calumniandi, non obstante quòd ab initio protestatus sit, non animo injuriandi, sed ad sui defensionem id facere, quia tanquam contraria facto oil operatur, hanc esse communem opinionem, testantur *Clar.q 53.vers.caveant tamen, Boss.de iniur. nu. 21.Boer.cons.4.nu.37.& dec.245.circ.fin. Carav. rit.73.num.10.Gail.observ.lib.2.obser.101.nu.7. Grivel.decis.100.num.4.cum seqq.* etiamsi vera
16 crimina Testi opponantur, *Pegu.decis.13.num. 15.& 16.Menoch.cons.24.num.29. & 30. lib.1.* cuius contrarium voluit *Fach. contr.lib.9. cap. 10.* qui *cap.13.* tenet quòd actio injuriarum non habet locum contra opponentem crimina testibus, nisi id faciat animo injuriandi, secus si se defendendi, præcipuè si causa sit ardua, in qua de vita, vel de honore agitur; nam tunc, etiam si nihil probatum fuit de repulsa opposita, non tenetur obiiciens crimina pęna aliqua, quia cuilibet licet sanguiné suum, quomodocumque
17 redimere, *Grivel.d.decis.100.num.10.* & in omni casu si contra testem aliquis rumor de commisso crimine, vel præsumptio aliqua probaretur, excusatur à dolo, & iniuriarum actione opponens crimina, *Boer.d.cons.4.num.43. Surd.decis.89.num.28.Grivel.d.decis.100. num.7. usque ad num.10.* In Regno verò per *pragm.2. de Test.*
18 *referen.* opponens crimina, & defectus ad infamiam Testis, & non probans, saltèm semiplenè, & per famam publicam, punitur in decem tarenis, quam *pragm.* non servari, testatur *Muscat. in pract.par.6.verb.momentum,n.19.in fin.*

S U M M A R I U M.

1 *Oppositio contra personas testium, ex quibus causis oriri potest?*
2 *Parentes non possunt, nec pro, nec contra filios testificare, nec è contra.*
3 *Socer non admittitur ad testificandum contra generum, nec è contra.*
4 *Frater non potest esse testis pro fratre.*
5 *Nec potest cogi ad testificandum contra fratrem.*

6 Vo-

6 Volens admittitur ad testificandum contra fratrem.

7 Uxor, & maritus non possunt unus pro alio testificare.

8 Vxor non potest cogi ad testificandum contra maritum.

9 Maritus potest cogi ad testificandum contra uxorem..

10 Consanguinei, & affines non admittuntur ad testificandum pro eorum consanguineis, & affinibus.

11 Neque cogi possunt ad testificandum.

12 Domesticus non potest esse testis pro domestico.

13 Famulus, & familiaris non possunt esse testes pro Domino.

14 Vassallus an possit esse testis pro Domino?

15 Civis an possit esse testis pro ejus Universitate?

16 Admissus non est integra fidei.

17. Testis qui reportat commodum, honorem, vel interesse ex ejus depositione non potest esse testis.

18 Testis qui tractas de se exonerando, vel exculpando non probat.

19 Testi, qui deponit alicui portasse pecuniam, vel aliam rem, non creditur, & non constito de traditione ipse tenetur.

20 Nisi haberet artem portandi res, quia tunc ei creditur.

21 Testis interessatus quando possit deponere?

22 Advocatus, vel procurator non sunt idonei testes pro clientis.

23 Nec possunt cogi ad testificandum, etiam ubi veritas aliter haberi non potest.

24 Nec tenentur revelare si fuerit factum monitorium sub pœna excommunicationis.

25 Testis nimis affectatè loquens non probat.

26 Habens similem causam non est integra fidei.

27 Laborans eodem vitio illius, pro quo deponit nō probat.

28 Producens testem non admittitur ad illum repulsandum in eadem, vel simili causa.

29 Nisi causa repulsa sit nova, vel repulsa fieret circa dicta.

30 Proxeneta non est in criminalibus integer testis in negotia, in quo fuit mediator.

31 Inimicus non potest esse testis contra inimicum.

32 Nec etiam in crimine læsæ Maiestatis.

33 Inimicitia in promptu probata impedit testis receptionem.

34 Dubia est probanda, & supersedendum in receptione.

35 Levis diminuit de fide, & facit reputare testem non integra fidei.

36 Inimicitia capitalis qua dicatur? remissivè.

37 Inimicus reconciliatus quando, & quantum probet?

38 Inimicitia affectata non repellit testem à testificando.

39 Accusator non potest esse testis contra accusatum.

40 Nec etiam in crimine læsæ Maiestatis.

41 Nec cum tortura.

42 Denunciator publicus non potest esse testis contra denunciatum.

43 Nec denunciator secretus.

44 Primus testis, non dato accusatore, habetur pro accusatore, & non probat.

45 Testis unica vice contra aliquem examinatus non probat si contra eundem in alia causa examinetur.

46 Testis ultroneus non probat.

47 Testis ultroneus quis dicatur?

48 Verberatus ab aliquo non potest contra verberantem esse testis.

49 Socius itineris an valeat deponere contra offendentem socium? & n.50.

51 Iniuriam fuisse ad animum revocatam quomodo probetur?

52 Infames infamia Iuris, vel facti repelluntur à testificando.

53 Infames infamia Iuris qui sint?

54 Excommunicatus est infamis, ideo repellitur à testificando.

55 Apostata repellitur à testificando.

56 Fustigatus publicè non potest esse testis.

57 Spurius non potest esse testis.

58 Ebrius non potest esse testis, & n.59.

60 Blasphemator repellitur à testificando.

61 Decoctus non potest esse testis.

62 Histrio repellitur à testificando.

63 Meretrix repellitur à testificando.

64 Usurarius non potest esse testis.

65 Bannitus est infamis.

66 Repellitur à testificando.

67 Rhedarius repellitur à testificando.

68 Criminosi, an & quando, repellantur à testificando? & n.69.

70 Villanus quis dicatur?

71 Repellitur à testificando.

72 Admissus ad testificandum non est integra opinionis.

73 Pauper an admittatur ad testificandum in criminalibus?

74 Birroarius non admittitur ad testificandum.

75 Etiam si esset caporalis.

76 Cursores Curia Ecclesiastica an probent?

77 Capitanei iustitia non probant.

78 Scriba fiscales an admittantur ad testificandum ad probandam apprehensionem cum armis?

79 Birroariis creditur si deponant de pertinentibus ad eorum officia.

80 Non creditur si deponant de resistentia eis facta tempore executionis.

81 Birroariorum dictum, quòd captus deferebat arma prohibita, facie inditium ad torturam.

82 Captura cum armis in Reg. probatur per duos testes fide dignos extra guardiam, ultra depositionem satellitum.

83 Infans repellitur à testificando.

84 Impubes non potest esse testis in criminalibus.

85 Minor annorum viginti non potest de iure communi esse testis in criminalibus. Quid

de Iure Regni? num. 87.
86 *Maior atas in Regno est annorum decem, & ecte.*
88 *Mulier in criminalibus non est integra fidei.*
89 *Dua fœmina non convincunt ad effectum condemnandi.*
90 *Tres fœmina non convincunt quando agitur de pœna mortis.*
91 *Testes inhabiles admittuntur ad testificandum in delictis occultis, & difficilis probationis.*
92 *Delictà occulta, & difficilis probationis qua sint? & n.96.& 97.*
93 *Nox quando dicatur?*
94 *Delictum factum in Crepusculis, an censeatur factum de nocte?*
95 *Quid si fuerit commissum de sero? remissivè.*
98 *Testis inimicus, vel interessatus repellitur à testificando, etiam in delictis exceptis, & difficilis probationis, nec examinatus facit inditium, n.100.*
99 *Plures testes inhabiles examinati faciunt inditium ad torturam.*
101 *Socii criminis maletractati à furis in campanea, an admittantur ad testificandum?*
102 *Infamis non admittitur ad testificandum in delictis exceptis absque tortura.*
103 *Nec etiam in crimine læsa Maiestatis.*
104 *Testes patientes plures defectus non possunt testificare, nec etiam in delictis occultis.*
105 *Nec in crimine læsa Maiestatis.*
106 *Nec cum tortura.*
107 *Testes inhabiles non admittuntur ad probandū adminicula delicti occulti.*
108 *Admissi in delictis occultis qualem probationem faciant?*

CAPUT II.

De oppositione contra testes, quoàd personas.

1 OMnis oppositio, quæ contra personas testium fieri potest, oritur, vel ex causa amoris, & affectionis, vel odii, vel vilitatis, & infamiæ, vel ætatis, vel sexus.
Ratione amoris, & affe-
2 ctionis, repelluntur à testificando parentes pro filiis, & filii pro parentibus, *l.testis idoneus, ff. de test. cap. si testis, 4.q.2.* neque etiam volentes, potest unus contra aliom testificare, *l.parentes, 5. C.de test. Campeg. de test. reg.4. vers. dic primò, Gomez. var. lib.3. cap.12.n.14.*
3 Socer, quia habetur loco patris, *Franch. dec. 164.* non admittitur ad testificandum contra generum, nec gener contra socerum, *l.lege Iulia, 4. cum l.seq. ff. de test. Guaz. ad defens. reor. defens. 34. cap.11. num.9. Calvi. de aequit. cap.58.n.57.*
4 Frater non potest esse testis pro fratre, *cap. consanguinei, 3.q.5. Masc. de prob. concl. 1347.n. 45. lib.3. Fach. cōtr. Iur. lib.9.c.83. Melch. de Fra-*
5 *trib. p.3. cap.51. num.1. cum seqq.* nec potest cogi
ad se examinandum contra fratrem, *d.l. lege Iulia, cap. si testes, § l. Iulia, 4.q.3. Clar. § fin. q.24. Boss. de oppos. con. test. num.109. Cabal. cas. 289. nu. 11. Guaz. loc. cit. sub num.9.* volens tamen ad-
6 mittitur ad testificandum contra fratrem, *Gabr. comm. concl. de test. concl.14. num.8. Farin. q.54. n.105. & seq.*
7 Uxor, & maritus, quia sunt una caro, non possunt unus pro alio testificare, *l.etiam, 2. C. de test. Gram. decis.45. num.13.19. & 73.* nec uxor
8 potest cogi ad testificandum contra virum, *Gig. de crim. læsa Maiest. lib.2. tit. quis accus. pos. q.12. n.2. Gomez. d.cap.12. num.24. Guaz. loc. cit. nu.9.*
9 *Caren. loc. cit. num.17.* vir tamen cogi potest ad
testificandum contra uxorem, quia in viro cessat ratio periculi, quæ adest in uxore deponente contra virum, *Farin. q.54. num.220. Scacc. de jud. lib.2. cap.10.n.91.*
10 Consanguineus, & affinis non admittuntur ad testificandum in criminalibus, pro consanguineis, & affinibus, *can. p.3.q.5. Boss. de oppos. contr. test. num.105. Clar. q.24. vers. quaero mo-*
11 *do,* neque cogi possunt ad testificandum contra
eorum consanguineos, & affines, *l.4. ff. de test. Gomez. var. lib.3. d.cap.12. sub num.24. Farin. q. 54.n.13.& 14. Guaz. def.14 c.11.n.9.*
12 Domesticus repellitur in criminalibus ad testificandum pro domestico, *l.1. §. questionem, ff. de quest. cap. super prudentia. 14.q.2. Marsil. in d. l.1. §. servus mancipium, ff. de quest. Farin. q.55.n. 22.& 23. Caren. de offic. S. Inquisition. p.3. tit.5. num.20.*
13 Famulus, & familiaris non admittuntur ad testificandum pro Domino, *cap. in litteris,* ubi *Bald. & DD. extr. de Test. Masc. de prob. conclus. 575. num.1. & concl.1357. num.11.* licèt famuli sint liberi, & serviant conventa mercede, *Gabriel. tit. de test. lib.1. concl.10. num.4. Masc. conc. 758. num.1. Farin. q.55. num.135.* quamvis sint expulsi tempore depositionis, *Surd. decis.219. num.4 Staib. resol. forens. lib.2. resol.120. à nu.10. cum seqq.*
14 Vassallus non potest esse testis pro Domino suo, *glos. in cap. de forma, circ. fin. 22.q.5.* sed contrarium fuit decisum per S.C. ut vassallus possit esse testis pro Domino, ut refert *Affl. decis.304.* quæ regula habet aliquas limitationes, quas congerit *Urs. ad eund. d. dec.304.*
15 Civis non potest esse testis pro ejus Universitate, quando ex ejus depositione reportat singulare commodum, secus si utilitas non sit singulorum, sed universalis; nam tunc, licèt in consequentiam oriatur utilitas singulorum, non repellitur tamen à testificando, *Salic. in l. parentes, sub num.4. vers. sed dic, C. de test. Ma-*
16 *stril. decis.255.* sed in omni casu, quo admitti-
tur civis ad testificandum pro Universitate, non

est

eſt integræ fidei, etiam ſi ageretur de commodo
univerſali, & in conſequentiam commodum
habere poſſet, Guid.Pap.deciſ.193.Menoch.de
arb.Iud.caſ.106.num.13.Franch.deciſ.197.num.
10.Farin.q.60.num.456.& 484. Maſtr. d. deciſ.
255.à num.10.uſq.ad fin.
17 Teſtis qui ex ejus depoſitione reportat com-
modum, intereſſe, vel honorem, repellitur à te-
ſtificando, l.nullus, ff.de teſt.l.omnibus, C.eodem,
Giurb.conſ.50.num.39.Capyc. Latr.deciſ.17.n.5.
non ſolum ratione affectionis, & amoris, quæ
oculos caliginare creditur, Bald.conſ.443.lib.1.
Fulgoſ.conſ.174.col.2. ſed etiam quia cauſa, in
qua quis commodum, & intereſſe habet, dici-
tur propria, l.1.§.in propria cauſa, ff.quand.ap-
pell.Ægid.de teſt.num.12. Boſſ. de oppoſ.contra
18 teſt.num.55.unde teſtis qui tractat de ſe exone-
rando, vel exculpando, non probat, Campeg.de
teſt.reg.55.verſ.dic, Gram.conſ.35.num.33. Boſſ.
loc.cit.num.57.Thor.lib.1.vot.17.num.25.& lib.
19 2.vot.7. num.11.Vermigl.conſ. 286.num.6. ac
proinde ſi famulus adducitur contra aliquem
in teſtem, qui dicit illi portaſſe pecuniam, vel
aliàs res, ei non creditur, quia tractat de ſe exo-
nerando, & non conſtito de traditione, ipſe
ſemper tenetur, Campeg.de teſt.num.63.Farin.q.
60.num.23.Vivi.com.opin.967.Gram. conſ.35.n.
33.Vermigl.conſ.143. num.15. niſi eſſemus in
20 perſona ſolita exercere aliquam artem portan-
di res; nam ipſi creditur, Maſcard.concl.1363.
Viv.loc.cit.num.2.Farin.q.60.n.26. Cavalc.deciſ.
21 37.num.42.lib.1. ſimilitèr ſi teſtis intereſſatus
renunciat pœnès acta ejus intereſſe, putà ſi di-
cat ſolviſſe uſuras, vel fuiſſe derobatum, ſed
non intendere repetere uſuras, vel res deroba-
tas, licèt admittatur ad teſtificandum; tamen
non obſtante renunciatione, non eſt integræ
fidei, Farin.d.q.60.num.51.cum ſeqq. Pegu.de-
ciſ.35.Giurb.conſ.50.num.40.& conſ.90. nu. 24.
Conciol.verb.furtum, reſol.13. & verb.uſura, reſ.
3.num.5. qui plures adducit.
22 Advocatus, vel procurator, ob affectionem,
quam habent in cauſa, non ſunt idonei teſtes,
pro clientis, Farin.q.60.num.155.Rov.in pragm.
1.de ſuſp.Offic.num.53.Marin.reſol.quotid.lib.2.
cap.9.num.3.cum ſeqq. & de iis quæ ſciunt uti
23 advocatus, vel procurator, etiam ubi veritas
alitèr haberi non poteſt, non poſſunt cogi ad
teſtificandum, Affl.in Conſt.Advocatorum, in 2.
notab.verſ.& ſi advocatus, nec tenentur revela-
24 re ſi fuerit factum monitorium, ſub pęna ex-
communicationis, Bertaz.conſ.252. num.1. lib.
2.Fab.def.54.C.de prob.Mart.de iuriſd.p.3.cap.
7.num.23.& 24.Guaz.ad defenſ.anim. lib.1. tit.
de advoc.c.3.def.3.n.5.
25 Teſtis nimis affectatè deponens, quia præſu-
mitur habere affectionem in cauſa, nullam fi-
dem facit, Giazz.lib.2.diſcept.conſ.2. num.12.
Surd.conſ.467. nu.2. Maſc.de probat.conc.1347.
n.2.Prat.lib.3.diſcep.cap.10.n.19.
26 Teſtis ſimilem cauſam habens, ob affectio-
nem, non eſt integræ fidei, l.quoniam, C.de teſt.
cap.perſonas, eod.tit.Specul.in tit.de teſt.§.1.verſ.
item quod habet, Alber.de Roſat.de teſt.p.1.§.ex-
pedita, num.1. & teſtis laborans eodem vitio il-
27 lius, pro quo deponit non probat, Boſſ.de ind.
& conſid.ant.tort.nu.184.
28 Producens teſtem in eadem, vel ſimili cauſa,
ratione affectionis non admittitur ad illum re-
probandum, ſi poſtea idem teſtis à ſe productus
ab accuſatore, vel fiſco contra ipſum exami-
netur, Surd.conſ.390.num.18.Farin.q.45.num.
36.& q.62.num.215.cum ſeqq.Stiat.in pract.cap.
17.num.38.& ſqq.Sanfel.in pract.ſect.57. nu. 18.
29 excepto ſi cauſa repulſæ ſit nova, aut repulſa
fieret circa dicta, quia tunc admittitur, Vulpel.
conſ.103.num.7.& ſeq. Guaz.ad defenſ.reor.def.
28.cap.8.num.7.Borel.in ſum.dec.p.2.tit.15.nu.
62.& ſeqq.Conciol.reſol.crim.verb. repulſa, reſ.1.
num.10.
30 Proxeneta, ob præſumptam affectionem, ſeù
intereſſe, in criminalibus non eſt integer teſtis
in negotio, in quo fuit mediator, Farin.q.60,
num.406.& ſeq.Caren.de offic.ſan. Inquiſ.p.3.tit.
5.num.60. Vermigliol.conſ.175. num.75. ſed vi-
de dicta tit.2.cap.7.n.9.& 10.
31 Ratione odii repellitur à teſtificando inimi-
cus contra inimicum, l.3.ff.de teſt.l.ſi quis teſti-
bus, 13.C.eod.cap.17.& 19.de accuſ.Gomez var.
lib.3.cap.12.num.14.Cartar.deciſ.60.num.3.Ca-
ſtil.deciſ.180.num.1.& deciſ.186.num.9. Giurb.
conſ.37.num.33.& conſ. 72. num.55. Vermigl.
conſ.159.n.7.Novar.q.for.62. num.1. Prat.reſ.
31 crim.6.num.44.etiam in crimine læſæ Majeſta-
tis, Boſſ.de haret.num.22. Gig.de crim. leſ. Ma-
ieſt.lib.2.tit.quomodo, & per quos, quaſt.3. num.
8. & quaſt.7.num.7 Gram.conſ.46. num.8.& 9.
Muſcat.de cogn.delict.rub.de crim.laſ.maieſt.nu.
27.Caren.de offic.S.Inquiſ.p.3.tit.5. num.9. & ſi
33 antequam teſtis depoſitio recipiatur, fuerit
probata in promptu inimicitia capitalis, non
eſt recipiendus teſtis inimicus, §.ſi vero quis
dicat odioſum, Auth.de teſt. Maſtril.de magiſtr.
lib.6.cap.11.num.13.verſ. non poteſt recipere, &
deciſum per M.C.V. & confirmatum per S. C.
refert Sanfel.deciſ.174. quinimò ſi dubitatur de
34 inimicitia, eſt dandus terminus, & ſuperſe-
dendum in receptione, Gram.deciſ.86. Farin.q.
53.num.17. Baiard.ad Clar.q.24.num.25. San-
fel.loc.cit.num.2. ſed inimicitia levis non repel-
35 lit in totum teſtem à teſtificando, quemadmo-
dum inimicitia capitàlis, ſed tantum diminuit
de fide; ità ut non poſſit reputari teſtis integræ
fidei, Decian.tract.crim.lib.3. cap.25. ſub nu.26.
p.1.Maſcard.de prob.lib.1. concluſ.462. num.34.
Menoch.de arb.lib.1.q.28.num.5. Farin.quaſt.
53.num.53.Caren.d.tit.5. num.7. Vermigl. conſ.
159.num.12.Cruſ.de indit.p.1.cap 78. num.1. &
ſeq. Imbrian.de repul.repul.conſid.4. ex num.13.
cum ſeqq.Merl.contr.lib.1.cap.98. num.9. & ſeq.
36 Quæ autem dicatur inimicitia capitalis? dice-
37 mus tit.10.cap.37. ſi tamen inimicus ſit recon-

ciliatus, & post reconciliationem intervene-
runt actus amicabiles, tunc probat, sed non est
integræ fidei, *Clar.q.24.num.9. Guaz. def.28.*
cap.1.num.18.Rube.de testam.cap.15.num.230.
& seq.Caren.d.tit.5.num.8. Prat.lib.1. discept.
38 *cap.11.num.22.* Inimicitia verò affectata non
repellit testem à testificando, putà si verberavi,
vel injuria affeci Titium, ea malitia, ne contra
me testificaretur, *Gomez var.lib.3.cap.12. num.*
14.vers.item, Larr.alleg.48.num.42. Farin.q.53.
num.18.& 64.Fontan.decis.14. num.13. Mai-
nard.decis.84.num.1.lib.4. Franc. Marc.q. 291.
p.2.num.1.Valenz.cons.171.n.36.& seqq.
39 Accusator, quia cum accusato præsumitur
habere inimicitiam, non potest testificare con-
tra accusatum, quia nemo potest fungi officio
accusatoris, & testis, *l.omnibus, C.de test.l.nullus,*
ff.eod.cap.forus, §.in omni, ff.de verb.sign.cap.accu-
satores, 3.q.5. Marsil.consil.33.num.3.Gram.cons.
49.num.2. Gand.de malef.verb.qui accusare non
possunt, Mascard.de prob.lib.1.concl. 26. nu.1.&
concl.1357.num.41.lib.3. Scacc.de ind.lib.1.cap.
73.Cap.Latr.dec.179.num.36. nec etiam in cri-
40 mine læsæ Maiestatis, *l.3.C.ad l.Iul. Maiest.Sal.*
in l.fin.C.de accus.Gram.decis.28. num 23. in fin.
Vermigl.cons.370.num.5. nec quidem cum tortu-
41 ra admittitur ad testificandum contra accusa-
tum, *Vulp.cons.30.num.5.Bertaz.cons.8. nu.44.*
lib 1. Farin.qu.46.num.99. Vermigl. cons.159.
num.5.

42 Denunciator publicus, ob eandem rationem,
non admittitur in testem contra denunciatum,
Boss.de denunc.num.3.Masc.de prob.lib.1.concl.
506.num.1.Cap.Latr.decis.179.num.36. nec de-
43 nunciator secretus probat, *l.ea quidem, C.de ac-*
cus.Boss.loc.cit.num.2.& 18. Trivis.decis.29. lib.
2.Vermigl.cons.3.n.11.12.& 13.

44 Primus testis examinatus, non dato aperto
accusatore, quia habetur pro accusatore, non
probat, *Decian.cons.93.sub num.129.lib.2. & in*
tract.crim p.1.lib 3.cap.25.num.62.Escob.de pu-
rit.& nobil.prob.p.2.q.2.num.55.cum seqq.Guaz.
def.29.cap.2.num.28.Andreol.contr.345.num.1.
Cap.Lat.d.decis.179.n.37.

45 Testis qui una vice contra Titium deposuit
in causa criminali, quia ex illo examine præsu-
mitur Titii inimicus, non poterit alia vice, &
in alia causa testificare contra eundem Titium,
Decian.tract.crim.p.1.lib.3. cap.25. num.66. Fa-
rin.q.53.num.48.Castil.decis.168.num.21. Prat.
resp.crim.7.n.21.22.& 23.

46 Testis ultroneus, quia præsumitur inimicus,
non probat, *Marsil.in l.unius, ff.de quest. Guaz.*
def.19.cap.6.num.6.Farin q.43.num.189. Ricc.
decis.244.num.12. & seq.lib.2. Vermigl. decis.12.
num.10. Giurb. cons.70. num.45. Scial.de torq.
reo.cap.74.num.34. Thor.in C.rer. ind.alleg.34.
47 *num.16.*& dicitur testis ultroneus, quando per
Curiam fuit examinatus, nulla præcedente ci-
tatione, quæ debet in actis constare, *Farin.q.*
80.num.8.Decian.resp.4... ...26.& seq. vol.5.
Maynard.decis.87.par.4. Novar.in prag.1 de
test.refren.coll.1.n.4.

48 Verberatus ab aliquo, quia cum verberante
contrahit inimicitiam, non potest testimonium
ferre contra verberantem, *Vulpel.cons.87.*

49 Socius itineris, quia ex injuria facta consor-
cio, videtur quoque offensus, & ob id contra-
hit inimicitiam cum offendente, non admitti-
tur ad testificandum contra offendentem, *Fol-*
ler.inter cons.crim.divers.tom.1. cons.137. num.
1.in novis.Gram.decis.25. num.2. Merend.cons.
66.num.1.Campeg.de test.reg.101. in 3.fall.Felic.
alleg.28.num.15.p.1.Arnon.emblem.59.Farin.q.
*60.num.402.& q.105.num.286.*quoties scilicèt
50 injuriam factam socio ad animum revocavit;
nam tunc repellitur à testificando: secus verò
si injuriam ad animum non revocavit, quia tùc
non repellitur à testificando, *Vulp.cons 87.Boss.*
de oppos.con.test.post num.56. Gram decis.25.nu.
*2.Thor.in C.rer.ind.cas.10.num.13.*Injuriam ve-
51 rò fuisse ad animum revocatam cognoscitur
& probatur signis, verbis, & aliis conjecturis,
Farin.quest.60.n.403.

52 Ratione vilitatis, vel infamiæ repelluntur à
testificando infames, tam infamia juris, quam
facti, *cap.infames, 6.q.1.cap.statuimus, 3.q.9.*
cap.licèt, 47.de test l.3.§.l.Iulia ff.eod. Clar.§.fin.
q.24.vers.item infamis, Blan.de ind.& tort.ad l.
fin.ff.de quest.num.352.Ossasc.decis.79. num.36.
Cabal.resol. crim.cas.84.num.11. Zuff. de legit.
proces.crim.q.181 in fin.

53 Infames infamia Iuris sunt illi, qui commi-
serunt crimen, propter quod lex statuit eos esse
infames, & sunt notati in *l.1.& per totum tit.de*
his qui not.infa.& in *l.infantem, ff.de publ.ind.*&
de Iure Reg. declarantur infames Officiales
exercentes officia temporalia, vel perpetua, ab-
sque Regis licentia, *Capitul.175.* Iudices omit-
tentes imponere pœnam calumniæ, *Cap. 235.*
filii receptatorum, & fautorum hæreticorum,
Const.Paterenorum, Iudex fraudolentèr profe-
rens sententiam contra Regem, *Const. Si Iudex*,
offendens aliquos sub fide, & verbo Regis, *prag.*
1.de pac sub verb. Reg. condemnatus pro furto,
prag.4.de cess bon. offendens innoxium pro no-
xio, *prag.1.de offend.innox.pro nox.* & alii.

54 Excommunicatus, quia est infamis, *cap. illi*
qui, & cap.infames, 6.q.1.Tiraquel.de retr.tit.1.
§.1.glos.9.num.271. ideò repellitur à testifican-
do, *cap.excommunicatus, il 1.§.credentes, ext.de*
haret.cap.1.4.q.1.cap.decernimus, de sent.excom.
in 6.l.penul.C.de haret.Gabr.com.contr.com.tit.de
test.lib.1.concl.19.Nell.de test.num.20. Put.dec.
3.num.3.lib.1. Ricciul.de iur.person. extr.grem.
Eccles.lib.4.c.30 n.14.

55 Apostata, quia est infamis, repellitur à testi-
ficando, *Affl.in Const.Apostantes, ex num.4.cum*
seqq.Masc.de prob.concl.112.num.17. cum seqq.
Farin.quæ.56.num.444.Ricciull.d.tract.lib.8. de
apostat.

56 Fustigatus publicè, quia est infamis, non po-
test

test esse testis. *l.fustibus*, *C.ex quib.caus.infam. irrog.Corrad.in pract.§.2.de off. Prat.in caus. civil.de Test.rub.pers.test. aggred.verb.fustibus,nu. 28.Masc.de prob.concl.1356.num.33.lib.3.Zuff. de legit.proc.q.181.n.6.& 7.*

57 Spurius,cum reputetur infamis, repellitur à testificando, *Mascard. d. concl. 1356. num. 31. Paleo.de not.& spur. cap.55.n.4.Tusc.pract.conc. lit.S.concl.415.n.5.*

58 Ebrius, quia reputatur vilis, & infamis, non admittitur ad testificandum, *Gomez.var.lib.3. cap.12.num.18.in fin.Tiraq.de pœn. temp.caus.6. num.8.Farin.q.56.num.434.* & si est solitus se

59 inebriare,non admittitur ad testificandum, licèt tempore examinis non sit ebrius, *Gomez.d. cap.12.num.18.in fin.Farin.d.q.56. num.436.& seq. Conciol. alleg. for.45.num.436. & seq. & alleg.for.95.nu.16.& resol.crim.verb.testis quoad personas,cap.12.n.5.*

60 Blasphemator, quia est infamis, repellitur à testificando, *Decian.tract.crim.lib.6.cap.6.num. 21.Masc.de prob.concl.194.num.13.& seq.lib.s. Farin.q.56.num.414.& seq.Luzar.de blasph.qu. 5.num.66. & seq. Rub.de valid. legal.cap.31. num.69.*

61 Decoctus, vulgò fallitus, quia est infamis,repellitur à testificando, *Mascard. concl.905.nu. 5.Farin.q.56.num.450.cum seq.*

62 Histrio, qui questus causa in publicam scenam recitat, tanquam vilis, repellitur à testificando, *Farin.q.56.num.439.cum seqq.Æmil.de test.verb.bestiarius,num.4. Zuff.de legit.proces.q. 181.cum seq.*

63 Meretrix, quia est ipso iure infamis,repellitur à testificando, *l.3.§.l.Iulia,ff.de test.Masc.de prob.concl.1063.num.40.lib.2.& concl.1356.nu. ac.lib.3.Vermigl.consf.32.num.1.consf.127.n.1. & consf.408.n.1.*

64 Usurarius,cum sit infamis, repellitur à testificando, *l.improbum*, *C. ex quib.caus.infam.irrog.Clar.in pract.§.usura, vers. puniatur etiam, Fari.qua.56.n.352.*

65 Bannitus,ex quò est infamis, *Nell.de bann.p. 1.temp.2.q.49.Corrad.in prax.§.3.de off. Prat.in caus.crim.rub.de contum.& ban. num.25.* ideò à

66 testificando repellitur, *Marsil.in pract.§.aggredior,num.94.& in tract. de bannit. verbo exules, num.8.Æmil.de test.verb.bannitus, num.1.& 2. Mascard.de prob.lib.3.concl.1356.n.38.*

67 Redarius, quia est temerarius, & abiectæ fidei, ideò nullam facit probationem, *Ruin.consf. 147.num.3.Roland.consf.16. num.22. & consf.73. propè fin.Bertaz.consf.crim.157.num.17.Valenz. consf.92.num.83. & 84.lib.1. Prat.resp.crim.23. num.49.*

68 Criminosus,putà homicida, maleficus,sacrilegus, incestuosus, veneficus, periurus, sacrilegus, & alii notati in *l.3.§.l.Iulia,ff.de test.* quia sunt infames, à testimonio repelluntur, *cap.super eo, il 1.ubi glos.cap.testimonium, ext. de test.ib.cap.constituimus, 3.q.5.d.l.3.§.l.Iulia, Gram. consf.26.num.25.consf.35.num.29.& seq. & vot. 22.num.4.Boss.de oppos.cont.test.num.51.de Lan-*

69 *cent.decis.Aven.91. nu.91.* dummodo tales sint condemnati per sententiam propter supradicta delicta, quia non sufficit si contra eos probetur tantum crimen oppositum, *d.l.3.§.l.Iulia, glos.fin.in cap.super eo,de testib.Farin.d.quæst.56. num.129.*

70 Vilis persona, idest ille qui est natus ex infima plebe,& communi proverbio vocatur villanus, tanquam ex vili genere ortus, *l.humilem,*

71 *C.de incest.nupt.*à testificando repellitur, *Oldrad.consf.192.num.3.Corrad.in pract. §.2. de offic.prat.in caus.civ.tit.de test. rub.personas testiũ,*

72 *verb.vilis, num.83.* admissæ tamen tales viles personæ ad testificandum, non sunt integræ opinionis, sed eis de fide diminuitur, *Boss.de tert.test.num.8.Farinac.qua.57.n.61.*

73 Pauper non admittitur ad testificandum in criminalibus, *l.non nulli, C.de accus.Clar.q.24. Covar.lib.2.var.cap.6.num.8. Farin.q.57. nu.16.* nisi pauper esset bonæ vitæ, & famæ; nam tunc non repellitur à testificando, *§.sancimus, ext.de test.l.3.ff.eod.Farin.d.q.57.num.61.Clar.d.q.24. vers.quero etiam.Rot. apud Mant.decis.372.nu. 16.Carena.de off.S.Inquis.p.3.tit.5.n.68.*

74 Birroarius, cum reputetur infamis, non admittitur ad testificandum, *l.sciendum*, & ibi *Angel.ff.de usur. Ludov.decis. Luc.1. Ricc.coll. decis.2529.Cabal.resol.crim.cas.127.in princ. Farin.q.56.num.371.& seq.Franch.decis.379.Vermigl.consf.31.num.11.Rovit.in prag.4. de arm.n.*

75 *6.*etiam si esset caporalis, *Ricc.decis. Cur. Archiep.1. par.4.* sed cursores Curiæ Ecclesiasticæ,

76 dummodo sint clerici, probant, *Ricc.decis.59. p.2.*& vide *Genuens.in prax. Archiep.cap.8.* quem-

77 admodùm Capitaneus justitiæ etiam probat, secundùm *Novar.quæst.for.par.1. qua.16.* cujus contrarium melius tenet *Farin. d.q.56. nu.393.* quia negari non potest quòd etiam sit birroarius, licèt Capitaneus iustitiæ, & Barisellus nũcupetur, sic scribæ fiscales admittuntur ad te-

78 stendum testimonium in probando apprehensionem, si capturæ delinquentis assistunt, *Sanfel.decis.98.* cujus contrarium tenet *Cap.Lat.decis.179.num.53. & seq.*ob affectionem in causa, & maximè in Regno,stante *prag.32.§.2.de arm.* quæ requirit duos testes idoneos ad probandam capturam cum armis; verum si birroarii deponant de pertinentibus ad eorum officia,

79 putà de citatione,vel executione ab eis facta, benè probant, *Menoch. de arb.cas.112. in princ. Mascard.de prob.conclus.189.num.7 & seq. Farin.q.56.num.380.Sperl.decis.149.num.15. p.2.*

80 sed si deponant de resistentia eis facta tempore citationis, vel executionis, non probant, *Farin.loc.cit.num.376.Cabal.resol.crim.cas.127.nu. 15.Guaz.ad defens.reor.def.5.cap.9. num.8. Conciol.resf.crim.verb.birruarius,cap.4. Rovit.consf.5. num.4.lib.3. Marin. resol.quotid.lib.1.cap.115.*

81 verum dictum birroariorum quòd captus de-

fe-

ferebat arma prohibita, facit contra captum
inditium ad torturam, *Decian.tract.crim. lib.8.
cap.4.num.6.& 7.Franch.decis.379.Farin.quæst.
21.num.157.Cabal.resol.crim.cas.126.num.4.&
seq.Guaz.d.cap.9. num.8. Caren.de offic. S. inquis.
p.3.tit.7.num.34. Ursel.in exam.apum, conclus.
147.num.62.& seq.lit.A.Conciol.d.verb. birroarius, resol.3.num 2.* sed in Regno per dictam
82 *prag.32.§.2.* ad probandam capturam cum armis requiruntur saltèm duo testes, fide digni,
extra guardiam, ultrà depositionem satellitũ.
83 Ratione ætatis repelluntur à testificando infans, idest minor septennio, indistinctè, repelluntur à testificando in criminalibus, *l.si infanti,
C.de iure delib. Mars.in l.infans, num.41.ff.ad l.
Corn.de Sicar. Mascard.de prob.conclus.1246.
num.2.lib.3.Gram.decis.40.n.5.*
84 Impubes, scilicèt masculus minor quatuordecim annorum, & fęmina minor duodecim, nec
etiam possunt esse Testes in causa criminali, *l.3.
§.lege Iulia, ff.de Test.Blan.de indi. nu.346. Gig.
de crim. læs.maiest.lib.2.rub. quom. & per quos
crim.læs.mai. prob.q.12.n.3.*
85 Pubes similitèr, scilicèt major quatuordecim
annorũ, & minor viginti, nec etiam in criminalibus potest esse Testis, *l.in testimoniũ, ff.ad Test.
Gomez.var.lib.3.cap.12.num.12. Viv. com.opin.
verb.Testis non potest esse pupillus, vers.nam in
criminalibus, Novel. reg. 216. num.27.* quòd
86 in Regno non est immutatum; nam licèt per
Const.Minorum iura, major ętas est, cum quis est
annorum decem, & octo, tamen hoc procedit
in contractibus, non in testimonio ferendo, ubi
87 non obstante *d.Const.* requiritur ætas annorum
viginti, *Gram.decis.40. num.17.* & latè probat
Prat.lib.3.discep.cap.40.à n.31.cum seqq.
88 Ratione sexus, mulier, licèt admittatur de
jure civili ad testificandum in criminalibus, *l.ex
eo, ff.de Test.* tamen non est integræ fidei, & omni exceptione majoris, *Magon.dec.luc.89.num.3.
Farin.q.59.nu.23.& 26.Calv.de æquit.lib.2. cap.
254.num.5.& seq.Massin de confisc.bon.q.10.nu.
47.* ideoque duæ fęminæ non convincunt ad effectum condemnandi, *Decian.& Corrad.* addu-
89 cti ab eodem *Farin.d.q.59.num.27.* imò quando
agitur de pœna mortis infligenda, nec etiam
tres fęminæ convincunt, *Gandin. tit.de fur. &
latr.num.7.Hippol.Rimin.cons.217.num.5. lib.2.
Farin.loc.cit.num.29.Cabal.res.crimin.cas.288.n.*
90 *64.in fin.* sed de jure canonico Mulier repellitur
à testificando in causa criminali, *cap.mulierem,
33.q.5.Far.q.59.num.1.Giurb.cons.43.n.5.*
91 Supradictæ personæ supra recensitæ, quæ à
Iure reiiciuntur à testificando, possunt validè
testimonium ferre in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus veritas alitèr haberi
non potest, *l.consensu, §.super plagiis, C.de repud.Boss.tit.de indit.num.157. Gram.cons.17.n.
9.& cons.45.num.9.Giurb.cons.43.nu.28. Marc.
Anton.var.resol.lib.3.cap.10. num. 11. & cap.
20.num.3.Pon.cons.44.lib.1.num.2. Giurb.cons.
43.num.28. Grasset.de nec.prod.§.29.num.270.
Ciriac.contr.250.n.25.*
92 Et delictum reputatur occultum, & difficilis
probationis, si est commissum de nocte, in eremo, in nemore, in campestri, vel alio loco secreto, *Rip.de noct. temp.cap.16. num.16.
Boss.tit.de ind.num.171. Giurb. cons.2.num.44.
Grasset.de nec.prodit.§.29.num.245.cum seqq Ciriac.contr.219.num.78.& seq. Farin.q.62. num.
55.* & nox dicitur quando Sol non est super ter-
93 ram, *l.hac verba, ff.de verb.sig. Tiraq.de retr.lignag.§.1.1.glos.11.n.3.Scacc.de ind.lib.2.c.3.n.1.
Antonel.de temp.legal lib.1.cap.3.num.104. Rovit.in prag.1. de fur. num.2,* unde delictum fa-
94 ctum in crepusculis, & dum cœlum albescit dici factum de nocte, dixerunt *Affl.in Const.Iam lata leges, num.14.Scacc.loc.cit.num.349. Rip. de
noct.temp.cap.3.num.29. cum seqq.* sed quòd ad
evitandam pęnam censeatur commissum de die,
melius tenuerunt *Bologn.cons.37.nu.13.Clar.q.
82.num.9.Rip.cap.86. num.8. Conciol. res.crim.*
95 *verb.occisio, resol.3 num.4.* Quid si delictum sit
commissum de sero, an censeatur commissum de
nocte? dicemus *tit.9.cap.2.*
96 Nec sufficit, ad hoc ut delictum dicatur occultum, quod actu testes non intervenerunt,
sed debet esse patratum in loco, vel tempore,
ubi verisimilitèr alii Testes, nec actu, nec habitu
intervenire potuerunt, aliàs sequeretur absurdum, quòd omne delictum, in quo actu non
intervenerunt Testes, diceretur occultum, *Paris de Put.de sind.verb.Testis, fol.105.Angel.de
malef.verb.fama publica, n.31. Aret.cons.13.col.
9.vers.venio ad quartum, Gram.cons.3. num.8.&
cons.45.num.11.Carrer.in prax.tit.de indit. §. in
textu ergo, num.33.Clar.§.fin.q.24. num. 19. Gomez var.lib.3.cap.12.num.21. Carav.rit.144.n.
6.Boss.tit.de ind.num.160. Franch.decis.358.nu.
8.Farin.quæst.55.num.65. & quæst.62. num.62.
de Marin.ad Rever.dec.221.* & dicunt ad propositum *Dec.cons.133.num.6.& cons.173. Marsil.in prax.crim.§.diligenter, & in cons.41.* ac in
97 *singul.73.* quòd oportet ista articulari, quòd
Testes tunc actu, & habitu interesse non potuerunt, sequitur *Urs. ad Affl. decis.304.nu.8.
Far.d.q.62.n.69.*
98 Excepto si Testes repellerentur à testificando ratione inimicitiæ, vel tanquam interessati
in causa; nam isti, nec etiam in casibus exceptis,
occultis, & difficilis probationis, admittuntur
ad testimonium ferendum, *Affl. in cap. 1.§.&
bona committentium, num.9.tit.quæ sint regal.in
usib.feud.Decian.tract.crim.lib.3.cap.25 num.6.
p.1.Gram.cons.46.num.8. & 9.vot.3.num.30. &
31.& vot.11.num.17. Gomez var. lib.3. cap.12.
num.21.Clar.§ fin.q.24.vers.item quæro, Menoc.
de arb quæst.lib.1.q.28.num.2.Bertaz.cons.528,
num.6.lib.2.Vermigl.cons.159.num.9.Maia consul.22.num.32. Ricc.dec.29.num.5.p.3.Cartar.
dec.*

dec.32.num.4.Giurb.conf.61.num.19. ac proiodè
99 licèt Testes iohabiles, aliàs examinari dum examinari non debuerint, si sunt plures, faciunt inditium ad torturam, *Carrer.in pra.tit.de ind. & tort.§.in tex.ergò,num.43.Cafon.de ind. tract. 10.cap.1.num.8.& cap.5.num.8. Bertaz. conf.3. num.27.conf.341.num.10.& conf.474.numm.2. Cabal.caf.193.nu.6.* tamen quando inhabilitas
100 oritur, vel ex interesse, vel ex inimicitia, nullum faciunt inditium, *Brun.de ind.p.1. q.2.post num.20.Farin.q.62.num.287.* quibus doctrinis stetus, in una facti contingentia dixi, non posse sustineri doctrinam *Danz.in tit.de pug. DD. tit.de indit.cap.7.num.22. tom.3.* qui dicit quòd
101 ad probandum furtum in campaoea, admittuntur Socii criminis, licèt male tractati à furis, & eum sequitur *Thor.in Crer.jud.caf.10.nu.15. usque ad finem,* si quidem veritas est in contrarium, quia socius crimiois tali casu reputatur inimicus, ut supra diximus, *num.49.* qui ex prædictis, nec etiam in delictis occultis, & difficilis probationis admittitur ad testificandum.
102 Et io similibus delictis exceptis, & difficilis probationis, si iohabilitas Testis proveoit ratione infamiæ, iofamis non admittitut ad testificaodum absque tottura, *l.ob carmen, §. si ea rei conditio, ff. de Test. Clar.§.fin.q.24.verf. item infamis, Boff.de tort.Test.num.3. Mascard.de prob. lib.3.conclus.1356.num.52. & 70.* etiam si aga-
103 tur de crimine læsæ maiestatis, io qoo Testes infames, oec etiam admittuntur absque tortura, *Marf.conf.109.num.14.vol.2. Gig.de crim. laf.Maiest.lib.2.tit.quom.& per quos,q.3.num.4. & qu.11.num.9.Gram.conf.70.& ult.in fin.*
104 Similiter si testes patiuntur plures defectus, noo admittuntur ad testificandum, nec etiam in delictis, io quibus veritas aliter haberi non potest, *Menoch.de arb.caf.96.num.6.& 7.Gabr. com.concl.de test,concl.7.num.10. Far.q.62.num. 80.Grat.decif.240.num.13.Cancer. var. tom.1.c. 20.num.25.Vermigl concl.433.num.22. Conciol. verb.test. quoàd personae, resol.25. num.2.* oec
105 etiam io criminibus exceptis, & læsæ Maiestatis, *Menoch.de arb.caf.474.num.54.Guaz.def. 29.cap.3.num.9.Farin.conf.16.num.23. conf.79. num.1.& conf.80.num.23.lib.1. Andreol. contr. 172.num.9. Conciol.l.c. num.6.* & in dictis casi-
106 bus, oec etiam admittuntur cum tortura, quę expurgat unum tantum inditium, non plures, *Cravet.conf.6.num.54.Farin.q.43. num.178.& q.62.num.382. Guaz.def.30. cap.40. num.13. Vermigl.conf.33.num.19.conf.36.nu.17.& confil. 271.n.16.*
107 Sed licèt in delictis occultis, & difficilis probationis admittantur testes iohabiles, tamẽ hoc intelligitur quoàd priocipale delictum, non verò ad probaodum illius adminicula, in quibus non admittuntur ad probandum testes inhabiles, *Bald.in Auth.si dicatur,col.pen.* ubi *Salic.circ.fin.C.de test.Dec.conf.189.col.2. verf. praterea, & conf.510.num.15.Zuguen.conf.27. nu. 64. lib.1.Boff.de crim.laf.Maie.num.112. Foller.in rub.item committit crimen lasa Maiestatis, num. 108.Declan.tract.crim.lib.7.cap.37.nu.44. Mascard.de probat.concl.57.num.53.& conclus.462. num.38.Farin.q.37.num.32.q.62.nu.35.& conf. 175.num.11.lib.2.Mafc.de cogn.five prob.del.tit. de crim.laf.maie.num.22. & feq.* & vide tota *tit.10.cap.34.*
108 Quinimò in omni casu, quo admittuntur testes inhabiles ad testificandum io delictis occultis, & exceptis, & in quibus aliter veritas haberi non potest, illi noo sunt iotegræ opioionis, & non probant plenè, sed solum faciunt qualem, qualem probationem, vel inditium, & duo testes non sufficiuot ad condemnandum, *Gig.de crim.laf.maiest.lib.2.tit.quom.& per quos perf.q.3.num.3. Alciat.de prasump.reg.1.praf.39. num.3 & feq.Boff.de ind.num.157.& 177.Farin. q.62.num.73.Giurb.conf.64.nu.10.Conciol.verb. testium miscellanea, resol.7.*

SUMMARIUM.

1 *Teste depositio debet esse clara in criminalibus, non autem obscura, & incerta, & debet concludere per necesse, non per possibile, aliàs non probat.*
2 *Testis deponens per verbum credo non probat.*
3 *Nec si deponat per verba si benè memini, ni fallor, salva veritate, & simil.*
4 *Debet reddere rationem sui dicti, etiam non interrogatus, aliàs non probat.*
5 *Et debet reddere rationem sui dicti veram, bonam, necessariam, & concludentem, aliàs non probat.*
6 *Testis deponens de homicidio commisso tempore noctis, quomodo deponere debeat? & n.7.*
8 *Testis de auditu alieno quando probet?*
9 *Testis de auditu in crimine assassinii facit inditium ad torturam, aliis concurrentibus.*
10 *Testi, qui dat alium in contestem, & ille negat, non creditur.*
11 *Et est suspectus de falso.*
12 *Testis datus in contestem debet examinari, quòd limitatur, n.13.*
14 *Testes singulares non probant.*
15 *Singularitas Testium infringit, & lacerat testimonia.*
16 *Ubi adest testium singularitas, ibi adest contrarietas.*
17 *Plus probat unus Testis, quam mille singulares.*
18 *Singularitas Testium quotuplex sit?*
19 *Obstativa singularitas quid sit?*
20 *Adminiculativa singularitas qua dicatur?*
21 *Diversificativa singularitas quid sit?*
22 *Testes singulares, singularitate obstativa, vel diversificativa, non probant.*
23 *Testes singulares singularitate adminiculativa probant.*
24 *Testes singulares probant quid in genere.*

25 *Quando tamen non agitur de pœna infligenda, sed ad alium finem.*

26 *Sed ad puniendum non sufficiunt Testes singulares.*

27 *Testes, si in probatione alicuius adulterii, vel stupri sint discordes in loco, & tempore non probant.*

28 *Testis sibi varius, & contrarius non probat.*

29 *Testis quando dicatur varius?*

30 *Testis varietas quibus modis contingere potest?*

31 *Testis potest incontinenti se corrigere, & non dicitur contrarius.*

32 *Correctio Testis quando dicatur facta incontinenti?*

33 *Testis qui in eodem examine deponit contraria non probat.*

34 *Prima depositio Testis attenditur si fecerit diversas depositiones in diversis inditiis.*

35 *Testis qui fecit contrarias depositiones potest torqueri ad convalidandum, que nam ex depositionibus sit vera.*

36 *Depositio facta in tortura attenditur si est contraria depositioni facta absque tortura.*

37 *Testis in repetitione potest petere quòd sibi legatur prima depositio.*

38 *Potest repeti per extensum, nec potest se referre primæ depositioni, si hoc Iudici videbitur.*

39 *Testis examinatus ad revelationem excommunicationis debet repeti per extensum in Tribunali laicali, nec sufficit si se referat dicta depositioni.*

40 *Testis examinatus potest adstringi per Iudicem ad se repetendum.*

41 *Tenetur pœna falsi si recusat se repetere.*

42 *Testes examinati habentur pro repetitis, quando à Reo fuerint impediti ne repetantur.*

43 *Testis recusans se examinare potest per Iudicem compelli.*

44 *Sed non tenetur pœna falsi.*

45 *Testi, qui negat deposuisse, ut reperitur scriptum ab Actuario non creditur, sed punitur de falso, quoties depositio fuit facta coram Iudice, vel à Teste fuerit subscripta.*

46 *Testi neganti deposuisse ut reperitur scriptum non creditur contra Actuarium, nec Actuario contra Testem.*

47 *Duo Testes, qui contradicunt Actuario, sivè Notario in criminalibus sufficiunt ad torturā.*

48 *In causa civili an credatur Testi, vel Notario, si Testis negat deposuisse pro ut reperitur scriptū?*

49 *Testis pecunia corruptus deponens falsum tenetur pœna falsi.*

50 *Quid si pecuniam recipit pro ferendo vere testimonio?*

51 *Quid si recipiat expensas?*

CAPUT III.

De oppositione contra Testes quoàd dicta.

1 QUoàd dicta excipitur contra
Testis depositionem, quòd
non sit clara; nam in crimi-
nalibus depositio Testis de-
bet esse clara, & manifesta,
non autem obscura, & in-
certa, & debet concludere
per necesse, non antem per possibile, *Farin.q.68.*
num.1.2.& seq.Ciriac.contr.150.num.12. & 28.
Vermigl.cons.16.num.12.cons.63. nu.14.& cons.
2 *75.num.5.*& Testis deponens per verbum credo
nullam facit probationem, *Guazzin. ad defen-*
sam reorum, defensio.29. cap.3. num. 11. Tusche
practicar.conclusion. lit.T. conclus.182. nu.1.cum
3 *seqq.*nec talis Testis depositio est valida, si depo-
nat per verbo, si bene memini, ni fallor, salva
veritate, forsitan, possibile est, prima fronte, &
similia, *Mascard.de prob.concl.1370.per tot.lib.*
3.Vermigl.cons.13.num.5.cons.15. num.4. consil.
16.num.13.Grasset.de noc.prodit.§.26.n.67.
4 Et testis in ejus depositione, etiam si non sit
interrogatus, debet reddere rationem sui dicti,
aliàs ejus depositio est nulla, & invalida, *l.solā*
testationem,3.C.de Test.Clar.§.fin. quæst.53. vers.
preterea dixi, Gomez var.tom.3.cap.12. num.9.
Guaz.def.29.cap.3.num.10. & non solum tene-
5 tur reddere rationem sui dicti, sed illam debet
adducere veram, bonam, necessariam, & con-
cludentem, aliàs non probat, *Osas.cons.66.num.*
17.lib.1.Far.quæst.70.num.8.cum seqq. Rub.de
valid.ieg.cap.43. nu.27. unde si Testis deponat
6 de homicidio commisso tempore noctis, debet
assignare rationem, quomodo vidit, quia sci-
licèt tunc luna, aut lucebat, aut lumina erant
accensa, noctis obscuritatem tollentia; nam si
deponeret non reddita prædicta ratione, tunc
talis probatio non admittitur, *Boss.in tit.de res-*
pon.a reo facien.num.5. Rip. de noctur.temp.cap.
57.Claud.Tut.alleg.35.num.28. Clar.§.fin.quæst.
21.num. Gomez var.tom.3.cap.12. nu.10. Fa-
rin.q.62. à num.37.cum seqq. Giurb.cons.17. nu.
18.& cons.37.num.41.Vermigl.cons.74.num.1.&
cons.408.num.8.Ricc.dec.63.par.2.& extat *prag.*
*29.§.17.de offic.mag.Iust.*nisi testis diceret se vi-
7 disse ex loco vicino, & propinquo, vel nisi esset
insimul cum eo, quem vidisse aliquid facientem
testetur, *Rip.de noct.temp.cap.57.num.22. Far.d.*
quæst.62.num.41.42. & 43.Castil. decis.179.nu.
14.& seq.vol.2.Prat.resp.crim.6.n.31.
8 Neque est admittenda Testis depositio de
auditu alieno, quæ nullam fidem facit, *cap.licèt*
ex quadam, 47.de Test. Vermigl. cons.60.num.7.
& cons.105.num.1.Ciriac.contr.91.num.12.Zuff.
de

9 *de itz.proc.quæst.32. num 6.* nisi testis deponeret de iis,quæ percipiuntur per sensum auditus, ut puta si deponat audivisse talem blasphemantem,vel injuriantem, vel confitentem , & similia,quia cum prædicta cadant sub sensu Testis, tunc pleoè probat, *Far.quæst.69.num.148.cum seqq.Caren.de offic.S.Inquis.par.3.tit.6.num.8.*sed Testes de auditu in crimine assassinii faciunt inditium ad torturam ,*Gabr. com. opin. de malef.contr.1.num.22. Decian tract.crim.lib.9 cap. 30.num.22.Masc.de prob.conclus.137.n.4. lib.1.* dummodo cooccurrant alia adminicula, aliàs secus. *Far.q.69.num.17.& seq.Giur.cons.20. nu. 30. & cons.41. num. 30. Conc. verb. assassinum, resol.6.num.3.& verb.Testis,res.4.n.2.*

10 Et si. Testis examinatus dat alium in contestem, qui vocatus in contestem negat id, ad quod vocatus est , tunc neutri creditur, *Gab. co m.conclus.de Test.concl.3. num.11.Guaz. def. 19.cap.2.num.2 Gram.cons.26. num.20. & seq. Prat.resp.crim.24.num.75.cum seqq.Giurb.cons.*

11 *23.num.13.*imò isto casu iste testis,qui dat aliū in contestem est de falso suspectus, quoties datus in contestem negat, *Mascar.de prob.conclus.1375.in princ.Surd.decis.326. num.96. Ciriac.contr.27.num.8.Vermigl.cons.30.nu.16.*& si

12 Testis datus in cootestem sit vivus, & non examinetur, non modica oritur suspitio contra producentem, *Far.quæst.69. num.92. Vermigl.*

13 *cons.61.nu.16.*nisi fiscus probasset,quòd in cōtestem vocatus examinatus non fuerit, sive ob ejus subsequutum obitum, absentiam, vel impedimentum ab inquisito præstitum, *Prat.resp. crim.29. nu.23.*

14 Testes singulares non probant, *cap.nihilominus*, & ibi *glos.3.quæst.9. cap. in omni negotio de Test.Marsil.cons.57.num 27. Boer.decis.142.nu. 2.Vulpel.cons.19.num.1.Clar.§.fin.quæst.33. vers. dixi,Giurb.cons.79.num.24. Cap.Latr. dec.232. num.11.* quia singularitas Testium infringit,

15 dividit, & lacerat testimonia; nam omne divisum laceratum est: ideoque Testes singulares tanquam divisi,& lacerati,non probant, *Cabal. casu 200.num.11.*ubi enim adest singularitas in

16 Testibus,ibi dicitur adesse varietas, & contrarietas, & tanquam contrarij non probant, *Farin.q.64. num.35.* etiam si Testes essent plures

17 numero : nam numerus non tollit hanc exceptionem , sed illam magis auget , *Gomez var. tom.3.cap.12.num.10.Giurb.cons.79.num.24.* & tantum probant mille Testes singulares, quantum unus, *Bald.in l.juris jurandi, num.4. C. de Test.Alex.cons.21.num.2.lib.4. Gabr. com. concl. tit.de test.concl.2.Caball.cas.292.num.12.Caren. de off.S.Inq.p.3.tit.6.num.29.*

18 Singularitas autem Testium triplex est , obstativa,diversificativa, sivè subalterna,& adminiculativa,sivè cumulativa, *Cabal.cas.292.num. 4.Font.de pat.nupt.claus.5. gl.5.p.1. num.59. & 68.cum seq.*

19 Obstativa singularitas dicitur illa , quando de uno individuo , sivè de unico tantum actu probando, reiterabili, sed non reiterato,agitur inter Testes, in quo variatio loci , vel temporis inter ipsos intervenit, quia unus dicit de uno loco,vel tempore, alter de alio,pro ut in Testibus Susannæ, *Bos. tit.de fals.num.23. Fab.def.5. C.de furt.lit.C. Prat.discep. forens.tom.3.cap.40. num.15.*

20 Adminiculativa singularitas dicitur illa, quæ oritur ex Testibus, in quibus nulla adest repugnantia , sivè contrarietas, & licèt per diversa media, sivè diversas conjecturas , aut propositiones loquantur , una tamen alteri patrocinatur,& unus Testis alteri adminiculatur, & tendunt ad eundem rei finem, ut si unus Testis depoaat de veritate rei,alter de illius confessione,vel fama,unus de visu , alter de auditu, *Cabal.d.cas.292.n.25.Farin.quæ.64.n.6.*

21 Diversificativa singularitas est , quando in actu reiterabili Testes ità deponunt,ut necessario factorum diversitas ex tali depositione inducatur , ut si quis vellet probare mutuum , & articuletur de decem aureis ea de causa numeratis, & aliqui Testes dicant de mutuo facto in uno loco , & certo tempore, alii autem testificentur in mutuo facto in alio loco,& alio tempore, quia tunc,cum ex varietate loci , & temporis de necessitate insurgat diversitas mutui, isti Testes non uti contrarii,& repugnantes,sed uti diversi,& de diversis actibus deponentibus reputantur;propterea dicuntur singulares,non singularitate obstativa , sed diversificativa: ex quò plura mutua consideraotur, unum scilicèt factum uno loco, & tempore , alii autem restificantur de alio mutuo alio loco, & tempore facto, *Gravet.de antiquit.temp.4.par.sect.sed enim per totam,& cons.267.num.3. cum seq. Ioa. Guttier.lib.3.pract.quæst.quæst.11.à num.7. Cabal.d. casu 292.n.19.& 20.*

22 Ideoque quæ diximus supra de Testibus singularibus, quòd non probent,intelligitur si sint singulares singularitate obstativa , vel diversificativa:isti enim Testes non probant, ex rationibus supra adductis, *cap.nihilominus , & ibi glos.3.quæst.9.Cab.d.casu 292.nu.19. & 20. Far. quæst.64.num.33.& 112.Prat.discept.for. tom.3. cap.40.à num.15.cum seqq. Pont.cons.63. num.4. & cons.96.n.1.tom.2.*

23 Si verò Testes essent singulares singularitate cumulativa,quia tunc inter eos nulla reperitur repugnantia,vel contrarietas , ex quò sibi invicem patrocinantur,probant,ac proinde si unus Testis deponit de veritate facti, & de numeratione, alter verò de confessione,Testes singulares conjunguntur, & probant , quia unus alteri non adversatur,vel si ex pluribus Testibus unus deponeret de veritate facti , alter de confessione,& alius de fama: nam cum isti Testes singulares non discordent in unum rei finem, sed veniunt ad eundem finem,per diversa media ,semiplenè probant , *Farin. d.quæst.64. num.114.*

cum seqq.Cabal.d.casu 292.*num*.26.

24 Hinc si agatur de probando quid in genere, tunc Testes singulares benè probant, *Cravet. de antiq.temp.par.4.sect.sed enim, num.*11. *& seq. Fontan.in tract.de pact.nupt.claus.5.glos.5. par.*1. *à num.60.cum plurib. seqq.* utpotè si agatur de probando adulterium in genere, videlicèt quòd quis sit adulter, vel vitam meritriciam mulieris, vel diffamationem in genere, quòd quis sit sodomita, adulter, &c. tunc Testes singulares benè probant, etiam quòd deponant de diversis stupris, vel actibus dishonestis, *Gram.decis.*107. *num.*9. *Cab.d.cas.*292.*num.*31. *Far. d.quæst.*64. *num.*213.

25 Quòd est verum quando agitur non de pœna infligenda, sed ad alium finem, purà excipiendo de adulterio, de privatione dotis, vel de alio crimine, ad diminuendam fidem Testibus, & hoc casu procedit opinio, quòd Testes singulares probant quid in genere, *Clar.§.fin.quæst.*53. *num.*19.*vers.tunc verò sequitur, Fontan.d.claus.* 5.*glos.*5.*p.*1.*num.*75.*&* 76.

26 Si verò agatur de puniendo aliquem criminaliter, & isto casu non sufficiunt Testes singulares, *Clar.d.quæst.*53.*num.*19. *vers.ego aliquando, Pon.cons.*96.*lib.*1.*num.*3. nam quoties tractatur de probando aliquo adulterio, vel stupro in

27 specie, propter quod potest quis puniri, tunc non sufficiunt Testes singulares, sed requiruntur contestes: nam si in probatione alicujus certi adulterii, vel stupri Testes sint discordes in loco, aut tempore, tunc non probant, *Cabal. loc.cit.num.*31.*&* 32.*Fontan.loc.cit.nu.*75.*&* 76. *Farin.d.quæst.*64.*n.*225.

28 Et si non probat Testis singularis, à fortiori non probat Testis sibi ipsi varius, & contrarius, *cap.licet causam, extra de prob. Boss.de oppos.con.Testes, num.*1.*Clar.§.fin.q.*53. *vers.quartus est casus, Viv.in com.opin. vers.Testis, vel Notaris contrarietas, Menoc.de arb.quæst.lib.*2.*cas.* 108.*num.*2. *Masc. de prob. lib.*3. *conclus.*1361. *num.*2.*&* 3.

29 Testis varius dicitur ille, non qui contraria deponit, sed qui dicit diverso modo, pro ut si dicit Titius mutavit centum florenos in carolenis, postea dicit in bolognínis. Contrarius dicitur, qui contraria tenacitèr asserit, *Bal.in cap. præterea, num.*7.*de Test. cog. Nell.de Testib.num.* 216.*Far.quæst.*66.*n.*8.

30 Quæ quidem varietas? sivè contrarietas in Teste, duobus modis potest contingere; nam quandoque se contradicit in unico, eodemque examine, quandoque in alia depositione contradicit suæ primæ depositioni; *Clar. §.fin.quæ.* 53.*num.*15.

31 Non dicitur tamen contrarietas in eodem examine quando aliquid dicit, & postea animo se corrigendi dicit aliud, nam Testis potest se incontinenti corrigere, *Boss.de publ.process.num.* 28.*&* 32.& *de tort.Test.num.*23. *Covar. var.lib.* 2.*cap.*13.*num.*8. *Foll.in pract.crim. verb. capiat informationem, num.*54.*Nell.de Test.n.*107.

32 Et dicitur facta incontinenti correctio ante perfectum examen, & antequam Testis discedat à Iudicis conspectu, *Alciat. de præsump. reg.*2. *præsump.*29.*n.*2. *Gabr.com.con.*27.*num.*5. *Prat. resp.crim.*16.*à num.*38.*usque ad* 44.& *lib.*3. *discep.for.cap.*40.*a n.*50.*cum seqq.*

33 Si autem secundum dictum non emanavit ad correctionem primi, sed simplicitèr deposuit contraria in eodem examine, & tunc nihil probat, *Clar.§.fin.quæst.*53.*num.*15.*vers.in vero dic, Far.quæst.*66.*num.*13.*&* 127. *Prat. discep.for.d. lib.*3.*cap.*40.*n.*18.*cum seqq.*

34 Quod si secundum dictum emanavit, non in eodem examine, sed in diversis examinibus: si quidē Testis fecit duas depositiones contrarias in diversis iudiciis, purà in uno judicio deponit contrarium ejus, quod deposuerat in alio judicio, & hoc casu statur primo dicto; cum enim ex primo dicto judiciali, & jurato sit quæsitum jus parti, non debet illud ab eo, sine ejus culpa, vel facto auferri, *Clar.quæst.*53. *num.*13. *Prat.respons.crim.*16.*n.*33.

35 Et isto casu potest Reus torqueri ad convalidandum, quæ nam ex depositionibus est vera, *Clar.d.quæst.*53. *nu.*15. *vers.in hoc tamen Ducatu, Guazz.ad def.reor.def.*19.*cap.*2. *n.*2. *Sanfel. dec.*248.*num* 1.

36 Verum si Reus in tortura deponat contrariū ejus, quòd deposuit in primo examine, attenditur potius dictum in tortura, quam extra torturam, *Farin.d.q.*66.*num.*165. *Vermigl. cons.* 32. *&* 33.

37 Ac proinde cautela est, ut quando Testis repetitur à Iudice, vel in casu quo fuit examinatus à Iudice inferiori, & postea repetitur à Iudice superiori, vel in casu quo repetitur in compilatione processus, datis defensionibus, quòd Testis faciat sibi legere primam depositionem, & Iudex tenetur hoc ei concedere, & si Iudex hoc ei denegabit, potest Testis repugnare, ne iterum examinetur, *Far.quæst.*66.*nu.*39.40.*&* 41. *Sanfel.dec.*97.*n.*12.

38 Verum postquam est lecta dicta depositio Testi, non debet se examinare referendo se primæ depositioni: nam debet repeti per extensum, si hoc Iudici videbitur, qui potest etiam dare interrogatoria Testi, si ei videbitur, pro investigatione veritatis, & Iudicis arbitrio est remissum si vult admittere responsionem relativam ad primum examen, *Far.d.q.*66. *num.*49. pro ut observatur in M.C. in qua Testium repetitio fit hoc modo; nam ostenditur prima depositio Testi, eique legitur per Actuarium de verbo ad verbum, ut jacet, eaque lecta, eandem acceptat, emologat, & affirmat, & ad eandem suam depositionem, in qua de negotio testatur se refert, absque alia nova depositione, *Sanfel. d.decis.*97.*n.*10.

39 Excepto si prima depositio esset facta ad revelationem excommunicationis, quæ da necessi-

sitate est per extensum facienda in Tribunali
laicali, nec sufficit si Testis si referat primæ de-
positioni, & tenetur Iudex laicus tali casu date
Testi interrogatoria, *Rov. in prag. 9. de ord. iud.*
num. 23. Sanf. d. decis. 97. Thor. in comp. decis. p. 1.
verbo Testes repetendi, fol. 550.

40 Illud vero est indubitatum quòd Testis exa-
minatus pro informatione Curiæ, parte non ci-
tata, tenetur, & potest per Iudicem adstringi ad
se repetendum, *Guaz. ad def. reor. def. 20. cap.*
19. num. 8. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 86. num. 58. &
41 si tempore repetitionis fugam arripit, & non
vult comparere, tenetur pœna falsi, quia cum
tam assumpsit officium testificandi, tacendo po-
stea veritatem, incurrit in dictam pęnam falsi,
Boss. de fals. num. 16. vers. quaro, Cabal. cas. 55. nu.
1. 2. & 3. de Angel. ad Foller. verb. & demum re-
petantur, num. 3. Scial. de terq. reo. cap. 14. nu. 63.
Calv. de aquit. lib. 2. cap. 179. num. 34. & seq. &
quoties inquisitus occultat testes, vel curat eos
42 latitari, interponitur decretum, quòd testes
examinati habeantur pro repetitis, *Mastr. dec.*
225. num. 10. Petr. rit. 227. num. 10. quia tali ca-
su habentur pro repetitis, ut diximus *tit. 3. cap.*
2. num. 101. vers. sextò, in quam pœnam falsi non
incurrit testis si non dum assumpsit munus te-
stificandi, sed citatus ad perhibendum testimo-
nium noluit comparere; nam licèt possit com-
43 pelli ad testificandum mulcta indicta, captis
pignoribus, & per carcerationem, *Caravit. rit.*
87. post num. 8. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 10. nu. 102.
cum seqq. Guaz. def. 14. cap. 11. num. 14. Rov. in
prag. 4. num. 9. de ord. iud. Genu. in pra. Cur. Arch.
44 *cap. 10. num. 1. & seq.* tamen si recusavit se exa-
minare, non punitur pęna falsi, *Cabal. cas. 55.*
num. 4. Menoch. de præsump. lib. 2 præs. 55. num.
5. Masc. de prob. lib. 1. q. 5. n. 74. Scial. l. c. n. 62.

45 Quòd si testis non contradixit primæ depo-
sitioni, sed negavit deposuisse pro ut reperitur
scriptum ab Actuario, isto casu si depositio fue-
rit à teste subscripta, vel facta coram Iudice,
statur tali depositioni, & insuper testis punitur
de falso, *Baver. de Test. num. 405. Clar. §. falsum,*
num. 15. in fin. Guaz. def. 28. cap. 15. num. 6. & 7.
Giurb. cons. 78. num. 17. Scagl. alleg. 2. num. 93. &
94. Tusc. lit. I. concl. 245. num. 7. & seqq. Sanfel.
dec. 231. num. 6. Thor. in C. rer. iud. alleg. 23. nu. 8.
Zuff. de legit. proces. q. 109. n. 28.

46 Si verò dicta depositio non fuerit facta co-
ram Iudice, nec subscripta à Teste, & tunc in
causa criminali, quoàd pęnam irrogandam, nõ
creditur, nec Actuario, nec Notario contra Te-
stem, nec Testi contra Notarium, *Clar. §. falsum,*
num. 15. Guaz. ad def. reor. def. 28. cap. 15. num. 1.
Cabal. cas. 183. num. 3. Salern. decis. 41. num. 5. Fa-
rinac. quæst. 158. num. 204. Giurb. consil. 78.
num. 16. Zuff. de legit. proc. cri. q. 109. n. 27.

47 Quòd si Testis qui contradicit Notario, sivè
Actuario non sit unus, sed duo, vel plures, tunc
magis creditur Testibus, & proceditur contra
Notarium ad torturam, *Capic. decis. 94. in fin.*
Ricc. decis. 247. num. 2. Cabal. cas. 183. Thes. quæst.
for. cap. 31. lib. 1. qui ità decisum refert, *Thor. in*
comp. decis. 1. par. verb. Testis assertio, Mastr. decis.
170.

48 In causa tamen civili, si Testis negat se de-
posuisse ut Notarius scripsit, magis creditur
Notario, quam Testi, *Boss. de fals. num. 28. &*
39. Foller. in prax. verb. item quod committens, n.
65. Christofar. Medic. decis. 96. num. 18. Giurb. d.
cons. 78. n. 11.

49 Opponitur etiam contra dicta Testium, quòd
depositio fuerit facta non liberè, sed mediante
pecunia; nam talis depositio nihil probat, &
qui pecunia corruptus accepit ad falsum depo-
nendum tenetur pęna falsi, *l. 1. §. sed & si quis, 2.*
ff. ad l. Corn. de fals. Vulp. cons. 68. num. 8. & cons.
103. num. 4. Clar. §. falsum, num. 18. Mising. cent.
6. obser. 67. Rov. in prag. 4. de fals. num. 3. Novar.
in d. prag. coll. 5. num. 5. etiam si pecuniam reci-
piat pro ferendo vero testimonio, *Gomez ad l.*
50 *Taur. 83. num. 11. Ant. de Ball. tract. var. lib. 1. q.*
26. num 65. Far. q. 67. num. 240. cum seqq. sed ta-
li casu punitur extraordinariè, *Covar. in cap.*
quamvis pactum, p. 1. §. 7. sub num. 5. Menoch. de
arb. cas. 310. num. 6. cum seqq. Giurb. cons. 64. nu.
28. Caren. de off. S. Inquis. p. 3. tit. 6. num. 74. exce-
51 pto si testis aliquid reciperet palam pro expen-
sis, vel in compensationem servitii; nam tunc
nulla pœna tenetur, *Menoch. cas. 310. num. 10.*
Farin. q. 67. num. 270. cum seqq. Surd. de alim. tit.
1. q. 62. à n. 1. cum seqq.

SUMMARIUM.

1 *Testes examinati absque juramento non probant.*

2 *Etiam si fuerint examinati per Iudicem, qui habet potestatem procedendi summariè, simpliciter, & de plano.*

3 *Testes non possunt examinari post publicatum in causa.*

4 *Quòd procedit quando in judicio adest accusator.*

6 *Sed si Iudex sit certus nullum adesse subornationis timorem, potest Testes examinare post publicatum in causa, etiam existente accusatore in judicio.*

5 *Testes ex officio possunt in criminalibus examinari etiam post publicationem.*

7 *Testes ad defensam possunt quandocumque examinari, usque ad sententiam.*

8 *Testes examinati in informativo non probant, si non sint repetiti.*

12 *Nec faciunt inditium ad torturam, etiam si fuerint mille.*

9 *Repetitio Testium etiam in causis ubi proceditur ex delegatione.*

10 *Et ubi proceditur ad modum belli.*

11 *Testes examinati in informativo, si non sunt repetiti nihil probant.*

13 *Repetitio Testium infrà quantum tempus fieri possit?*

14 *In quibus casibus non sit necessaria, remissive.*
15 *Testes an possint examinari intus Ecclesiam?*
16 *Clerici, vel Monachi an possint in criminalibus examinari? & n.17.18.& 19.*

CAPUT IV.

De oppositione contra Testes quoàd examen.

1 Quoàd examen, opponitur contra Testes, quòd fuerint examinati absque juramento; nam Testis debet se examinare cũ juramento, aliàs non probat, *l. juris jurandi, 8.& l. Testium, 14. C. de Test. cap. nuper, cap. de Testibus, & cap. fraternitatis, de*
2 *test.* etiam si Iudex habeat facultatem procedendi summariè, & de plano, omissa iuris solemnitate, & absque strepitu, & figura judicii, *Menoch. de arb. lib. 1. q. 26. num. 5. & 2. Gnaz. ad def. reor. def. 14. cap. 3. n. 10.*

3 Item opponitur contra Testem, quoàd examen, quòd non fuerit facta in termino: nam post publicationem non potest Iudex examinare novos Testes, *Boss. de publ. process. num. 3. Clar. qu. 61. vers. sed quaero, Thes. decis. 262. num. 3. Gnaz. def. 24. cap. 7. num. 4. Cap. Lat. decis. 187. n. 16.*

4 Intellige quando in judicio adest Accusator: tunc enim nõ potest Iudex post dicta testificata recipere novos Testes, ob timorem subornationis, & in his terminis loquuntur *DD.* supracitati, quòd larga manu tuetur *Prat. lib. 3.*
5 *discept. for. cap. 40. num. 75. cum seqq.* secus verò si Iudex procedit ex officio: tunc benè possunt recipi novi Testes, etiam post dicta testificata, *Vulpel. cons. 108. n. 1. Surd. cons. 118 nu. 3. lib. 1. Gomez. var. lib. 3. cap. 13. nu. 34. Gnaz. d. cap. 7. num. 2. & 3. Thes. dec. 262. Marin. lib. 1 cap. 109. resol. quotid.*

6 Quinimò etiam existente accusatore, quando Iudex est certus nullam adesse subornationem, potest post dicta testificata, absque tamen presentia, & notitia accusatoris, novos recipere Testes, *Thes. d. decis. 262. Farin. qu. 75. nu. 423.* & ita observari in M.C. testatur *Sanfelic. decis. 22.*

7 Ad defensam verò inquisiti Testes possunt semper recipi, ne dum post publicationem, sed usq; ad sententiã; ad hoc ut veritas pateat, sed non debet dari nova dilatio, & Testes producti recipiũtur, quia defensio in multis privilegiata reperitur, *Affl. in Const. Terminum vitae, nu. 44. vers. sed in causa criminali, Ursil. ad eund. decis. 216. num. 3. Farin. q. 75. num. 420.* & ità fuisse decisum per Collaterale Cons. refert *Cap. Latr. decis. 178.*

8 Similiter opponitur contra Testes quoàd examen, quòd Testes in informativo producti non fuerunt repetiti parte citata: nam Testes recepti ad informationem Curiae, debent repeti parte citata, alias nullam fidem faciunt, *l. si quando, & Auth. quod si quis, C. de Test. Prat. resp. crim. 18. num. 11. cum seq. Rocc. tract. de offic. tit. de mod. proced. ad mod. bel. §. 14. num. 45. cum*
9 *seqq.* etiam si procedatur ex delegatione, *Merl. contr. for. cent. 1. cap. 42. in fin. Scial. de torq. reos,*
10 *cap. 6. num. 16.* vel si in causa procedatur ad modum belli, quibus casibus etiam requiritur Testium repetitio, ut expressè iubet *prag. 10. §. 51. de off. Iud.* non obstantibus iis, quae scripsit *Sanfel. decis. 37. num. 3.* ut tali casu non requiratur Testiũ repetitio, quia loquitur cõtra dictam *prag.* & vide *tit. 9. c. 9.* ac proinde si Testes moria-
11 tur antequã repetãtur nihil probant, *Far. q. 72. n. 129. cum seqq. Cabal. res. crim. cas. 269. Scial. d.*
12 *cap. 6. num. 29.* & etiam si essent mille non faciunt inditium ad torturam, *Bar. Bal. Angel. & Curt.* citati à *Gram. vot. 30. num. 7. & cons. 64. n. 1. Felin.* & alii adducti à *Rov. in pragm. 1. de bon. prod. n. 48.*

13 Quę Testium repetitio debet fieri per fiscum infra terminum datum reis ad faciendas suas defensiones, ut ex *pragm. 2. de citat. Gram. decis. 28. Franc. dec. 716. num. 9.* & diximus *tit. 3. cap. 1. num. 61.*

14 In quibus verò casibus Testium repetitio non sit necessaria? diximus *d. tit. 3. cap. 1. à num. 62. usque ad finem.*

15 Opponitur etiam contra Testes quoàd examen, quòd fuerint examinati intus Ecclesiam: nam Testes, etiam cum licentia Episcopi, non possunt examinari intus Ecclesiam, *Sperel. decis. 51. p. 1. & decis. 104. post num. 3. & num. 55. p. 2.* quia nullus actus judiciarius potest expediri intus Ecclesiam, *l. denunciamus, C. de his qui ad Eccles. confug. cap. decet, de immun. Eccles. in 6. Carav.* verò *rit. 142. num. 4. & seq.* dicit, quòd Iudex laicus non potest dare Testi juramentum intus Ecclesiam, sed in ea potest examinare absque licentia superioris Ecclesiastici, cuius contrarium tenet *Gnaz. ad def. reor. def. 20. cap. 9. nu. 39.* ut iuramentum possit dari intus Ecclesiam, sed non possit examinari Testis absque superioris Ecclesiastici licentia.

16 Opponitur etiam contra Testes quoàd examen quòd fuerint examinati clerici, vel monaci, quorum depositio non valet, absque superioris licentia, *cap. testimonium, ubi glos. 11. qu. 1. Mascard. de prob. conclus. 1358. num. 61. Graf. de effect. cleric. effect. 10. nu. 2. Ricc. coll. 597. Magon. dec. Luc. 9. num. 18. Gratian. discep. 910. num. 17. Pellegr. in pract. Vicar. p. 4. sect. 4. num. 33. & 34.* & in Regno adest *rit. 144.* adeò ut examinati
17 in causis criminalibus coram Iudice saeculari, nullum faciunt inditium, *Carav. d. rit. 144. nu. 5. Foller. super d. rit. pag. 83. Ricc. decis. 61. num. 10. & seqq. & decis. 202. sub num. 3. p. 2. Graf. d. eff. 10. num. 17. & 18.* praecipuè in delictis me-

ren-

18 rentibus pęnam sanguinis, in quibus, nec etiã cum licentia Superioris admittuntur ad testificandum, ob periculum irregularitatis incurrendæ, *Clar.q.24. vers.ulterius quæro, Gomez var. lib.3.res.12.num.19.Genu.in prax. Archiep c.43.*
19 *num.2.in fin.Riec.decis.61.p.2.*si tamen de facto fuerint examinati in criminalibus, vel civilibus, licèt absque Superioris licentia, valebit depositio, *Glos. Abb.& alii in cap.1.de iur. calum. Franc. Marc.dec.777.Farin.p.1.frag.crim. num. 407.vers.benè verum est, Lopez ad Diaz in practic.crim. can.cap.49.num. 25.vers.fateor, Ann. sing.128.Gram. cons.3.num.7. Sanfel. decis.262.* qui dicit ità observari in M.C.V. non obstante *d.rit.144.*

SUMMARIUM.

1 *Confessio quotuplex est?*
2 *Iudicialis spontanea sufficit ad condemnandum.*
3 *Nulla datur major probatio, quam oris proprii confessio.*
4 *Paria sunt quem esse confessum, ac esse convictum.*
5 *Confessio judicialis spontanea non indiget ratificatione ex intervallo.*
6 *Confessio spontanea quando dicatur?*
7 *Confessio judicialis facta ab assassinis, aliisque notatis gravium criminum, præcedentibus verberibus, an dicatur spontanea? & n.8. & 9.*
10 *Confessio iudicialis spontanea debet fieri coram Iudice sedenti pro Tribunali, aliàs non sufficit ad condemnandum, nec etiam in delictis atrocissimis, n.12.remissivè.*
11 *Facta coram Actuario, etiam si dicat de mandato Iudicis, non sufficit ad condemnandum.*
13 *Facta coram Iudice non sedente pro Tribunali, vel coram Actuario, sufficit ad torquendum.*
14 *Confessio judicialis spontanea debet fieri coram Iudice competenti, aliàs non sufficit ad condemnandum.*
15 *Sufficit ad torquendum.*
16 *Facta a Clerico coram Iudice laico sufficit ut torqueatur à Iudice Ecclesiastico.*
17 *Facta coram Iudice alterius fori sufficit ad torquendum.*
18 *Confessio iudicialis spontanea, facta nullis præcedentibus inditiis, an sit valida? & n.20.*
19 *Interrogari reus non potest non præcedentibus inditiis ad inquirendum, & num.22. & 23.*
21 *Examinari potest reus absque inditiis de causa carcerationis.*
24 *Banniti, & alii hic notati, an possint interrogari absque inditiis præcedentibus, & n.26.*
25 *Possunt torqueri cum inditiis levibus.*
27 *Confessio iudicialis spontanea facta non constito de delicto in genere, non sufficit ad condemnandum, & n.28.*
29 *Debet verificari, & iustificari in omnibus circumstantiis, & n.30. & 31.*
32 *Facta ex errore est nulla, & invalida.*
33 *Potest à confitente revocari, docto de errore.*
34 *Confessio erronea probatur per præsumptiones, inditia, & coniecturas.*
35 *Confessio iudicialis spontanea potest illicò à confitente revocari, etiam non docto de errore, & num.36.*
37 *Confessio quando dicatur incontinenti revocata?*
38 *Confessio iudicialis facta à minore absque Curatore est invalida, quid observetur de consuetudine? n.39. Quid in R.A. & in M.C. n.40.*
41 *Minor læsus ob eius confessionem restituitur in integrum ad probandam læsionem.*
42 *An, & quando debeat probare errorem suæ confessionis? & n.43.*
44 *Confessio judicialis spontanea facta incidenter non sufficit ad condemnandum.*
45 *Mulier si fuerit torta pro furto, & confitetur adulterium, non potest puniri pro adulterio.*
46 *Testis examinatus super interrogatoriis partis adversæ, si fatetur crimen, non potest virtute dictæ confessionis condemnari.*
47 *Nec etiam si per probationes factas constaret incidenter de crimine contra ipsum opposito.*
48 *Sed potest contra Testem inchoari novus processus, & reproduci confessio prædicta.*
49 *Confessio extorta sub spe gratiæ, vel impunitatis non nocet confitenti.*
50 *Non sufficit ad condemnandum.*
51 *Nec ad torturam.*
52 *Iudices gravant eorum animas si extorquent à reis dictas confessiones.*
53 *Non possunt promittere impunitatem revelanti crimen.*
54 *Confessio extorta per interrogatoria sugestiva est invalida.*
55 *Iudex non debet interrogare reum in specie super delicto, sed genericè.*
56 *Potest interrogare in specie de delicto existentibus inditiis ad torturam.*
57 *Non potest tali casu interrogare de qualitatibus, & circumstantiis delicti.*
58 *Reus positus in tortura quomodo debeat à Iudice interrogari? remissivè.*
59 *Sugestio palliata quæ sit? & n.60.*
61 *Iudex potest intromittere carcerato extraneos, qui explorent illius voluntatem.*
62 *Potest pro reperienda veritate cum reo blandis verbis, & amicabilitèr tractare.*
63 *Non potest dicere mendacium, neque illaqueare reum fraude.*
64 *Confessio iudicialis facta ab Advocato, vel procuratore, non nocet reo.*
65 *Debet esse verisimilis, probabilis, possibilis, certa, & explicita.*
66 *Confessio an debeat esse facta coram omnibus Iudicibus, remissivè.*
67 *Facta in uno iudicio probat in alio in criminalibus.*
68 *Facta in iudicio civili inter easdem personas facit inditium ad torturam.*

C A-

CAPUT V.

De probatione per confeſſionem ſpontaneam judicialem.

1 PRobaotur qooqoe delicta per
confeſſionem Rei, quæ tri-
pliciter contingere poteſt,
vel extraiudicialiter, vel per
torturam, vel ſponte. De
cõfeſſione extraindiciali di-
cemus *tit.10.cap.37.* De con-
feſſione per tortoram diximus *tit.3. cap.1.* Hic
2 verò agitur de probatione per coofeſſionem
ſpontaneam iudicialem, quæ eſt ſufficiens ad
condemnandum confitentem pęna ordinaria,
dum in confeſſum partes Iodicis ſunt in coo-
demoando, *l.un.C.de confeſſ.l qui ſeutentiam, C.*
de pęn.l.2.C.de cuſtod.reor.Affl.deciſ.182.Veral.
3 *deciſ.190.nu.1.par.1.* & nulla datur maior pro-
batio, quam oris proprii coofeſſio, *l.cum tc, C.*
de tranſ.l.fin. C. de fideinſ. Marſil. in rubr. de
prob.num.67.cum ſeqq. Gram.deciſ.165, num.2.
Miſing.obſcrv.94.cen.1. Prat. obſerv.68. num.4.
4 quia paria ſunt, qoem eſſe confeßum, ac eſſe
convictum, *Boſſ de convic.n.3. Gram.dccis.36.n.*
61.Farin.qua.81.n.2. adeo ot confeſſio ſponta-
5 oea io iudicio facta nulla indiget ratificatione
ex iotervallo, quia unica ſufficit, *Caſou. de tor-*
men.cap.18.rub de confeſ.ſpont. num.4. verſ.con-
tra tamen, Iodoc. in pract.crim.cap.54.num.40.
Boß.dc confeſ.n.20.Clar.quaſt.65.num.2. Gomez
var.rcſol.lib.3.cap.12.num.3. Maſcard.dc proba.
concl.353.num.34.lib.1.Cabal.reſol.crim.caſ.33.
num 4 Farin.quaſt.81. num 4. & 10. Guaz ad
deſenſ.reor.cap.35.num.11.Scaglon.alleg.2. num.
188.cum ſeqq.

6 Spontanea autem confeſſio tuoc dicitur,
qoaodo eſt facta à Reo nulla ei adhibita violeo-
tia, neqoe alia coactiooe, ceterùm ſi confeſſio
emaoavit ex terrore Reo à Iudice Illato, vel cum
minis de torqueodo, confeſſio non dicitur am-
plius ſpontanea, ſed coacta, & uti talis eſt in-
valida, quia ſub gradibus torturæ connumeran-
7 tor etiam minæ, ut diximos ſupra *tit.3.cap.1.n.*
33.& 34. Et licèt non ignorem aliquos tenuiſſe
quòd contra aſſaſſinos, graſſatores viarum, &
alios gravinm criminum ootatos, licèt præce-
dant verbera tamen confeſſio quę inde ſequi-
tur dicitur ſpontanea, & ità in pract.ſervari di-
cit *Roſ.de decr.M.C.cap.5.nu.54.* tameo dictam
praxim impugnat idem *Roſ. loc.cit.* & ego ſu-
8 biicio potius dici aboſum, debentque Iudices
abſtioere à prędictis, quia eſt cootra *tex.in l.1.§.*
divus, l.unius, §.in ca tamcn, & l.pen.ff.de quaſt.
ut latè diximus *dic.tit.3. cap.1. à num.29.cum*
ſeqq. quia negari non poteſt quòd talis con-
9 feſſio dicatur extorta metu tormentorum, quæ
omni Iure eſt iovalida, etiam ſi ſit facta ab aſ-
ſaſſinis, publicis larronibus, & viarum graſſa-
toribus, in punc. *Guaz.ad def.reor. defenſ.32.n.*
22.Scial.de torq.reos,cap.3.num.5. nec valet pra-
xis, oec conſuetudo in contrarium, in punc.
Giacch.ad Clar.quaſt.64. lit. R. Carrer.in pract.
verb.formidine tormentorum, Guaz.loc.cit.n.4.

20 Verum ad hoc ot ex ſpontaoea confeſſione
iudiciali poſſit ſequi coodemnatio plura re-
quiruntor. Primò requiritur quod dicta con-
feſſio fiat coram Iudice pro Tribuoali ſedente,
aliàs non eſt ſufficiens ad condemnaodum, li-
cèt ſit facta coram Iudice, non ſedente pro Tri-
bunali, *l.ſcimus, C.dc agric.& cenſ.lib.11. Mar-*
ſil.in pra.§.poſtquam, n.17.Carrer. in pract. in
princ.num.32. & in 2.tract.de indit. & tort.§.ſa-
ptimum inditium, num.4.Boſſ.de confeß.num.44.
Maran.in ſpec.tit.de confeſ.num.30. Clar. quaſt.
21.verſ.ſed hic cadit, & q.55. verſ. item poteſt,
Maſcard.dc prob.concl.348.nu.54.Blanc. de ind.
num.212. Villag.in pra.crim.lib.7. tit. de confeſ.
cap.1.Lug.diſp.37.ſeß.12.num. 141. Boer. deciſ.
90.num.8.Rov.in rub.dc ord.ind.num. 32. Rocc.
de offic.tit.de mod.proced.in cauſ.controban.n.32.
11 à fortiori confeſſio facta coram Actuario cau-
ſæ, etiam ſi exameo eſſet ei commiſſum à Iudice,
non dicitur facta Curia pro Tribuoali ſeden-
te, & non eſt ſufficieos ad condemnandum,
Marſil.ſingul.329.col.4.in fin.Farin.qua.81.nu.
46.& ſeq.Guaz.ad def.reor.def.1.cap.6.& defen.
32.cap.17.num.1.Vermigl.conſ.231. nu.6. quòd
22 procedit etiam in delictis atrociſſimis, & in
cauſis, io quibus proceditur ad modum belli,
ut dicemus *tit.9.cap.9. num.20. & 21.* benè ta-
23 meo confeſſio facta coram Iudice oon ſedeote
pro Tribunali, vel coram Actuario, eſſet ſuffi-
ciens ad torquendum, quia habetur pro con-
feſſione extrajudiciali, *Carrer.in prac.crim.in 2.*
tract.de ind.& tort.§.in textu, num.16.Clar.§.fin.
q.21.verſ.ſed hic cadit, Boer.deciſ.80.nu.8. Ma-
ſcard.de prob.concl.348.num.26.concl.351.num.
7.& concl.358.num.26.& 46. Rocc.d.n.32.

34 Secundò requiritur quòd dicta confeſſio io-
dicialis ſpontanea ſit facta coram Iudice com-
peteoti, aliàs oòo eſt ſufficiens ad condemnao-
dum coofitentem, *cap.& ſi clerici, ext.de iudic.*
Boß.de confeſ.num.48.Clar.q.55. verſ.praterea
etiam, Maſcard.de prob. concluſ.252. num.1. ſed
15 benè ex tali confeſſione poteſt Reus torqueri,
Carav.rit.235.num.26.& ſeq.Clar.q.21.num.13.
Farin.conſ.8.num.2.Guaz.def.32.cap.26.num.3.
Genu.in pra.Cur.Archiep.cap.6. num.3. Graſ.dc
effect cleric.effect.1.num.249. unde ex confeſſio-
16 ne facta à Clerico coram Iudice laico, tanquã
facta coram Iudice iocompetenti, non poteſt
Clericus condemnari, ſed rantum torqueri à
ſuo Iudice comperenti, *Decian.tract.crim.lib.4.*
cap.9.num.64.Clar.q.21.verſ.hanc tamen, Ma-
ſcard.de prob.concluſ.348.nu.4. Farin. quaſt.81.
num.214.Guaz.d.cap.26.num.8.verſ.alii autem,
Ball.tract.crim.lib.1.q.14.num.9. Marin. reſol.

quo-

quotid.lib.1.cap.61. Similitèr si quis commisit
17 aliquod delictum, putà homicidium in aliquo
loco, & captus fuit a Iudice alterius loci, qui
non est competens in cognoscendo, & coram
dicto Iudice competenti confessus fuit, non po-
test virtute talis confessionis condemnari à Iu-
dice competenti, sed talis confessio habetur pro
extraiudiciali, cuius virtute potest tantum tor-
queri, *Foller.in pract.verb. & si confitebuntur, p.
1.in princ.Farin.q.81 num.190.& seq.* & deci-
sum per Reg.Aud. Salern. refert *Capibl.de Ba-
ron.tom.2.cap.52.num.10.vers.inde.*
18 Tertiò requiritur pro validitate confessionis
iudicialis, quòd illa sit facta inditiis præceden-
tibus, aliàs si non præcedunt inditia, confessio
quæ subsequitur non sufficit ad condemnan-
dum, ut tenent relati à *Farin.q.81.num.14. &
15.*cum quorum opinione concurrit *Marin.re-
sol.quotid.lib.1.cap.83.* per text.in *l.1.§. Divus,
19 ff.de quæst.* nam non præcedentibus inditiis suf-
ficientibus ad inquisitionem specialem, non po-
test Reus à Iudice interrogari, aliàs confessio
diceretur extorta, quia non sunt sumenda ar-
ma de domo Rei, *Boss.in tit.de exam.Reor.num.
6.Cartar.in pra.interrog.reor.lib.1.cap.2.num.2.
cum seqq.& in meth.proc.infor.lib.3.cap.13.num.
118.Scacc.de judic. cap 58.num. 8.cap.84.num.
9.& cap.86.num.38.39.& 40. Sanfel.decis.263.
Rocc.tract.de offic.tit.de mod.proced. in caus.con-
trob.§.14.num.38. & 39.* Ego vero teneo quòd
20 confessio iudicialis spontanea facta nullis præ-
cedentibus inditiis est de Iure valida, & suffi-
cit ad condemnandum pœna ordinaria, *cap.1.
de accus.in 6.*ità tenet *Angel.de malef.verb.quod
fama publica, sub num.36.Cason.de torm.cap.5.
rub.de non torq sine ind.num.4.& cap.18. rub.de
confes.spont.nu.6.Clar.§.fin.q.65. Foller. in pract.
crim.verb.& si confitebuntur, p.1.num.68.Gram.
decis.48.num.6.& seqq. Mascard. de prob.lib.1.
concl.353.num.5.Guaz.ad defens.reor.defens 32.
cap.31.num.15. Farin.quæst.181.num.272.* qui
quæst.81.num.13. testatur ità servari in praxi, &
vidisse plures spontè confessos condemnatos,
etiam quòd non præcesserunt inditia, ad *text.*
verò in *d. §. Divus* respondetur, quòd ille lo-
quitur in confessione facta in tortura, quæ est
invalida nullis præcedentibus inditiis, ut latè
diximus *tit.3.cap.1.à num.29.cum seqq.*& *d.lex*
est posita sub *titulo de quæstionibus*; dummodo
confessio fuerit à Reo facta coram Iudice spon-
tè, & nullis præcedentibus interrogatoriis ei à
Iudice datis; nam licèt possit Iudex absque
21 quòd præcedant inditia Reum examinare
super captura, scilicèt, cur sit captus, & quid
fecit, & sic de causa carcerationis, *Boss.in tit.de
exam.reor.num.6.Scaglion.super prag.alleg.2.nu.
259.fol.325.Ros.de decr.M.C.cap.2.num.25.* ta-
22 men absque inditiis præcedentibus non potest
Iudex dare Reo interrogatoria super delicto, &
Iudex alitèr faciens peccat mortaliter, quia non
sunt sumenda arma de domo Rei, *Boss.de exam.
reor.d.num.6.Cartar.in locis sup.citat.Rocc.d.nu.
38.& 39.* aliàs si sequatur confessio est nulla, &
23 invalida, *Foller.in pract.crim.verb. & si confite-
buntur, num 1. Farin. q.83. num.1. Rocc.loc.cit.*
24 Benè verum est quòd aliqui *DD.* tenuerunt
quòd Banniti, stratarum grassatores, fures insi-
gnes, famosi latrones, & assassini, possint inter-
rogari, etiam nullis præcedentibus inditiis,
*Scacc.de iud.civil. & crim.lib.1. cap.84.num.9.
25 Farin.q.37.num.172. Sanfel. decis.263.num.2.*
& quòd supradicti possint torqueri cum indi-
tiis levibus, *Farin.q.83. num.19. Ant.de Ball.
tract.crim.lib.1.q.4. num.17. Guaz.ad def.reor.
def.32.cap.31.num.12. Conciol. resol.crim.verb.
confessio, resol 2.num.22.* quæ doctrinæ non so-
lum adversantur supradictis; sed etiam dictis,
tit.3.cap.1.n.30.& 31. ubi diximus quòd in de-
26 lictis atrocissimis, & in crimine læsæ Maiestatis
non potest reus interrogari, nisi præcedant legi-
tima, & sufficientia inditia.
27 Quartò pro validitate confessionis iudicia-
lis spontaneæ debet constare de delicto in ge-
nere, aliàs illo deficiente non potest sequi con-
demnatio, *l.1.§.item illud, ff.ad Syllan. l.inde
Neratius, cum l.seq.ff.ad l.Aquil. Menoch.de
arb.cas.269.num.8. Farin.q.81.num.24.& 30.*
28 de quo requisito latiùs dicemus *tit.10.cap.2.*&
29 non solum tenetur Iudex verificare in genere
delictum confessatum, sed debet iustificare om-
nes qualitates, & circumstantias confessatas,
tendentes ad corpus delicti, alias non potest
virtute confessionis sequi condemnatio, *Ca-
son.de tor.cap.1.rub.de peric.torm.n.9. & cap.20.
rub.de confes.num.1.Gram.cons.37.num.20. Fa-
rin.q.81.num.30.*ubi ex *Socc.* dicit quòd si Reus
30 confiteretur se vulnerasse cum aliquo ferro, de-
bet Iudex eum interrogare, unde habuit illud
ferrum, & ubi posuit, ut possit mittere pro illo,
& videre, an vulnera verisimilitèr cum illo fer-
ro facta sint, *Scaglion.super pragm.alleg.1. à nu.
72.cum seqq.* & dicunt ad propositum *Paris de
sind.verb.confessio, cap.1. num.5. & Guaz. ad
defens.reor.defens.32.cap.2.num.3.* quòd si Reus
confitetur se occidisse hominem, & in tali loco
31 sepelivisse, nò potest Reus condemnari, nisi ve-
rificetur quòd in loco designato adsit illius ca-
daver, vel ossa; nam confessio debet esse verifi-
cata in omnibus circumstantiis, & qualitati-
bus per Reum confessatis, aliàs non potest sequi
condemnatio, *Brun.de ind.& tort.p.2.q.2. num.
13.Foller.in pract.crim. verb.& si confitebuntur,
p.2.sub num 15.vers.& ideo sicut Iudex, Sperel.
decis.108.in princ.p.2.Ciriac.contr.150. num.94.
& seq.*
32 Quintò requiritur quòd dicta confessio sit
vera; nam si processit ex errore est nulla, & in-
valida, *l.si per errorem, ff.de iurisd.omn. Iud. l.sed
hoc ita, ff.de aqu.pluv.arcend.l.confessionibus, ff.
33 de interrog.action.* quia docto de errore, quam-
vis confessio fuisset deliberatè facta, potest con-
fitens ejus confessionem revocare, *Carrer. in
pract.*

pract.in 2.tract.de indit.§.in textu, num.21. Foller.in pract.crim.verb.& si confitebuntur, p.1.nu. 54.Clar.q.55.num.18. & q.65.in princ. Caball. cas.186.in princ.Farin.q.81.num.343.Giurb.con-
34 *sil.16.num.5. & seq.* & ad probandum errorem confessionis sufficiunt inditia, præsumptiones, & coniecturæ, *Bertaz.cons.162.num.9.Put.de sind.verb.tortus.cap.1.post num.13.vers.quando autem revocatur, Brun.de ind.& tort.p.2.q.6.nu. 22.Guaz.defens.32.cap.12. num.6. Cabal.d.casu 186.num.10. Giurb.d.cons.16.num.7.* Quòd in-
35 telligitur quoties confessio fuit revocata ex intervallo; tunc enim tenetur confitens docere de errore confessionis: secus autem si confessio fuit illicò revocata; nam de tali confessione illicò revocata, etiã non docto de errore, nulla est
36 habenda ratio, quia confitens potest incontinenti ejus confessionem revocare, *Bos. de confes.nu.63. Alciat.de præsump.reg.3. præsump.21. num.3.Farin.d.q.81.num.348.Guaz.d.cap.12.n. 9.Costa de re integ.dist.31.num.4. Antonel. de temp.legal.lib.1.cap.11.num.3.* & dicitur incon-
37 tinenti facta revocatio confessionis, nedum antequam illa fuit redacta in scriptis, sed etiam si postquam fuit redacta in scriptis, incontinenti revocetur, quòd totum Iudicis arbitrio remittitur, *glos.in cap fin.verb.iusta causa, in fin. de iur.iur.in 6.Boss.d.num.63.Farin.d.n.348.*

38 Sextò ad hoc ut confessio spontanea judicialis sic valida debet fieri à majore, nám facta à minore, sine curatoris auctoritate, est ipso iure invalida, *l.clarum, C.de auct.præst.l.in universis, C.qui Tut.dar.pos.l.propter, C.de adult. Boss. de confes.num.67.Gomez var.tom.3.cap.1.nu.64.& 65.* sed de consuetudine confessio minoris ab-
39 sque curatore est valida, quia providetur de advocato, & procuratore, ob quam rationem ipsi adulto non est dandus curator, *Ursil.ad Affl. decis.208.num.3. in fin. Guaz.defens.32.cap 32. num.2.vers.quamvis, Farin.q.81.num.372. Scia. in prax.torq reos, cap.13, nu.11. Conciol. res.crim. verb.confessio, resol.21. num.7.* Sed in Reg.Au-
40 dientiis; quemadmodum in M.C. practicari vidi, datur curatorem minori in ratificatione eius
41 confessionis, verum si minor ob eius confessionem fuit læsus, restituitur in integrum, ad probandam læsionem, sive errorem confessionis, *l.2.§.fin.ff.de confes. Carrer. in prac in 3.tract. de homicid.§.circa 4.num.11. Affl.d.decis.208.nu. 5.Boss.de confes.num 67. Guaz.d.cap.32. num.6.*
42 quæ restitutio ei non conceditur, ex eo solum quod est minor, sed debet probare læsionem, sive errorem suæ confessionis, aliàs dicto minori non conceditur restitutio in integrum adversus ejus confessionem, *Clar.§.fin.q.60.in fin. princ.Urs.ad Affl.d.dec 280.num.1.Odd.de rest. in integ.q.65.art.8. num 30. vers.in contrarium, & art.9.num.37. in princ. Farin.d.quæ.81.num. 378.Sarmien.sel.interp. lib.3. cap.13.* excepto si
43 de crimine confessato per minorem non constaret aliunde, nisi per eius confessionem, nam tunc poterit adversus eam in integrum restitui quamvis, si neque sui facilitate, neque dolo adversarii eam fecisse probaret, *Boss. de confes. num.67.Affl.decis.208.Padil.in repet.l.error, C. de Iur.& fac.ignor.num.29.Rovit.in prag.1. de minor.n.9.Marin.ad Revert.decis.523.*

44 Septimò requiritur pro validitate confessionis iudicialis spontaneæ, quòd sit facta principaliter, non verò incidentèr, & per viam exceptionis, aliàs non sufficit ad condemnandum confitentem, *Marsil.in pra.§.constante, num.49.Ball.tract.crimin lib.2.q.14.num.5. & seq.& q.20.num.18.Guazz.def.32.cap.4.num.1. Ursel.in exam.apnm, concl.59.num.103, Vermigl.cons.123.num.12.& cons.305.num.7.* notabi-
45 lis est decisio *Affl.176.* ubi illa mulier, dũ examinabatur pro magno furto, de quo veniebat inquisita, confessa fuit adulterium commissum in vita viri; & tamen, quia dicta confessio de adulterio fuit facta incidentèr, & propter aliud, fuit absoluta pro furto, de quo non extabant inditia, & non fuit punita de adulterio, sed
46 excarcerata cum cautione de se præsentando. Hinc Testis iudicialiter examinatus super interrogatoriis partis adversæ, si respondendo fatetur aliquod crimen contra ipsum, per viam exceptionis oppositum, non potest virtute talis confessionis condemnari, quia de dicto crimine in tali iudicio non agebatur, *cap.1. in fin. ext.de except.Masc.de prob.lib.1.concl.345.nu. 24.Surd.decis.309.nu.2.* Idem est, si non solum
47 per confessionem, sed per probationes factas in causa, constaret de crimine contra Testem, incidentèr, & per viam exceptionis; nam talis probatio non est sufficiens ad condemnandum, *Monticel.in repert.Test.vers.Testis obiectione criminis, fol.300.col 2.Farin.q.81. num.222.* Benè
48 verum est, quòd cum tali confessione incidentèr facta, potest inchoari novus processus, & reproduci dicta confessio incidentèr facta, quæ in isto novo iudicio faciet inditium ad torturam, *Carrer. in pract.2.tract.de ind.§.in tex. ibi voce propria, num.7.Farin.d.q.81.nu.274. Guaz. d.def.32.cap.4.nu.2.vers.septimò limita, Caren. de off.S.Inqis.p.3.tit.8.num.27. Ursel. d.conclus. 59.n.103.& seq.*

49 Octavò requiritur quòd dicta confessio sit libera, aliàs si fuerit extorta sub spe gratiæ, vel impunitatis, talis confessio, cum præsumatur dolo extorta, non nocet confitenti, *Clar.q.55. num.6.Boss.de exam.reor.num.17.* & non solum
50 dicta confessio simili modo extorta nõ est sufficiens ad condemnandum confitentem, *Covar. var.lib.1.cap.2.num.16. Gomez. var. tom.3.cap. cap.12.num.6.& 23 in fin.Farin.q.81.num.280.*
51 sed nec etiam est sufficiens ad torturam confitenti inferendam, ut contra *Bossium* tenent *Guaz. ad defens. reor. def. 20. cap.24.num.10. Ambros.in process.inform.lib.2.cap.5.nu.20. Vermigl.cons.80. in princ. Conciol.resol. crim. verb. confessio, resol.11.* ubi plures adducit, & *resolut.*

23.

23. unde Judices cavere debent ab hujusmodi
52 promissionibus, quia gravant eorum animas, & apud graves viros non transeunt sine nota improbitatis, quando talitèr extorquent confessiones, *Scacc. de Iudic.lib.1. cap 86.num.35. Bonifac.de furt.§.4.nu.18.Manar.in noctib. maloncon.interrog.43.fol.*80. nec Iudices possuot
53 promittere impunitatem revelanti crimen, quia hoc est Principi reservatum, ut diximus *tit.pri. cap.9.num.46.* & tradit *Pont. de potest.Proreg. tit.de provis.fier.fol.§.4.à num.53.* Quemadmo-
54 dum non possunt Iudiees extorquere à Reis confessiones per interrogatoria sugestiva, aliàs confessioner tali modo extortę, sunt nullæ, & invalidæ, *l.1.§. qui ad quæstionem, ff. de quæst. Boss.de exam.Reor.nu.12, Gomez var.lib.3.rub. de tort.reor.num.23. Scacc.de iud.cap.86.num.7. &* 40.nam qoando Iudex examinat Reum, non
55 debet illom in specie interrogare super delicto, v. g. Tu occidisti Titinm, sed debet genericè interrogare super d.delicto, *Gram.vot.34. n.13. Pegu.decis.5 num.20. Guaz.defens.20. cap.13.n.*
56 4.excepto si contra Reum existant inditia ad torturam, quia tunc benè potest in specie interrogare de delicto, *Boss.de exam. reor.nu.12. Foller.in pract.crim.verb.fui in domo, sub num.1. Menoch.de arb.lib.2.cas.474.num.53. Guaz. d. cap.13.num.5. Ambros.in proc.inform.lib.2.cap.5. num.22.& ibi Add.Conciol resol.crim.verb.confessio, resol.11.num.6.*qui plures adducit. Verum
57 nec etiam tali casu potest Reus interrogari de qualitatibus, & circumstantiir delicti, putà an vulneravit Titium in pectore, vel alibi, cum ense, vel pugione, *Brun.de ind.p.2. q.5. num.57. Carrer.in pract.in 2. tract. de indit. §.circa septimum, num.11.Cason. de torm. cap.1. num.2. Vermigl.cons.80.num.2.& 3. Ciriac.contr.150.num. 97.& seq.Conciol.l.c.n.5.*
58 De modo autem interrogandi Reum torquendum, diximus *tit.3.cap.3.num.127.*
59 Et non solum, non possunt Iudices extorquere à Reis confessiones per interrogatoria sugestiva aperta, sed nec etiam per sugestionem palliatam, quæ tunc dicitur, quando non apparet de qua re fuit interrogatus, ut purà quando subsequitur responsio Actuario scribente ad opportunā interrogationem, nam talis modus interrogandi dicitur læno suggestionir, *Cartar.de exeq.sent.cap.ban.cap.2.num.76.cum seqq. & in pra.interrog.reo.lib.2.cap.1.num.54. & 65. Faria.q.83.num.92.Guaz.defens.20. cap.13.nu. 4.Ciriac.d.contr.150.num.98.*vel quando Iudex
60 ponit reum, & testes in eodem carcere, qui possunt ad invicem loqui, & factum cum suis qualitatibus, & circumstantiis ad invicem sugerere, & recensere, *Guaz.d.cap.13.n.10.*
61 Potest tamen Iudex intromittere extraneos carcerato, qui ipsius voluntatem explorent; nam confessio, quæ inde sequitur non est nulla, nec dicitur extorta per sugestionem palliatam,
62 *Farin. q.81. num.* 307. quemadmodum potest Iudex pro reperienda veritate cum Reo blandis verbis, & amicabiliter tractare, *Bertaz. cons.95.num 3.lib.1. Boss.de exam.reor. num.18.*
63 *Baiard.ad Clar §.fin.q.64.num.8.cum seqq.* quemadmodum potest simulare, sed non potest dicere mendacium, neque illaqoeare Reum fraude, *Pute.de sind.fol.484.c.7.Clar.q.55.num.8.*
64 Nooò pro validitate confessionis judicialis spontaneæ requiritur, quod fuerit facta à principali; nam facta ab advocato, vel procuratore nomine principalis est invalida, quia advocati, & procuratores non dicuntur habere mandatum ad præiudicandum Domino, *l.2.C.de error.advoc. Valenz. cons.27. lib.1.Prat.obser.68.* qui ita decisum refert.
65 Decimò pro validitate confessionis iudicialis spontaneæ requiritur, quòd sit verisimilir, probabilis, possibilis, specifica, clara, certa, lucida, & explicita; adeo ut Iudex in nihilo possit dubitare veritatem, confessum esse reum, & animus, & intellectus Iudicis quiescat super ea, *Bald. in l.un.n.23.vers.2.casu, C.de confes. Bertaz.cons.29.num.1.lib.1. Mascard. de prob.lib.1. conclus.384.num.1, Far.q.81. Guazz.defens.32. cap.13.Conciol.verb.confessio, resol.1. & verb.delictum, res.5.n.5.*
66 Vndecimò requiriturquòd dicta confessio sit facta coram omnibus Iudicibus, si in causa proceditur ex delegatione, de quo dicemus, *tit.9. cap.9.a num.11.cum seqq.*
67 Duodecimò Confessio in criminalibus, facta in uno judicio, probat in alio, *l. jubemus,* ubi *DD. C. de liber.caus. Farinac. qu.81.num. 43.Guaz.defens.21.cap.6.nu.1. Ball lib.2. q.20. num.20.Vermigl.cons.246.num.4.* sed facta in judicio civili inter easdem personas, habet vim confessionir extraiudicialis, & facit inditium ad torturam, *Clar.q.54.vers.sed quid, Far.d.qu. 81.num.95 Guaz.def.32.cap.7.n.2. Conciol.verb. confessio, resol.4.n.6.*

SUMMARIUM.

1 *Notorium quotuplex sit?*
2 *Notorium facti quid sit?*
3 *Notorium iuris quid sit?*
4 *Delictum esse notorium, & notoriè constare, in quò differant?*
5 *Notorium facti dicitur propriè notorium, notorium Iuris dicitur impropriè.*
6 *Ex notorio Iuris non potest procedi ex abrupto, & Iuris ordine non servato, sed sunt servandæ omnes solemnitates, prout in cæteris delictis.*
7 *A notorio Iuris datur appellatio.*
8 *In notorio facti ordo Iuris servatur.*
9 *In eo Iudex potest ex officio procedere.*
10 *Non requiritur citatio, nec solemnitas respiciens ordinem iudicii, nec sententia.*
11 *In notorio facti non datur appellatio.*
12 *Condemnatus tanquam repertus in flagranti crimine non appellat.*
12 *Citatio requiritur etiam in notorio facti, quando agi-*

agitur contra absentem, alias processus est nullus.

13 *Reus si negat delictum notorium, vel aliquam adducit excusationem ad ejus defensam, sunt ei dande defensiones.*

14 *Index quando procedit contra Reum per viam notorii, debet eum specifice interrogare super facto, qui si confitetur, potest absque alia informatione condemnari, si negat auditur in suis defensionibus.*

15 *Appellatio à sententia, declarante factum esse notorium, admittitur.*

16 *Admittitur etiamsi homicidium factum coram cetu hominum, sit patratum ad defensam, & num. 24.*

17 *Iudices debent se abstinere quantum possunt in procedendo per viam notorii.*

18 *Delictum non dicitur notorium, nec secundùm regulas notorii procedi potest quando factum aliquam admittit dubitationem.*

19 *Delictum dicitur notorium, & potest per viam notorii in eo procedi, si sit patratum coram Iudice sedente pro Tribunali.*

21 *Et cõtra repertum in flagranti crimine, & n. 22.*

20 *Cautela est quòd Iudices abstineant quantum possunt in procedendo per viam notorii, & n. 23.*

25 *Principi est permissum procedere per viam notorii contra reum repertum in flagranti crimine.*

CAPUT VI.

De probatione per notorium.

1 PRobantur crimina similitèr per notorium, quod duplex est Iuris, & facti, *Corrad. in pract. tit. de not. crim. num. 6. Masc. de prob. con-*
2 *clus. 1102. nu. 1.* Notorium facti dicitur omne id, quod celari non potest, *Menoc. de arb. qq. lib. 2. cas. 166. num 4.* & quod inducit finitam, & indubitatam probationem immediatam ex natura facti, vel rei continuatæ, sivè interpellatæ, aut momentaneæ, se oculis hominum, aut majoris partis ità exbibentem, ut nulla possit tergiuversatione celari, aut negari, ut putà cuius universus Populus, aut maior pars Testis esse potest, *cap. manifesta, & cap. de manifesta, 2. q. p. cap. cum dilectis, ex. de purg. can. cap. cum, & cap. fin. de cohab. cler. & mul. Mille. in rept. verb. notorium facti, Conrad. in pract. tit. de not. crim. num. 6. Gomez. var. lib. 3. cap. 1. nu. 41. Clar. §. fin. q. 9. in princ. Masc. concl. 1101. nu. 4. Cacac. in alleg.* inserta per *Scagl. 1. num. 46. cum seqq. post pragm.* & debet esse patratum coram turba hominum in loco, ubi omnes de illo loco convenire solebant, quod requisitum necessariò à

Testibus est probandum, aliàs si sit patratum
coram decem hominibus, non diceretur factum
notorium, sed manifestum, *Farin. q. 21. nu. 105.*
& 107. Scacc. de iud. quæ. 77. num. 1. Cap. Lat. decis. 167. num. 67. usque ad fin.
3 Notorium Iuris resultat ex actis in judicio
factis, ex probationibus, ex sententia, à qua non
fuit appellatum, vel ex confessione iudiciali
perseverata, *Masc. dicta concl. 1101. nu. 3. & seq.*
Scacc. d. tract. de iud. q. 76. tit. de notor. del. num. 2.
Capyc. Latr. d. decis. 167. num. 42. & diversum
4 est delictum esse notorium, vel de delicto notoriè constare, quia delictum notorium dicitur
quando est notorium facti, quando verò est notorium Iuris non dicitur delictum notorium,
sed de delicto notoriè constare, *Farin. q. 21. nu.*
5 *166.* unde notorium facti est illud, quod propriè, & verè dicitur notorium, ad differentiam
notorii Iuris, quod impropriè, & largè appellari potest notorium, *Affl. in Const. Reg. Humanitate, num. 32. Farin. d. q. 21. num. 8. in fin. Cacac. d. alleg. 1. num. 48.* ac proinde cum notorium
6 iuris dicatur impropriè notorium, non potest
ex eo procedi ex abrupto, & Iuris ordine non
servato, sed sunt servandæ omnes solemnitates,
prout in cæteris delictis, *Anton. de Butr. in tract. de notor. art. 2. num. 31. Conrad. in pract. tit. de not. crim. nu. 8. Clar. q. 9. vers. item quæro. Far. d. q. 21. num. 166. & 167.* & in eo datur appella-
7 tio, quæ denegari reo non potest. *Scacc. de iud. lib. 1. cap. 97. num. 119. Caravit. rit. 158. num 7. Baiard. ad Clar. q. 94. num. 19. Farin. d. q. 101. nu. 60. & 62. Cacac. d. alleg. 1. num. 52. & 53. Guaz. ad def. reor. def. 36 cap. 9. num. 2.* sed in notorio fa-
8 cti, quod propriè, & verè dicitur notorium, ordo Iuris non servatur, *cap. pervenit, cap. consuluit, ex. de appell. Gram. decis. 36. num. 42. & 56.*
9 *decis. 45. num. 55.* in eo Iudex potest procedere
ex officio, absque accusatione, & libello, *l. ea quidem, C. de accus. l. 2. §. si publico, ff. de adult. l. congruit, ff. de off. Præs. Gig. de crim. læs. maiest. tit. quomod. proced. in crim. noto. num. 8. Gomez. var.*
10 *lib. 3. cap. 1. num 41.* non requiritur citatio, nec
solemnitates respicientes ordinem iudicii, nec
sententia, *Boss. de sentent. num. 58. Gram. dec. 36. num. 42. & 57. Menoch. de recup. poss. remed. 14.*
11 *num. 258.* nec in eo datur appellatio, *cap. cum sit romana, de appell. l. 2. C. quor. appell. non recip. Clar. quæst. 94. num. 2. Vulpel. resp. 137. num. 8. & seq. Cappel. Tolos. quæ. 177. num. 7. Guaz. d. cap. 9. num. 1. Farin. q. 21 num. 117. & q. 101. num. 60. Scagl. d. alleg. 1. num. 52. Cancer. var. lib. 3. cap. 18. num. 137. & 138. Carl. de iud. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 1. nu. 49.*
12 Intellige quando Iudex pro delicto notorio
procederet contra reum præsentem, tunc enim militant supradicta; secus vero si reus, qui inquiritur de delicto notorio esset absens: nam tunc omninò est citandus, aliàs processus esset nullus, *Clar §. fin. q. 9. vers. sed quæro numquid, & q. 31. in princ. Cap. Latr. d. decis. 167. num. 25. 26. & per tot.*

Qui-

13 Quinimò etiam contra Reum præsentem, in
tantum pro delicto notorio potest procedi mo-
do quo supra, in quantum reus fateretur deli-
ctum, & nullam adduceret excusationem ad
eius defensam: secus vero si illud negaret, vel
acceptaret cum aliqua qualitate, putà fecisse
homicidium ad sui defensionem, vel causa ho-
noria, sivè alitèr: tunc enim sunt dandę reo de-
fensiones, & Iudex alitèr faciendo damnat ani-
mam, & corpus suum, Foller. in pract. crim. verb.
item quod fuit captus in flagranti crimine, num.
22. Clar. q. 8. vers. sed numquid, Farin. d. quæst. 21.
num. 143. 144. & 145. Nam Iudex procedendo
14 per viam notorii debet interrogare reum spe-
cificè super facto, qui si confitetur potest eum
condemnare absque alia informatione, & pro-
cessu, si verò negaverit, capitur informatio, &
auditur in suis defensionibus, Luc. de Penna in
l. quoties, col. 5. vers. quòd autem, C. de dign. lib. 12.
Revit. in prag. 8. de off. mag. Iust. num. 4. & debet
15 postmodum in sententia pronunciare factum
esse notorium, à qua sententia conceditur reo
appellatio; nam licèt in notorio facti non con-
cedatur appellatio, ut diximus supra num. 11.
tamen à sententia Iudicis declarantis factum
esse notorium, benè conceditur appellatio,
Abb. cons. 100. num. 3. in fin. Felin in cap. fin. num.
43. de rescript. Farin. cons. 43. Rot. Rom. adducta à
16 Sanfel. decis. 261. in fin. quemadmodùm si con-
tra assertum crimen notorium aliqua causa
per Reum adduceretur, putà si aliquem occidit
coram populo, & allegat occidisse ad defen-
sionem, vel quòd poterat occidere, ex quò occi-
sus erat bannitus, vel alitèr, tali casu admit-
titur appellatio, Vulp. resp. 137. num. 12. Scacc.
de appell. q. 16. lim. 4. num. 93. Guaz. ad def. reor.
17 def. 36. cap. 9. num. 4. & 5. Vnde valdè periculo-
sum est procedere in delictis secundùm regu-
las notorii, & pro eorum cautela Iudices de-
bent Principem consulere, & non errabunt, Fa-
rin. d. quæst. 21. num. 146. in fin. quia difficile est
delictum esse adeo notorium, ut nullam possit
habere defensionem, sivè qualitates occultas
excusantes, But. de notor. artic. 14. num. 13. Cap.
18 Latr. decis. 167. num. 16. cum seq. & quoties fa-
ctum aliquam admittit dubitationem, & per
negationem dubium efficitur, non dicitur am-
plius notorium, nec secundùm regulas notorii
potest procedi, Abb. in cap. tua nos, num. 4. de
cohab. Mul. Mascard. de prob. conc. 1101. num. 8.
Caeac. d. alleg. 1. n. 50. & 51.
19 Dicitur etiam crimen notorium si fuerit pa-
tratum coram Iudice pro Tribunali sedente, pro
quo Iudex potest procedere ad punitionem de-
linquentis, Iuris ordine non servato, absque
solemnitatibus, & processu, Boss. de denunciat.
num. 4. cum seqq. Gomez var. lib. 3. cap. 1. num. 48.
Mascard. de prob. lib. 2. concl. 1103. num. 16. 18.
& 19.
20 Sed tutius est quòd Iudex super dicto deli-
cto recipiat probationes, & si reus non confi-
tetur, faciat confrontare Testes in faciem ipsius
rei, & procedat prout Iuris, aliàs posset teneri
in sindicatu, Affl. super Const. 1. p. rubr. 10. num.
30. Boss. in tit. quomod. proced. in crim. num. 3. Fol-
ler. in pract. crim. verb. item quòd est notorius de-
linquens, num. 17. Clar. §. fin. q. 9. sub num. 4. Fari-
nac. d. q. 21. num. 159. cum seqq. Cap. Latr. d. decis.
167. à num. 50. cum seqq.
21 Potest etiam procedi ex abrupto Iuris ordi-
ne non servato, & tanquam si super notorio,
contra repertum in flagranti crimine, Boss. de
confess. num. 17. Foller. in verb. fiat lit. contest. num.
2. Gram. decision. 36. num. 50. cum seq. & super
Constitut. Humanitate, fol. 48, Thor. in C. rer.
iud. allegat. 10. Angel. in l. ictus fustium, num.
2. ff. de his qui not. infam. ubi ponit exem-
plum in inventis ad furandum uvas, qui
per Officiales rectores, absque aliqua inter-
loquutoria, aut diffinitiva sententia ducuntur
per Civitatem, cum uvis appensis in collo, &
Clar. qua. 8. vers. scias tamen, ponit exemplum
in iis, qui reperti in flagranti crimine, absque
aliquo processu ponuntur ad catenam, seù berli-
nam ligati, in hominum conspectu, secundùm
consuetudinem Terrarum, quæ viget in hac Ci-
vitate contra fures, qui reperti in flagranti, po-
nuntur ad berlinam ante fores palatii M.C. Fa-
rin. d. q. 21. num. 136. ponit exemplum in inven-
tis in flagranti crimine delationis armorum,
22 qui ducuntur ad carceres, & incontinenti icti-
bus funis, publicè plectuntur, & coguntur ad
solvendum pęnam iuxtà formam bannimento-
rum, absque aliquo processu, & Scial. de torq.
reos, cap. 6. num. 51. refert se fecisse fustigare per
Civitatem, cum uvis appensis in collo quendam
meretricem, inventam in flagranti ad furan-
dum dictas uvas, absque aliqua sententia, &
condemnatus tanquam repertos in flagranti
crimine non appellat, Carrer. in pra. §. secundus
erit casus, num. 14. & 15. Cabal. cas. 261. num. 15.
Gram. decis. 36. num. 33. Scacc. de appel. cap. 2. q.
17. limit. 4. num. 88. Guaz. ad def. reor. def. 36. cap.
9. num. 3.
23 Sed cautius est ut Iudices abstineant ab hoc
modo procedendi, ne postea teneâtur in sindi-
catu; nam si Reus non esset confessus, vel etiam
si confessus, aliquam adduceret excusationem,
esset audiendus, & non obstante, quòd esset re-
pertus in flagranti crimine, essent ei dandæ de-
fensiones, Monticel. reg. crim. 14. num. 22. Farin.
24 d. q. 21. num. 143. & 144. & appellando tenetur
tali casu Iudex deferre appellationi, Imol. in l.
creditores, num. 1. de appel. Guaz. l. c. num. 4. nam
25 hæc permittuntur tantum Principi, pro ut
tempore Illustris Marchionis del Carpio pra-
cticatum vidimus, mense Martii 1684. contra
illum de Canto, qui captus cum sclopo parvo
in Civitate Puteolorum, fuit illicò transmissus
ad Regias triremes per annos septem, absque
nullą sententia, & actu iudiciario, ubi ille infe-
lix, post paucos dies, vitam cum morte commu-
tavit.

SUMMARIUM.

CAPUT VII.

De Probatione per inditia indubitata

2 IN criminalibus ad condemnandum probationes debēt esse luce meridiona clariores, quia agitur de vita hominis, *l. sciant cuncti, ult. C. de prob. l. 1. §. Cornelia, ff. de quæst. l. ubi falsi, 22. ff. ad l. Corn. de fal. Gram. decis. 8. num. 42. Boss. de convic. num. 9. & 23. Gomez var. lib. 3. cap. 12. num. 25. Thesaur. dec. 25. n. 6. Cabal. res. crim. cas. 230. num. 24. Mascard. de prob. concl. 1360. num. 4. Larat. cons. 114. num. 4. Merl. dec. 54. Tap. lib. 5. iur. Reg. tit. 49 Cavalc. de brac. reg. p. 4. num. 187. & 188. Ricc. collect. 1841. Rov. decis. 63. num. 6. Cap. Lat. decis. 163. nu. 9. Giurb. cons. 43. Vermig. cons.* 381. & adest in Regno *prag. 1. de quæst.*

2 Talis regula limitatio venit à *DD.* in delictis occultis, clandestinis, & difficilis probationis, in quibus ob difficultatem probationum liquidarum lex contenta est illis probationibus, quæ haberi possunt, ne veritas pereat, & in illis admittitur probatio inditiis, præsumptionibus, & conjecturis, *cap. præterea, de Test. Castr. cons. 343. lib. 2. Bertaz. cons. crim. 105. num 9. & 138. num. 7. lib. 1. Mars. in rubric. C. de prob. num. 63. de Lauren. decision. Aven. 20. num. 5. Mascar. de probation. conclus. 1386. num. 32. lib. 1. Cavalcan. de brach. reg. p. 1. num. 201. Farin. quæ. 2. num. 12. & 31. & quæst. 86. num. 29. 36. & seq. Giurb. cons. 2. num. 44. cons. 13. num. 1. cons. 37. nu. 22. & cons. 43. num. 22. Andreol. cons. 8. num. 3. & 4. Grasset de necc. prodit. §. 29. nu. 245. cum plurib. seqq.*

3 Sic crimen assassinii, quia de sui natura est atrocissimum, & difficilis probationis, probatur præsumptionibus, & coniecturis, *cap. 1. de homic. in 6. Gand. de malefic. rub. de indit. indub. in fin. Cabal. de omn. gen. hom. num. 516. Mascard. de prob. conclus. 137. in princ. lib. 1. Menoch. de arb.*

arb.q.97.nu.38.& conf.31.num.25.lib.1.Giurb.
conf.70.num.2e.Merl.contr.forenf.cent.1.cap.54.
num.19.& feq. Sic crimen læfæ Maieftatis,quia
4 eft enormiffimum, & difficillimæ probationis,
poteft coniecturis, & præfumptionibus probari,
l.non omnis,§.à barbaris,ff.de re milit.Gig.de
crim.laf.maieft.lib.2.tit.quom. & per quos crim.
laf.mai.prob.quaft.29. Decian. tract. crim. lib.7.
cap.45.num.35. Sic delicta carnis, quia in fe-
5 creto committuntur, & exiftimantur difficilis
probationis, probantur præfumptionibus, &
coniecturis, *Brun.de ind.p.1.q.4 num.7.Decian.*
conf.83.lib.3. num.3. Menoch.de prafump.lib 5.
prafumpt.41.Farin.quaft.148.num 66.Viv.decif.
157.num.9.Magon.dec.lucenf.98. num.7. Seffe
decif.218.num.11.Macerat.var.refol.lib.3.refol.
7.Giurb.conf.37.num.12.Maftr.decif.295.num.
6 1. Sic crimen falfæ monetæ, quia occultè patratur,
& eft difficilis probationis, probatur
præfumptionibus, & coniecturis, *Decian.tract.*
crim.lib.7.cap.24.num.10.in fin. & cap.26.nu.4.
Farin.q.115.num.50. Vermigl.conf.218.nu.2.&
conf.220.num.1.Cap.Latr.decif.179.num.32.&
7 *feq.* Sic crimen veneni, quod in occulto committitur,
& eft difficilis probationis, probatur
præfumptionibus,& coniecturis, *Foller.in prac.*
verb.item quod venenavit Sororem,num.5.in fin.
Gram.vot.3.num.3.de Lauren.decif. Aven.20.n.
8 5.Sic crimen partus fuppofiti,quia eft difficilis
probationis, probatur præfumptionibus, &
coniecturis, *Boff.de part.fuppof.nu.10. cum feqq.*
9 Sic delicta de nocte commiffa, quia reputantur
difficilis probationis,probantur præfumptionibus,
& coniecturis, *Foller.in pract. verb.dentur*
capit.quod fuffocavit uxorem,num.13.Boff.de ind.
& confid.ant.tort.num.171.& feq.Cabal.caf.288.
num. 73. Menoch. de arb. quaft. lib.1.caf.116.
num.14. & de prafump.lib.1.q.58. num.11. Farinac.quaft.86.nu.39.& 40. Rip.de noctur.temp.
cap.56.num.3. Cap.Latr. decif.132.num.27. &
decif.173.num.20.& 44.

10 Sed hæc reftrictio ad regulam, quòd in delictis occultis
admittatur probatio per præfumptiones,
& coniecturas, intelligenda eft, ut
coniecturæ, & præfumptiones fint evidentes, &
maiores, quàm in aliis delictis, *cap. litteras, de*
prafumpt. & fint ad inftar inditiorum indubitatorum,
Bald.in l.quicumque,num.25. C.de ferv.
fugit. Boff.de par.fupp.num.32. Cravet.conf.178.
Mafcard.de probat.concl. 459.nu.16. Menoch.
de prafump.lib.1.q.58.num 19. Sic crimen læfæ
11 Maieftatis, licèt probari poffit præfumptionibus,
& coniecturis, tamen dictæ præfumptiones,
& coniecturæ debent conftituere inditia
indubitata, *l.fi quis alicui,C.ad l.Iul. Maieft.*ibi.
*Si aliquis manifeftis inditiis,*quæ inditia mani-
12 fefta funt inditia indubitata, *cap.cum olim, de*
verb.fig.Bald.in l.Cives,C.de appell.Decian.tract.
crim.lib.7.cap.45.num. Mafcard. de prob.conc.
462.num.21.& concl. 1013.num.15. Farin.qua.
*136.num.21.*Sic crimen affaffinii, licèt probe-
13 tur probabilibus argumentis, *d.cap.1.de homic.*
*in 6.*tamen talia probabilia argumenta funt inditia
indubitata, quia funt plufquam inditia,
& videntur excedere probationes ordinarias,
quæ requiruntur in quolibet alio delicto,*Gram.*
conf.1.poft decif.num.67.& 68. Clar.§.fin. q.11.n.
9.Farin.q.86.à num.41.& q.123.num.66. Guaz.
ad def.reor.def.4. cap.13.num.12. Intrigliol. dec.
40.num.41.Grivel.decif.43.num.3. Tap. de Iur.
*Reg.rub.de facr.fanct.Eccl.num.15.Amefc.de poteft.in
fe ipfum, lib.1.q.19.num.9. Giurb.conf.70.*
num.22.verf.probabilia, Merl.contr.for.lib.1.cap.
54.num.20. & effe veriorem,& magis receptam
opinionem, teftatur *Conciol. refol.crim. verb.af-*
*fafsinium, refol.6.num.5.*Sic delicta carnis, licèt
14 probentur præfumptionibus,& coniecturis,tamen
tales prefumptiones debent effe violentę,
*Affl.in Conft.Si maritus,num.4. verf.& pondera,
Gomez ad l.Tauri, 80.nu.50. Pont.conf.98.*
Sanfel. decif.337. quæ violentæ prefumptiones
15 funt inditia indubitata, *Farin.q.36.* Sic crimen
partus fuppofiti,licèt probetur coniecturis, &
præfumptionibus, tamen quando agitur criminaliter,
requirit probationes concludentes,
Boff.d.tit.de part.fuppof.n.13. & 14. Farin.quaft.
250.num.245.

16 Nec quidem debet Iudex cum fupradictis
coniecturis, præfumptionibus evidentibus, &
inditiis indubitatis infligere Reo pęnam ordinariam
mortis, fed tantum extraordinariam,
Boff.de convic.num.34.& de par.fuppof.num. 32.
Clar.q.20.verf.fcias tamen,Gomez.var. lib.3.cap.
3.nu.45.Gram.decif.42. Franch dec.538. Farin.
quaft.86.num.110.Guaz ad def.reor def.33.cap.
14.num.14. Pont.conf.96. num.18.lib.2.Cabal.
ref.crim.caf.129.num.18. Giurb.conf.43. nu.22.
& conf.82.num.27.Capyc.Lat.decif.163. num.4.
*Graffet.de nec.prodit.§.29.num.194.cir.med.*Sic
17 crimen veneni probatum per coniecturas, &
præfumptiones, punitur pęna extraordinaria,
non ordinaria, *Gram.decif.42.num.14.& feq.&*
vot.21.num.8.& feq. Clar.§.fin.q.20. verf.fcias
tamen,Surd.conf.132.num.14.vol.1. Cabal.d.caf.
288.num.7.& 15.Farin.q.86.num.115.Menoch.
de prafump.lib.1.q.97.num.17.Guaz d.cap.14.n.
18 15.Sic violentæ præfumptiones in delictis carnis
non fufficiunt ad condemnandum Reum
pęna ordinaria, fed tantum extraordinaria,
Affl. in Conft.Legum afperitate,in fine, Mattefil.
fingul.119.Gomez ad l.Taur.80.num.18.Decian.
conf.83.num.11.lib.3. Foller.in prag.1. de fodom.
num.21.Menoch.d.q.97.nu.19. cum feqq.& lib.
5.q.41.num.11.cum feqq. Mufcat. de cogn.five
prob.del.rub.de adul.& ftup.num.33. Grivel. decif.23.
qui ita *num.28.decifum refert.*Sic crimen
19 falfæ monetæ, licèt probetur coniecturis, tamen
non fufficiunt ad imponendam pęnam ordinariam,
fed tantum extraordinariam, ut dicemus
tit.10.cap.48. unde debet Iudex cum in-
20 ditiis indubitatis condemnare Reum, etiam
in delictis atrocifsimis, & difficilis probationis
ad

ad pœnam corporalem triremium ad tempus, vel vita durante, secundùm qualitatem inditiorum, *Affl.in Const.Humanitate,num.28.& in Const.Summo periculo,num.10. Cap.decis.126.in fin.Franch.decis.372.Grivel.decis.93. Sanfel.dec.47.* & est in ipsius Iudicis electione cum indi-
21 tiis indubitatis, vel condemnare Reum ad pęnam triremium, vel illum torquere, *Capyc.d. dec.126.num.14.Gram.vot.15.num.15.Clar.qu. 21.vers.scias autem, Franch.decis.538. Farin.q. 86.num.58.& 64. Novar.decis.70.*
22 Sed cum solis præsumptionibus, & inditiis indubitatis hominem ad mortem condemnare valdè periculosum est, *cap.afferte*, ubi *Panorm. & Fel.num.6.de præsumpt.Alex.cons.15. & seq. de Lauren. decis.15. num.18.* & dixit notabili-
23 litèr *Bald.in l.1.num.1. C.de Test.* quòd probatio, quæ fit per ioditia, & præsumptiones, dicitur probatio minor, quæ non dilucidat clarè veritatem, non est perfecta, sed indiget sup-
24 pleri, & ex præsumptiva probatione, etiam indubitata non debet infligi mors, *Marsil.§.diligenter,n.22. Mattesil.notab.119.Gram.cons.136. n.12.Clar.q.20.n.5. & 6. Far.q.17.n.52.& cons. 125.n.8.Grat.disc.for.c.163.n.14.& c.625.n.11.*
25 quia nō possunt excogitari inditia, tàm indubitata cū quibus Reus possit pęna mortis puniri, etiam in delictis occultis, & difficilis, probationis, *Cabal.cas.288.num.15. Scacc.de iud.lib.1. cap.97.num.1.Guaz.def.20.cap.33.nu.19. Carl. contr.for.cap.151.Vermigl.cons.381.n.7.*
26 Supervenit in Regno *prag.12.de off. Iud.* per quam fuit data potestas Iudicibus Regiis arbitrandi inditia indubitata, & cum illis ad mortem condemnandi, quæ postea fuit restricta ad Tribunalia collegiata tantum, sed quòd Iudices delegati teneantur facere relationem Regni Proregi, *prag.13.eod.tit.*
27 Hæc *pragm.* utique pęnalis est; ac proinde est restringenda, & coarctanda, *cap.odia, de reg. iur.in 6.l.factum, §.in pęnalibus ff.eod.l.3.§.hæc verba,ff.de neg.gest. Menoch. de arb.lib.2. cen.6. cas.501.num.74.Franch.decis.71. nu.10. Rovit. in prag.1.de assas.num.21. Theod. alleg.97. num. 5.& 13.* & quia desiderat plura requisita, om-
28 nia debent punctualitèr adimpleri, quibus cessantibus non potest Iudex in Regno devenire ad pęnam mortis cum inditiis indubitatis; nam si statutum requirit plures qualitates ad effectum aliquem puniendi, omnes intervenire debent, aliàs pœna statuti locum non habet, *Bart.in l.aie Prætor,§.quòd autem,ff.ne quid in flum.publ.Alex.cons.224. vol.2. Dec. cons.120. col.fin.& cons.540.num.9.*
29 Primò requirit d. *prag.* quòd delicta à reis commissa sint atrociora, ex exemplaria, ibi. *Nelli delitti atroci, & esemplari,* & sic non possunt Iudices passim in Regno in omnibus delictis ex inditiis indubitatis mortis pęnam arbitrare, sed tantum in delictis atrocioribus, &
30 exemplaribus. Quæ autem sint delicta atrociora? diximus latè *tit.3.cap.2. à num.46. usque ad 63,* quinimò *pragm.* requirit non solum delicta atrociora, sed exemplaria, ad indicandum quòd Iudex non poterit extendere arbitrium suum in omnibus delictis merentibus pęnam mortis, sed in illis, qui possint trahi ad exemplum.
31 Secundò dicta *pragm.* non fuit contenta uno solo inditio indubitato ad effectum condemnandi ad pęnam ordinariam, sed loquitur per numerum pluralem, ibi *Possino li Giudici delli Tribunali Regii seguire l'opinione di dar per inditii indubitati la pena ordinaria,* & sic loquitur per numerum pluralē, qui debet in duobus saltem verificari, *l. ubi numerus, ff. de testibus,* & io puncto agnoscunt *Capyc. Latr. decis.163, n.43. & D.Altim.ad Rov.decis.63.nu.12.*
32 Tertiò dicta *prag.* requirit, quòd dicta inditia sint legitimè probata in genere suo, ibi *Che sono tali, che provati legitimamente, &c.* nam non sufficit adesse inditia indubitata, sed requiritur quòd sint legitimè probata, quæ duo requisita copulativè requirit *d.prag. Rov. d. decis.63.nu. 7.Prat.discept.for.cap.20.num 8. & 57. tom.3.*
33 & in copulativis debet utrumque adimpleri, *l.si hæredi plures, ff.de cond. & demonstr.l.si is qui ducenta,ff.de reb.aub. Valenz.cons.123. num.57. & cons.141. num 23.* Quomodo autem debeant esse probata inditia? diccmus in *tit.de forindic. 10.cap.34.*
34 Quartò declarat dicta *pragm.* quæ dicantur inditia indubitata his apertis verbis. *Dichiaramo quelli inditii indubitati, che sono tali, che provati legitimamente, inducono la mente del Giudice à credere fermamente il delitto essere commesso dall'Inquisito, quietando il suo intellette in questa ferma credenze.* Cumque dicta *pragm.* dicat *ad*
35 *firmitèr credendum,* hoc credere firmitèr potest duobus modis contingere, uno modo quando credulitas est ita firma, ut non admittat aliquam hesitationem, neque virtualem, neque actualem; ita ut quilibet crederet factum esse verissimum, absque ulla penitùs dubitatione, alio modo est quando factum est absque ulla hesitatione actuali, sed cum aliqua hesitatione virtuali, pro ut si credo pro nunc firmitèr factum esse verum, sed verisimilitèr posset esse non verum, fuit doctrina originalis *Barbos.in l. 2.in princip.num.89.vers.& ideo, & num. 90 ff. sol. matr.* & iuxtà hanc distinctionem dixit
36 *Rov.decis.63.num.9.& 10.* quòd, ad hoc ut in Regno possit practicari rigor *dictæ pragmat.* & cum inditiis indubitatis possit reus ad pęnam mortis condemnari in delictis non occultis requiritur credulitas in primo casu explicata, ut scilicet nullus remaneat dubitationi locus, neque actualis, neque virtualis, sed in delictis occultis, & difficilis probationis, potest Iudex cum inditiis indubitatis imponere pęnam ordinariam, cum secunda specie credulitatis, ut supra posita actualis tantum.
37. Quintò d. *prag.* expressè mandat Iudicibus ne abutantur tali arbitrio, nec virtute talis po-

potestatis innocentés gravent, ibi. *Confidando mo che li ministri tanto principali, & eminenti, useranno di questo arbitrio di maniera tale, che li rei colpevoli siino castigati, e l'Innocenti non gravati &c.* Et sic datur norma Iudicibus non arbitrandi inditia indubitata ex eorum cervicibus, sed ad eorum arbitrium dirigendum secundùm Iuris dispositionem, & diximus *tit. 3. cap.p.num.*43. cumque veré non possint inveniri inditia iam indubitata, quòd non admittant aliquam dubitationem, & in effectu factum potest aliter se habere, ut infra dicemus, tutius est, etiam in Regno cum inditiis indu-
38 bitatis torquere reum, quæ tortura tali casu potest esse gravior, *Brun. de ind. & tort. 2.p.q.5.n.* 42.29. *Farin.quæst.*37.*n.*39. Et hanc esse melio-
39 rem viam, dicunt *Clar.d.q.*30 *vers.sciat, Farin. q.*86.*n.*57. & si reus positus in tortura non confitetur, stantibus dictis inditiis indubitatis, remanet locus pænæ triremium ad tempus, & quandoque vita durante, *Menoch.de arb.Iud. cas.*273.*n.*14.*in add.Clar.q.*20.*&* 64.*n.*37.*Gram. decis.*8.*Franch.dec.*42.*&* 96.*Gabal.resol.crim.cas.* 93.*n.*29. *& cons.*288.*n.*21. *&* 34. *Guaz. ad def. reor. def.*30. *cap.* 9. *n.*11.*& cap.*40.*n.*2.*Ricc. coll.* 1567.*&* 2263.*par.*6.

Et quòd inditia, quæ a *DD.* indubitata appellantur, admittant dubitationem, & non solum factum aliter potest se habere, sed in effectu
40 aliter se habuit, patet; nam primum exemplum inditii indubitati, quod afferunt est, si quis fuit visus exire ab aliquo domo, quæ non habebat nisi unum aditum, pallidus, & trepidans, cum ense nudo sanguinolento in manu, & in domo fuit repertus occisus de recenti, nam dicunt *DD.* oriri inditium indubitatum ab illo fuisse occisum, *Clar.* §.*fin.q.*21.*num.*29. *Gomez. var. resol.tom.*3.*cap.*13.*n.*11.*Gurb.cons.* 43.*num.*21.*Capy.lat.decis.*163.*num.* 45. Sed ob illud exemplum adductum a *Farin. q.* 51.*num.* 111. de illo famosissimo fure, dicto il Pretino di Lucca, qui cum ex quodam camino ascendisset in cameram illius mercatoris, dum ille se defendere volebat, fuit vulneratus a d. fure cum parvo cultro, & relicto dicto cultro aufugit per eundem caminum; cumque ad clamores accessisset magister filiorum occisi, cum lumine accenso ad cubiculum dicti mercatoris, cepit conqueri, & convocare domesticos, qui videntes quòd in dicta camera non aderat nisi dictus Magister pallidus, cum cultro sanguinolento in manu, & camera non habebat nisi unum ostium, illum tradiderunt in manibus Curiæ, a qua ob hoc inditium fuit morti traditus, post plures annos dictus fur devenit in fortiis Curiæ, & inter alia, confessus fuit dictum homicidium, nec ob id magister resur-
41 rexit. Aliud exemplum inditii indubitati, quod a *DD.* affertur est, si quis est visus persequi inimicum fugientem, cum ense evaginato, qui postea repertus fuit vulneratus; nam dicunt oriri inditium indubitatum fuisse ab inimico vulneratum, *Brun. de ind.p.p.q.*4.*num.*6. *Lepid. decis.* 149. *Cabal. cas.n.*288.*nu.*9. *Guaz. def.*35.*c.* 15.*num.* 2. Sed *Cason. de indit. trac.*11.*num.*4. *&* 5. narrat de illo, qui occidit inimicum, reliquit ensem, & aufugit; cumque supervenisset amicus interfecti, qui apprehenso ense cruento, persequendo occisorem, captus fuit; nam fuit in magno periculo vitæ, sed quia probavit facti veritatem, fuit liberatus, & sic vides quòd dum factum aliter se habere potest, supradicta non possunt dici inditia indubitata; quinimò etiam in Regno in crimine atrocissimo, pro ut in sodomia, illa quæ ab aliquibus Iudicantibus fuerunt habita pro inditiis indubitatis, prout in casu relato a *Cap.lat.decis.*163. de Carolo Tropea, qui ob crimen sodomiæ fuit ad mortem condemnatus, ab aliis Iudicantibus non fuerunt habita pro inditiis indubitatis, pro ut in casu relato a *Thor.in comp. decis. par.*3.*sect.*3.*verb.sodomita*, de Antonio de Martino, qui cum iisdem inditiis, pro crimine sodomiæ, non fuit ad mortem condemnatus, ex quò Collaterale Consilium non habuit illa pro
42 inditiis indubitatis, & sic moneo Iudices collegiatos Regnicolos ut abstineant quantum possunt in imponendo Reis pænam mortis cum inditiis indubitatis.

43 Alia exempla inditiorum indubitatorum, vide apud *Ioa. And. in add. ad specul. tit. de prob.*§.*videndum restat, lit. E. Cabal.d cas.*288. *nu.* 8. *Mart. vot.*248.*&* 249.*Andreol.contr.*172. *num.*3.*D. Altim.ad Rovit.d.decis.*63.*num.*11.

SUMMARIUM.

1 *Detestatur licentia Iudicum Regni constituere ex pluribus dubitatis inditiis unum indubitatum, & arbitrare mortis pœnam.*
2 *Iudices non possunt in Reg. cum uno inditio indubitato arbitrare pœnam mortis, sed duo saltèm requiruntur, & num.* 7. *&* 11.
3 Prag. 13. de off. Iud. *qua dat arbitrium Iudicibus cum inditiis indubitatis arbitrandi mortem est paulis, & debet restringi.*
4 *Sub qua forma d.* pragm. *requirat inditia?*
5 *Inditium dubitatum quid sit?*
6 *Inditium indubitatum quid sit?*
8 *Inditia plura dubitata de Iurecom. an possint coniungi ad faciendum unum inditium indubitatum ad effectum condemnandi, & ad quam pœnam? & num.* 9. *&* 10.

CAP. VIII.

CAPUT VIII.

Ex pluribus inditiis dubitatis, an possit formari unum indubitatum, ad effectum inferendi pęnam mortis?

1 A Deo in Regno ancta est Iu-
dicum licentia in condem-
nando ad mortem cum in-
ditiis indobitaris, ut lici-
tum existiment, etiam eoa-
cervare imperfectas pro-
batinnes, & ex pluribos in-
ditiis dubiratis, constirne-
re unum indubitatum, & cum eo Reum ad mor-
tem condemnare; etenim, datn quòd ex pluri-
2 bus inditiis dubitatis possit fieri unum indubi-
tatum (quòd conttarium esse verum, infra de-
mõstrabimus) non per hoc erit locus rigori di-
ctæ *prag.* quæ non unum inditium indubitatum
requirit, nec uno tantum inditio est contenta,
sed saltèm requirit duo inditia indubitata, ut
benè observant *Cap. Latr. decis. 163. num. 43. &
Altim. ad d. decis. Rov. 63. num. 12.* cumque dicta
3 *prag.* 13. sit pœnalis, ex quò restringit in crimi-
nalibus probationes, quæ de jure communi de-
bent esse luce meridiana clarlores, ut diximus
hoc *tit. c. 1. n. 1. 2. & 3.* & ob hanc causã est odio-
sa, *Valenz. cons. 110. num. 18. Prat. d. cap. 20. nu.
110. & 111. Theod. alleg. 97. num. 5. & 13.* ac pro-
indè est restringenda, & cancellanda infra
terminos suos, *cap. in penis, & cap. odia, de reg.
iur. in 6. l. factum, §. in pœnalibus, ff. eod. Menoch.
de arb. lib. 2. cen. 6. cas. 501. num. 74. Franch. decis.
71. num. 10. Rov. in prag. 1. de assas. ex num. 21.*
4 unde cum requirat inditia indubitata ad for-
mã, *Che inducono la mente del Giudice à credere
fermamente il delitto esser commesso dall' inquisito,
quietando il suo intelletto in questa ferma credẽza.*
Quomodo potest admitti, quòd ex plutibus in-
ditiis dubitatis coacervetur unum indubitatũ,
ad inflingendam mortis pœnam; si inditium
5 dubitatum aliud non est, nisi præsumptio forti-
tèr movens animum ad aliquid credendum,
vel discredendum, *Petr. de fideicom. q. 9. sub nu.
123. Farin quast. 31. num. 38.* & sic non potest
dici Iudicem posse acquiescere eius intellectum
ad credendum, ità firmitèr esse delictum com-
missum, ut contrarium nullo modo suaderi pos-
sit, ex quò vides, quod inditia dubitata non
constituunt indubitatam, sed dubiam credali-
tatem; & si possibile est rem aliter se habere, &
res ponitur in dubio, non potest dici adesse in-
6 ditium indubitatum, quod tunc propriè dici-
tur, quando possibile non est rem aliter se ha-
bere, *Cab. cas. 288. lib. 2. Prat. lib. 3. cap. 20. num.
41. Burg. de mod. proc. ex abrup. q. 41. num. 24.*
7 Solum ergo *prag.* dispensat, ut Tribunalia
collegiata possint ad mortem condemnare cum
inditiis indubitatis, sed quòd inditia dubitata
possint uniri ad faciendum unum inditium in-
dubitatum, *pragm.* hoc non dicit, & cum sit
pœnalis debet restringi infra terminos, in qui-
8 bus loquitur, ut diximus supra *num. 3.* quinimò
in terminis Iuris com. plura inditia dubitata
non possunt uniri ad faciendum unum inditiũ
indubitatum, ad effectum, ut cum tali indubi-
tato inditio possit reus ad mortem condemna-
ri, *Marsil. cons. 20. num. 28. Gabriel. lib. 1. tit. de
probat. concl. 1. num. 23. & 26. Masc. de prob. lib.
1. concl. 459. num. 7. & 9. lib. 3. concl. 1223. nu. 29.
Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 40. num. 10.
Pegu. decis. crim. 17. num. 41.* & licet non desint
9 qui tenent, quòd plura inditia dubitata con-
iungantur ad faciendum unum inditium indu-
bitatum, ad effectum condemnandi, tamen in-
telligontur ad finem condemnandi ad pę-
nam pecuniariam, non vero corporalem, *Gand.
in tit. de præsumpt. & ind. indub. num. 2. & per tot.
Farin. quæst. 86. num. 61.* sed secundùm veriorem
10 opinionem, coniunguntur ad inferendam pę-
nam; etiam corporalem, citrà tamen mortem,
videlicèt triremium, *Hippol. Riminald. cons. cri-
mi: divers. 84. n. 17. & seqq. & 26. & seqq. lib. 2. Io-
seph. Ludov. concl. 45. vers. 1. & vers. est maximè
notandum, Carrer. in prax. in 2. tract. de ind. &
tort. in princ. §. in textu ergo, num. 2. Farin. d. quæst.
86. num. 86. vers. ubi ampliat,* & sic non obstat
doctrina *Cap. Lat. decis. 163. num. 51.* qui susti-
net opinionem, quòd possint uniri inditia du-
bitata ad faciendum unum inditium indubita-
tum; nam nititur auctoritate *Far.* qui contra-
rium tenet, & firmat opinionem nostram, ac
proinde dicendum est, quòd nullo modo possit
practicari rigor dictæ *prag.* nec eius virtute da-
11 ta sit licentia Tribunalibus collegiatis in Reg.
ex pluribus inditiis dubitatis constituere unum
indubitatum, & procedere ad pęnam mortis;
nam concurrerent duo specialia, unum quòd
ex pluribus inditiis dubitatis formaretur unum
inditium indubitatũ, alterũ quòd cũ unico in-
ditio indubitato Iudex deveniret ad pęnam
mortis, & duo specialia in eodem subiecto cõ-
currere non possunt, *l. 1. C. de dot. promis.*

TI-

DE SINDICATU OFFICIALIUM TITULUS OCTAVUS

RUBRICA.

SUMMARIUM.

1 *Regia Audientia cognoscunt de appellationibus in causis sindicatus.*

2 *Sindicatus praestatur per Officiales finito officio.*

1 Septima praemiocentia Regiarum Audicotiatum est cognoscere de appellationibus in causis sindicatus; si quidem à decretis, & sententiis latis per Sindicatores io Terris Baroonalibus nō interponitot appellatio ad Iudices secundarū, vel tertiarum causarum, casu quo Barooes illas habent ex privilegio, sed ad Regia Tribunalia, & sic ad Regias Audientias viciniores, vel ad M. C. V. *Affl. in Const. Magistrorum*, 1.*notab. Gram.vot.*28.*num.*12.*Caravit.rit.*295.*num.*23. *Vant.de nullitat.ex def.iurisd. num.*10. *Mastril. de magistr.lib.6.cap.*1.*nu.*39.cumque in *tit.*2. latiùs diximus de omnibus illis delictis, de quibus potest Officialis conveniri durante officio, meritò subocūtitur hic *titul. de sindicatu*, qui
2 praestatur per Officiales officio finito, *l.pars literarum,ff.de ind.Const.Reg.Volumus.*

SUMMARIUM.

1 *Omnes magistratus tenentur parere sindicatui.*

2 *Sindicatus Officialium est de Iure Divino.*

3 *Exemptio Clericorum à foro saeculari est de Iure Divino,remissivè.*

4 *Defensiones sunt danda reo de iure naturali, remissivè.*

5 *Princeps non potest remittere sindicatum.*

6 *Sindicatus est nervus totius iustitia.*

7 *Regens,& Iudices M.C.V.tenentur stare sindicatui.*

8 *Praesides, & Auditores tenentur parere sindicatui.*

9 *Gubernatores,& Iudices Civitatum tenentur parere sindicatui.*

10 *Iudices secundarum causarum tenentur stare sindicatui.*

11 *Actuarii omnium Curiarum tenentur parere sindicatui.*

12 *Magistri nundinarum tenentur parere sindicatui.*

13 *Locumtenentes,sivè Consultores tenentur stare sindicatui.*

14 *Commissarii protomedici tenentur parere sindicatui.*

15 *Baiuli,& magistri iurati tenentur stare sindicatui.*

16 *Sindicatores possunt etiam sindicari.*

17 *Administratores Universitatum sindicantur.*

CAPUT I.

Qui teneantur parere sindicatui?

1 Omnes Magistratus tenentur stare sindicatui, *l.* 1. *C. ut omn. Iud. tam civil quam milit.Auth.ut Iud.sine quoq; suffrag.§.necessitatem*, *Const. Volumus,rit.*295. *Mastrillus de magistrat. lib.* 6. *cap.* 1.*num.*3. *Marin. resolut. quotid. lib.* 1. *cap.*284.
2 *num.*1.*&* 9. quia sindicatus Officialium est de Iure Divino, 1.*Regum,cap.*12.ubi Samuel Iudex, & Propheta cum reliquisset regimen Regni Israel, hujusmodi sindicatus iudicio se submisit, *cap.qualiter,de accus. Luc. de Pen. in l.per hanc,C.de numm.mul.lib.*12.*Paris de Put.de sind.in evident.num.*3.*Avil.cap.Prator, verb.indicium sindicatus cap.*22. *num.*4. & licèt *Capibl. de Baron.prag.*5.*num.*180.*&* 181. teneat quòd sindicatus non sit de Iure Divino, ex quo Princeps potest terminum sindicatus abbreviare, quòd et non esset permissum, si sindicatus esset de Iure Divino, tamen non recedas à supradicta opinione, quia posse Principem abbreviare terminum sindicatus non tollit, quòd ille non sit de Iure Divino; si quidem exemptio Clericorum à
3 foro saeculari est de Iure Divino, & tamen potest

teſt Papa talem exemptiooem moderare, & li-
mitare, ut diximus *tit.6.cap.5.num.1.* à ſimili
4 defenſiones ſunt dandæ Reo de Iure naturoli,
nec poſſuot per Principem tolli, beoè tamen
poſſunt per Principem reſtringi, & coarctari
terminus defenſionem, ut diximus *tit.3.cap.2.n.*
24.& 25. verum quia ſindicatus eſt de Iore Di-
5 vioo, ideò non poteſt per Principem tolli, nec
remitti, *Avil.d.cap.1.num.11.& 12. Maſtr.loc.*
cit.num.11. & ſi cum effectu Princeps remittit
ſindicatom intelligitur de ſcrupuloſa inquiſi-
tione, noo de furtis, & barattaria, *Affl.in d.Con-*
ſtit.Volumus, col.2.in fin. Nig.in Cap. Item ſtatui-
mus, num.57.in fin. Cancer. var.lib.3.cap.12. nu.
6 *74.& ſeqq.* nam ſiodicatus eſt neruus totius iu-
ſtitiæ, *Azeved.lib.3.tit.8.in prin. Avil. poſt Put.*
in cap.1.de ſind.num 5. & ſi Officiales non eſſeot
adſtricti ſtare ſindicatui nimis audaces fierent
ad delinquendum, *l.Aurelio, §.Caius, ff.de liber.*
leg. Affl.in Conſt.Muneribus, num.25. ac proinde
7 Regens, & Iudices M.C.V. teoeotur ſtare ſindi-
catui, *prag.2.verſ.item ſupplicam, de ſind.Officia.*
8 Præſides, & Auditores provinciales tenentur
parere ſindicatui, *prag.10.§.43.de off.Iud.* teoe-
turq; Præſes parere ſindicatui, etiam de his quę
geſſit uti Gubernator armorũ, *prag 3.de off.Iuſt.*
9 *Rocc.de off.tit.de offic.gener.camp.§.15.n.117.* Gu-
bernatores, & Judices Civitotũ, & locorum, ſivè
demanialium, ſivè baronalium teoentur ſtare
ſindicatui, *d.l.1.C.ut omn.Iud.* Judices ſecunda-
10 rum cauſarum tenentur ſtare ſindicatui, *Ma-*
11 *rin.reſol.quotid.lib.1.cap.284.num.2.* Actuarii
omnium Curiarum tenentur ſtare ſindicatoi,
Cap.Item quòd prædicti, ubi Nig. n.2. Carav.rit.
12 *293.num.19. Ann.alleg.15.nu.6.* Magiſtri oon-
dinarum teneotur parere ſindicatui, *Carrab.de*
ſind.Offic.p.2.n.156. locumtenentes, vel Coo-
13 ſultores teoentur ſtare ſindicatui eodem tem-
pore cum Capitaoeo, à quo fuerunt deputati,
pragm.5.de ſind.Offic.Rov.in prag.1.num.55. &
63.eod.tit. Commiſſarii protomedici tenentur
14 ſtare ſindicatoi, *prag.3.eod.tit. Rovit.in prag. 1.*
15 *d.tit.num.63.* Bajuli, & magiſtri iurati tenentur
parere ſindicatui, *d.prag 5.de ſind. Offic. Tap. in*
Conſt Locorum baiuli, Rovit.in d.prag.1.nu.63.
16 Sindicatores ſi malè judicaverint poſſunt etiam
ſindicari, *Cancer.var lib.3.cap.12.a nu.69. cum*
17 *ſeqq.* Ee denique adminiſtratores Vniverſita-
tum ſimilitèr ſindicantur; nam depoſito officio
tenentur infra decem dies reddere rationem
eorum odmioiſtrationis Rationali deputato
ad videndum computa, *pragm.5.§.9.de admin.*
Univ.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet Officialis in fine officii tenetur parere*
ſindicatui.
2 *Sed debet expectare adventum ſucceſſoris, &*
quòd ille capiat poſſeſſionem.
3 *Officialis debet præſentare ſindico loci ubi exer-*
cere intendit litteras patentales; ſine quibus ei
non poteſt dari poſſeſſio.
4 *Nullus præſumitur Iudex.*
5 *Litteræ patentales debent eſſe ſolemnes, remiſ-*
ſivè.
6 *Officialis non poteſt diſcedere à loco ubi jus red-*
didit ſi non paruit ſindicatui.
7 *Officialis ſi fuerit renitens ad parendum ſindica-*
tui a quo poſſit adſtringi?
8 *Poteſt cogi ad parendum ſindicatui per captu-*
ram perſonæ.

CAPUT II.

Sindicatus quando præſtari debeat?

1 QVilibet Officialis in fine
officii debet parere ſindica-
tui, *l.1.C.ut omn.Iud.Conſt.*
Volumus, Cap. Item ſtatui-
2 *mus, Cap.Item quod prædicti*
Officiales, rit.295.prag.1.de
ſind.Offic. verum non poteſt
Officialis officio finito pa-
rere ſindicatui, niſi poſt quam ſucceſſor perve-
nit ad locum officii, & cepit poſſeſſionem, aliàs
ejus officium non intelligitur extinctum, *l.me-*
miniſſe, ff.de off.Proconſ.l ſi forte, ff.de offic. Præſid.
§.illud, Auth.de adm.Cap. Scire vos volumus,
pragm.8.de offic.Iud.Franch.deciſ.393.
3 Pervento ſucceſſore ad locum officii debet
præſentare ſindico, & electis illius loci, ubi
exercere intendit litteras patentales, ſine qui-
bus non poteſt ei conſignari poſſeſſio, *gloſ.in*
cap.cum Iure peritus, verb.caveat ergo, de off. &
4 *pot.Iud.deleg. Ann.alleg.143.* quia nullus præſu-
mitur Iudex, *Bald.in l.2.num.34.C.de ſervit.&*
aqu.Guaz.ad def.reor. def.1. cap.1. num.6. quæ
5 litteræ potentoles debent eſſe munitæ omnibus
illis ſolemnitatibus, de quibus diximus *tit. 1.*
cap.15 num.10.11.& 18.cum ſeqq. quibus defi-
6 ficientibus poteſt ei impediri poſſeſſio officii, ut
diximus *loc. cit.* & capta poſſeſſione officii per
ſucceſſorem, Officialis prædeceſſor non poteſt
diſcedere à loco in quo ius reddidit, ſed debet
parere ſindicotui, *d.l.1. C.ut omn.Iud.d. Conſt.*
Volumus, ubi *Tap.Scacc.de appell.q.12.num.300.*
Maſtr.de magiſtr.lib.6.cap.4.num.16. & ſi fuerit
7 reoitens in parendo ſindicatui, poteſt Vniver-
ſitas loci, in qua Officialis adminiſtravit in-
ſtare penès Tribunalia ſuperiora, ut cogatur
parere ſindicatui, *Nig.in Cap.Item ſtatuimus, n.*
68. rejecta doctrina, *Carrab.de ſind. Offic.p.1.n.*
215.cum ſeqq. qui tenet quòd Sindici, & Electi
loci, ubi Officialis adminiſtravit poſſuot citare
fidejuſſorem ſindicandi, ad dicendum caoſam
quare non debet ſolvere pęoam in fidejuſſione
conteotam; ſi quidem dicta doctrina eſt de di-
re-

recto contraria *tex*. In *l. 1. §. ipso autem, C. ns omn. Ind.* ubi Officialis, qui non paret sindicatui potest cogi per Præfectum Prætorium, & repugnat etiam dispositioni, *prag. 1. de sind. Offic.* quæ aliam potestatem non dat Electis, nisi eligendi Sindicatores Officiali sindicando; non autem procedendi ad actum aliquem ante illorum electionem, & dicit *Nig. d. num. 68.* quòd potest Officialis cogi ad parendum sindicatui per Proregem Regni, per M.C.V. vel per Regias Audientias, si ibi invenitur Officialis, & hæc est
8 veritas, & potest tali casu cogi Officialis ad parendum sindicatui, etiam per capturam personæ, tanquam vilis, *§. necessitatem, Auth. ut Indices sine quoque suffrag. Paris de sind. verb. fug. col. 2. vers. si vero erat.*

SUMMARIUM.

1 *Officiales de Iure com. sindicabantur à Præfecto Prætorio.*
2 *Hodie sindicantur secundùm consuetudinem locorum.*
3 *In Regno sindicatus præstatur in loco, ubi exercuit Officialis officium.*
4 *Sindicatus Auditorum quomodo præstetur?*
5 *Quomodo in Reg. Aud. Theatæ?*
6 *Quomodo in Reg. Aud. Salerni?*
7 *Sindicatus Regentis, & Iudicum M.C.V. à quibus recipiatur?*
8 *Iudices M.C.V. possunt excedere numerum duodecim, & non est privilegium huic Civitati concessum quòd sint duodecim.*
9 *Officialis dum paret sindicatui debet permanere in illa Civitate, in qua ius reddidit.*
10 *Non debet stare clausus in domo, nec in Ecclesia, nec in palatio potentis.*
11 *Sindicandus pendente sindicatu non potest arma deferre.*
12 *Officialis non tenetur præstare sindicatum in loco administrati officii, quando ibi contraxit inimicitias, & quomodo observetur in praxi?*
13 *Universitas repræsentatur per Sindicum, remissivè.*
14 *Decretum debet notificari interessate.*
15 *Iudices non possunt dispensare legibus.*
16 *Princeps potest legibus dispensare.*
17 *M.C.V. civilis non potest cognoscere de causis criminalibus sindicatus Officialis.*

CAPUT III.

Sindicatus ubi præstari debeat?

1 DE Iure communi Officiales sindicabantur à Præfecto Prętorio, *l. si quis, C. de offic. Præfect. Prat. orient. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 518. n. 2. Mastr. de magistr. lib. 6. c.*
2 *1. num. 18.* hodie verò quælibet Provincia, vel Civitas habet sua statuta, & consuetudines, à quibus non est recedendum, *Paris de Pui. de sind. verb. Indices ad sindicandum qui sint, cap. 1. nu. 1. Clar. § fin. qu. 35. num. 15. Guaz. ad defens. reor. def.*
3 *1. cap. 23 num. 3.* & in Regno adest *prag. 1. de sind. Offic.* quòd sindicatus debeat præstari in loco, ubi Officialis exercuit officium, & per *prag. 10 §. 43. de off. Ind.* disponitur, quòd respectu
4 sindicatus Auditorum Provincialium servetur loci constitutio, ut si fuerit in usu dari Sindicatores per Universitatem hoc observetur; si autem fuerit consuetum præstari in Regia Aud.
5 Auditor successor sit commissarius, ac proinde in Regia Audientia Theatæ observatur, quod Universitas destinat Sindicatores Regiis Auditoribus sindicandis, sed in Regia Au-
6 dientia Salerni, sindicatus Auditorum præstatur in Regia Audientia, cum interventu duorum sindicatorum deputatorum ab Universitate, unum ex parte nobilium, & alterum ex parte populi, qui duo Sindicatores procedunt simul cum Auditoribus, & Advocato Fiscali a principio, usque ad finem sindicatus,
7 sed sindicatus Regentis, & Iudicum M. C. V. recipitur ab electis hujus Civitatis absque interventu Officialis Regij, ex privilegio dictæ Civitati concesso, *66. fol. 67.* & adest confirmatio Caroli 5. die 12. Martij 1550. redacta in *vol. prag. rub. de Sind. Offic. prag 2. vers. item supplicano*, & in hoc obiter nota, quòd non est
8 privilegium concessum huic fidelissimæ Civitati, quòd Iudices M. C. V. civiles, & criminales non debeant esse nisi duodecim, ut aliqui falsò credunt, si quidem per litteras S. M. expeditas in anno 1675. registratas in secretaria Regni taxatur salarium Iudicum, & S. M. iubet, quòd Iudices dictę M.C.V. debeant esse duodecim, sed talis ordo non fuit expeditus ad instantiam, & petitionem dictæ Civitatis, & sic dum Rex mandavit motu proprio, potest idem Rex augere numerum Iudicum ad ejus libitum, pro ut ad præsens sunt tresdecim, inter quos unus est supernumerarius electus à S. M. & verè in numero Iudicum nullum vertitur damnum Civitatis; si quidem illis non sa-

 tis-

tis fit de pecunia Civitatis, sed Regia, & ex-
pedit Civibus judicari a plutibus, quam a pau-
cioribus.
9 Officialis vero dum paret sindicatul debet
petmanere in illa Civirare, ubi jus reddidie
dicta l. 1. C. ut omn. Iud. Rovit. in d. prag. p.
de sind. Offic. num. 64. & ubi solitum est Offi-
ciales prædecessores sindicari, arg. *l. obsrrvare*,
10 *§. antequam, & §. illud, ff. de offic. Præs.* & nun
debet stare clausua in domo, neque in palatin
potentis, nec in Ecclesia, sed debet sui co-
piam facere palàm, publicè, & ante faciem
omninm, quos rexit, *dicta l. 1. Decian. trac.*
crim. lib. 8. *cap.* 41. *num.* 13. unde Regenti M.C.
V. qui tempote sindicatus permanebat in pu-
blico palatio, fuis injunctus ordo, ut ab illo
exiret; ne provinciales videntrs eum habitare
in dicto palatin perhorrescerenrur ipsum quere-
lare, ur testatur *Paris. de Put. de sind. verb. viso,*
11 *fol.* 35. *à ter. num.* 4. nec sindicandus pendente
sindicatu potest arma deferre ad evitanda in-
convenientia, *Par. de sind. verb. Officialis, nu.*
4. *c. p. Nig. in cap. ut intrr subjrctos, num.* 39.
12 Si autem locus in quo Officialis jus reddidit
non sit tutus ob inimicitiam urgentem, vel
probabilem ibi contractam, tunc praxis est,
quòd Officialis sindicandus porrigat memoria-
le Regni Proregi, in quo narrare debet causas
inimicitiæ, & petere quòd sindicatus præste-
tur in M.C.V. vel in Regia Audienria viciniori,
& per S. E. per Collaterale Consilium ordina-
tns vel quòd M.C.V. vel Regia Audientia de ju-
stitia provideat, vel quòd M C.V. vel Reg. Aud.
constito de inimicitia justitiam faciat. Remisso
d. memoriali ad dictam M.C.V. vel ad R.A. per
unum ex ludicibus dictæ M.C. vel per Auditu-
sem Provinciæ domi interponitur decretum,
capiatur informatin de inimicitia contracta,
quòd decrerum debet intimari Vniversitari,
13 ubi Officialis administravir, & pro ea sindico,
per quem repræsentatur Vniversitas, ur dice-
mus infra hoc *tit. c.* 18. *num.* 2. quia cum ex dicto
decreto possit Vniversitas ledi, deber eidem sa-
14 le decretum notificari, *l. de unoquoque, ff. de re*
iud. nam Vniversitas posset ostendere non ad-
esse taiem inimicitiam, & ira observari vidi in
Regiis Aud. & in M. C. V. licèt unus ex Iudi-
cibus dictæ, M. C. V. tale decretum non curat
inrimari Vniversitatibus: Capra dicta informa-
tione interponirur aliud decretum, visa in-
formatione capta, ex qua constat de inimicitia
contracta, liceat sindicando parere sindicatui
in M.C. V. vel in R. A. & querelæ recipiantur
in partibus per NN. infra serminum conrentum
in Reg. pragm. pro quo effectu emanentur
banna in partibus in loco administrarionis,
præstita ramen cautione de parendo mandatis
dictæ M.C. vel R. A. & de se præsentando co-
ram ludice declarando, qua cautione præ-
stira non molestetur, donec alirer, quam
praxim non potuit scire *Carrab.* ex quo non fuit
Advocatus, neque Minister, & ideo in *trac. de*
sind. p. p. num. 35. dixit quòd potest sindicandus
recurrere ad M. C. vel ad R. A. & allegata ini-
micitia obtinere quòd sindicatus præstetur in
loco vicininri, in quo transmittunrur sindi-
catores loci, ubi Officialis exercuit jurisdi-
15 ctionem, si quidem in tribus labitur *Carrab.*
Primò quia M.C. vel R. A. non possunt dispen-
sare Reg. *prag. p. de sind. Offic.* quæ juber quòd
sindicarus præstetur in locn administratinnis,
l. jus publicum, ff. de pac. l. privatorum consensus,
16 *C. de iurisd. omn. Iud.* benè ramen hoc possuns
facere si præcedit memoriale S. E. qui porest le-
gibus derogare, ur dicemus inf *hoc tit. cap.* 6.
num. 13. Secundò labitur quia dicit, quòd suf-
ficit solum allegare inimicitiam; nam si hoc
sufficeret *prag. p. de sind. Offic.* serviret de ventu,
quia quilibet Officialis allegaret inimiciriam,
& nemo inveniretur, qui vellet parere sindi-
catui in loco administrarionis. Tertiò labitur
Carrab. & etiam *Thor. in C. rer. ind. p.* 2. *cas.* 8. *n.* 9.
qui dicunt quod rali casu assignantur sindica-
sores per Vniversitatem; si quidem praxis est
qnod M. C. V. vel R. A. destinant personam,
quæ debet recipere querelas infra terminum
statutum a *Reg. pragm.* quibus receptis illas
17 transmittir ad M.C.V. vel ad R. A. & si sindi-
carus præstarur in M. C. V. io lectura querela-
rum fit separatio querelarum: nam quærelæ ci-
viles remanent in M. C. V. civili, ex quo
criminales vero transmirruntur ad M. C.
criminalem distincta est jurisdictin civilis à cri-
minali *Franch. dec.* 148. *num.* 5. *Sanfel. dec.* 67.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis de quibus delictis possit hodiè sindicari, & num.* 2. *&* 3.
4 *Non potest sindicari pro delictis commissis ante, vel post officium & num.* 5.
6 *Non potest in sindicatu inquietari pro delictis, de quibus fuit imputatus durante officio, & pen-det inquisitio.*
7 *Nec pro delictis de quibus fuit absolutus pen-dente officio.*
8 *Non potest bis pro eodem delicto cognosci.*
9 *potest in sindicatu cognosci de omnibus delictis, de quibus poterat inquietari durante officio.*
10 *Non potest reprehendi in sindicatu de arbitra-riis.*
11 *Nec de minutiis, & levibus.*
12 *In sindicatu non est rigidè cum officiali proceden-dum.*
13 *Non debent fieri scrupulosa inquisitiones.*
14 *Omnis levis causa excusat Officialem in sindi-catu.*
15 *Etiam credulitas fatua, & colorata.*
16 *Pro re dubia non potest Officialis sindicari.*
17 *In dubio contra fiscum est judicandum.*

CAP. IV.

CAPUT IV.

Pro quibus possit Officialis sindicari?

1 FUit aliquorum opinio, quòd
hodiè de generali consue-
tudine non possint Officia-
les sindicari, nisi de batat-
taria, furtis, illicitis extot-
sionibus, & concussionibus,
Guaz. ad dif. reor. def. p. c. 23.
num. 8. plures recenset *Roger. in alleg.* inserta per
Lagan. ad Rovit. post prag. p. de sind. Offi. in princ.
2 Contraria tamen opinio est verior, quòd ho-
diè Officiales debeant sindicari, ne dum de
furtis, barattaria, illicitis extorsionibus, &
concussionibus, sed de negligentia, retarda-
ta, & malè administrata justitia, ac de injusta, &
iniqua sententia, dixerunt *Paris. de Put. de*
sind. verb. negligentia, cap. 1. & seqq. Amod. de sind.
n. 69. & seq. & num. 72. & seq. Affl. in Const. volu-
mus, num. 12. Farin. q. 111. num. 390. Scacc. de
appell. q. 19. remed. 4. Giurb. cons. 72. num. 42.
Gabbr. in specul. visit. c. 3. num. 72. Laganar. ad
Rovit. in prag. p. de sind. Offic. lit. A & consuetu-
do contraria non est attendenda, nisi in loco,
in quo viget, *Grannt. theorem. 11. num. 8.* & in
3 summa Officialis hodiè sindicatur de omnibus
delictis, patratis calore, colore, contempla-
tione, prætextu, authoritate, vel intuitu
officii, quòd expresè cavetur in *prag. p. de sind.*
Offic. ibi *Parati respondere quibuscumque que-*
relis contra eos propositis civilitèr, vel crimina-
litèr, sivè mixtis, de commissis, & omissis in
4 *eorum Officio,* quia si delicta fuerunt commissa
extra causam officii, licèt durante officio, non
potest sindicandus conveniri coram sindicato-
ribus, sed per ipsos dictæ causæ remittuntur
ad Iudices ordinarios, *Ronuin. de sind. nu. 275.*
Foller. in Const. Magister Iustitiarius, num. 34.
Catald. de sind. q. 39. num. 24. Cavalcan. de brach.
Reg. p. 5. num. 14. Ascia decis. 92. Novar. in prag.
p. de sind. Offic. num. 19. Mastril. de Magistr. lib.
6. cap. 10. num. 39. & dicit. *Put. de sind. verb. In-*
dices ad sindicandum, col. p. & 2. quem sequitur
Nig. in Cap. Item statuimus, num. 54. in fin. quòd
si Officialis durante officio struptavit aliquam
mulierem, dummodo non ex causa officii, pu-
tà si mulierem non inquisitam, nec carcera-
tam cognovit, non potest sindicandus cognos-
ci a sindicatoribus, sed remittitur causa ad
5 Iudices ordinarios, nec de delictis ante offi-
cium, vel post commissis possunt sindicores
cognoscere, sed remittuntur similiter ad Iudi-
ces ordinarios, *Paris. de sind. verb. Iudices ad*
sindicandum qui sint, cap. p. num. 8. Guaz. ad def.
reor. def. p. cap. 25. nu. 5. Tusc. lit. G. concl. 273.
6 *n. 2.* quòd si contra officialem durante officio
fuerunt proposita capita de delictis, de quibus
potest durante officio conveniri, de quibus
diximus *titul. 2 cap. 2.* & pendet causa inquisi-
tionis in M.C.V. non potest Officialis pro eis-
dem delictis cognosci in sindicatu, quia ubi
ceptum fuit iudicium, ibi finem accipere de-
7 bet, *l. ubi ceptum, ff. de iud.* a fortiori non po-
test sindicari de delictis, de quibus fuit abso-
lutus pendente officio, quia semel absolutus de
aliquo delicto, non potest amplius pro eodem
delicto molestari, *l. pen. §. fin. ff. de natt. fen. l.*
si cui, §. iisdem, ff. de accus. Decian. trac. crim.
8 *lib. 3. c. 30.* in princ. *Cost. de scien. & ignor. cent. 2.*
dist. 68. num. p. & tali casu obstat exceptio rei
judicatæ, quia non potest bis de eodem deli-
cto cognosci, *l. 2. C. de excep. rei iud. l. fin. C. de*
9 *custod. reor. Guaz. def. 2. 7. n. 2. Giurb. cons. 53. nu.*
17. & 18. e contra. licèt Officialis possit duran-
te officio conveniri de omnibus illis delictis,
de quibus diximus dicto *tit. 2. cap. 2.* tamen si
de illis non fuit accusatus durante officio,
propter quod non potuit de illis cognosci, pos-
sunt contra Officialem proponi in sindicatu, &
sindicatores de illis cognoscunt, *Thor. in com-*
pend. decis. par. 3. verb. Officialis.
10 Non potest tamen Officialis reprehendi in sin-
dicatu de arbitrariis, *Grannt. theorem. 3. ad fin.*
Menoch. de arb. cas. 176. num. 5. Cancer. var. lib.
3. cap. 12. num. 77. Mastril. de magistr. lib. 6. cap.
11 *10. nu. 140. Giurb. cons. 72. num. 9* nec de minu-
tiis, & levibus Officialis tenetur in sindicatu,
Tiraq. de reb. exign. num. 13. Giach post Clar. in
cons. sind. num. 44. sesse de sind. nu. 6. Giurb. dicto
12 *cons. 72. num. 39.* nam in sindicatu non est ri-
gidè agendum contra Officialem, *Bec. cons. p.*
num. 17. & 19. Turret. cons. 4. num. 89. nec con-
13 tra Officialem in sindicatu debent fieri scru-
polosæ inquisitiones, *Paris. de sind. in princip.*
Clar. q. 73. Gram cons. 54. Testaii alleg. 9. nu. 201.
14 & omnis levis causa, & irrationabilis excusat
Officialem in sindicatu, *Bertaz. cons. 38. num.*
15 *10. cons. 50. num. 13. cons. 62. num. 28.* etiam si sit
credulitas colorata, vel fatua, *Boss. in tit. ut*
non proced. crim. num. 9. Cavalc. de brach. Reg. p. 5.
16 *num. 57. Mastr. dicto cap. 10. num. 138.* & si res
est dubia, non potest Officialis sindicari,
Soccin. cons. 132. num. 5. in 2. Turret. cons. 4. num.
17 *39. Giurb. dicto cons. 72. num. 21.* quia in dubio
contra fiscum est iudicandum, *l. non puto, ff. de*
iur. fis. Tusc. lit. F concl. 399. à n. p.

SUMMARIUM.

1 *Formula comparitionis, quæ debet porrigi per sindicandum dum intendit purere sindicatui.*
2 *Sindici antequam eligunt sindicatores tenentur dare brevem terminum sindicando quòd det listam suspectorum.*
3 *Suspitio sindicatorum electorum est proponenda in Regiis Tribunalibus.*

4 *Causa*

4 *Causa propter quas sindicatores possunt dari suspecti, remissive.*
5 *Sindicatores eliguntur per sindicos Universitatum.*
6 *Et etiam Actuarius.*
7 *Acta omnia sindicatus debent fieri gratis.*
8 *In sindicatu non debet intervenire Officialis successor.*
9 *Sindicatores debent intimare sindicando electionem factam in earum personas.*
10 *Iurisdictio est quid facti, ideo est deducenda.*
11 *Sindicatores quando dicantur adepti eorum possessionem.*
12 *Sindicatore mortuo, si alius eligatur, successor debet de novo partes citare.*
13 *Sindicatores debent emanere banna, ut querelantes compareant in termino ad porrigendum querelas contra sindicandum.*
14 *Sindici non possunt concedere sindicando litteras liberatoriales, si ille non paruit sindicatui.*

CAPUT V.

Sindicatus quomodo præstetur?

1 OFficialis finito officio, & capta possessione per Officialem successorem, tenetur porrigere comparitionem coram sindicis, & electis Universitatis, in qua exercuit officium temporis sequentis. Coram Magnificis sindicis talis loci, comparet NN. & dicit, administrasse tale officium in tali loco, per tantum tempus, & quia intendit præstare sindicatum, instat sibi assignari sindicatores, & quòd terminus currat hodiè, die tali, & hora tali.

2 In qua comparitione si sindicandus non dicit nullum habere suspectum, tunc sindici, antequam procedant ad electionem sindicatorum, tenentur dare brevem terminum sindicando, quòd det listam suspectorum, *Glos. in cap. statutum, §. assessorem, verb. suspectum, de rescrip. in 6. Ann. sing. 161. Cap. decis. 158. in fin.*

3 Si vero sindici jam eligerunt sindicatores, & sindicandus intendit illos suspectos allegare, tunc suspitio non est proponenda, nec coram eisdem sindicis, nec coram sindicatoribus suspectis allegatis, sed in Regiis Tribunalibus talis suspitio est proponenda, *Carav. rit. 265. num. 2. Bovadil. lib. 5. polit. cap. p num. 236. & seqq. Mastr. de magistr. lib. 6. cap. 3. num. 22.*

4 causas vero per quas sindicatores possunt allegari suspecti, vide penès *Guaz. ad def. reor. def. p. cap. 19. num. 55. usq. ad 58. Giurb. cons. 9.*

5 Per sindicos ergo post porrectam instantiam à
sindicando eliguntur sindicatores, dicta *prag.*
6 *p. de sind. Official.* & etiam Actuarius, *Carrab.*
de sind. p. 1. num. 50. qui tenetur facere omnia
7 acta sindicatus gratis, pro quibus nihil potest
recipere, nec etiam pro copia actorum, quam
fortassis debet transmittere ad Superiores, sive
ad instantiam sindicandi, sive querelantium, ex
quò Universitas tenetur ei præstare debitam satisfactionem laborum, *Amod. de sind. Offic. num. 5. Cavalcan. de brac. reg. p. 5. num. 119. Guaz. ad def. reor. def. 1. cap. 23. num. 13. Rov. in d. pragm. 1. num. 2.*

8 In qua electione Sindicatorum non debet intervenire Officialis successor, ex quò in sindicatu Officialis prædecessoris, non debet intervenire Officialis successor, *Nigr. in Cap. Reg. Item statuimus, num. 71. Carav. rit. 295. num. 16. 17. & 18.* & fundat *Rov. in d. prag. 1. de sind. Offic. num. 13. 21. & 22.*

9 Postquam administratores Universitatis ele-
gerunt Sindicatores debent expedire litteras
commissionales directas dictis Sindicatoribus
electis, quæ per eosdem Sindicatores debent no-
tificari sindicando, alias non habent jurisdi-
ctionem, *l. 1. C. de mand. Princip. l. prohibitum, C.*
de Iure fis. lib. 10. glos. in cap. cum Iure peritus, de
offic. deleg. & in cap. ut debitus, de appell. verb. assi-
gnata, l. sancimus, C. de div. rescrip. cap. sancimus,
25. q. ult. Roman. cons. 336. num. 4 cum seqq. Mi-
sing. cent. 3. obs. 1. in princ. Ann. alleg. 24. & alleg.
143. num. 2. quia cum jurisdictio sit quid facti,
10 ideò est deducenda, *Menoch. de præsump. lib. 2.*
præsump 14. num. 7. & 8. Burg. de mod. procca. ex
11 *abrup. quæst. 88. num. 2.* quia nullus præsumitur
Iudex, *Bald. in l. 2. num. 34. C. de servi. & aqu.*
Guaz. ad def. reor. defens. 1. cap. 1. num. 6. quini-
mò Sindicatores non dicuntur adepti jurisdi-
ctionem, nisi per citationem sindicandi, per quā
acquiritur jurisdictio actualis, *cap. licet, & cap.*
gratum, de offic. deleg Gabr. de citat. concl. 2. Gra-
12 *tian. decis. 108. num. 10. & 11.* & si daretur casus
quòd unus ex sindicatoribus decederet, propter
quod fieret per Universitatem electio alterius
sindicatoris, debet successor de novo partes ci-
tare, quia talis nova citatio successoris requiri-
tur etiam in causis, ubi proceditur summariè,
Panormit. in cap. quoniam contra, num. 2. de prob.
Cap. Latr decis. 69 num. 13. Sanfel. in prax. sect.
59. num. 6. Scopp. ad dictam decis. 168. Gratian.
num. 3.

13 Per dictos Sindicatores emanantur banna, ut si quis voluerit porrigere querelas contra dictum sindicandum, compareat in termino, quæ banna publicantur per servientem Curiæ per omnia loca ubi sindicandus exercuit officium, *Paris de sind. fol. 33. àt.*

14 Si verò tali ordine prætermisso Officialis obtinuerit litteras liberatoriales ab electis in publico parlamento, vel in secreto, illę sunt invalidæ, tanquam non observata forma Regiæ *prag. 1. de sind. Offic.* quæ est observanda in forma spe-

ſpecifica, noo per eqoipollens, *Ann. inrepet. rub.de cap.1.de vaſſal.decrep.asat.num.228.Car- rab.de ſind.p.1.num.21.& 22.*

SUMMARIUM.

1 *Sindicandus durante tempore ſindicatus non poteſt diſcedere à loco, ubi jus reddidit.*
2 *Alias ei terminus non currit.*
3 *Fuga Officialis dum paret ſindicatui facit illum habere pro confeſſo.*
4 *Et poteſt contra eum jurari in litem.*
8 *Quod limitatur quando recurrit ad Superiores.*
5 *Officialis qui diſcedit a loco ubi jus reddidit, antequam paruit ſindicatui poteſt cogi ad parendum ſindicatui.*
6 *Sed talis fuga nihil probat contra eum.*
7 *Quæ ſit pœna Officialis diſcedentis a loco adminiſtrationis durante officio? remiſſivè.*
9 *Sindicatores non poſſunt concedere licentiã ſindicando diſcedendi durante ſindicatu relicto Procuratore,& n.12.*
10 *Inferior non poteſt tollere legem Superioris.*
11 *Quòd fuit inductum favore publici, non poteſt per Sindicatores præjudicari.*
13 *Impugnatur doctrina* Carrab.de ſind.p.1. oum. 169.
14 *Princeps poteſt impartiri licentiam ſindicando præſtandi Sindicatum per Procuratorem.*
15 *Et poteſt ordinare quòd pendente ſindicatu in uno loco,liceat exercere aliud officium in alio loco.*

CAPUT VI.

Durante ſindicatu, an Officialis poſſit diſcederè à loco ubi paret ſindicatui? & an poſſit relinquere Procuratorem?

1 DUrante tempore ſindicatus non poteſt Sindicandus diſcedere à loco ubi jus reddidit, *l.1. C. ut omn.Iud. tam civil. quàm milit.Conſt.Regni Volumus*, ubi Tap. alias ſi diſcedit, terminus ſindicatus
2 tus non corrit, *Arcamon.in Cap. Reg. Item ſtatuimus,num.6.& 7.*ubi *Nig.nu* 46.& fuga facit
3 eum habere prò confeſſo de criminibus, quæ ei opponuntur, *l.Conſiliarios, C.de aſſeſſor. Nig.in Cap.Reg.131.num.11.Vsv.com.opin.lib.1.opinion. 343.num.35.Revert.deciſ.257. ubi Marin.nu.1.*
4 & poteſt contra eum jurari io litem,quod juramentum eſt ſufficiens ad eum condemnandum, *§.ſuper hoc ſancimus, in novel.de collat. Paris de ſind.verb.probatio in ſindicatu,num.1.& 2.Capyc. deciſ.*121.*num.*22.*Clar.§.fin.q.*21.*num.*19.*Maſc.de prob.concl.*471.*num* 8.*vol* 1.*Cancer.var.re-*
5 *ſol.lib.2.cap.2. num.*159. ſecus verò ſi diſceſſit antequam ſe poſuit in ſindicatu; nam tunc poteſt cogi ad parendum ſindicatui, ut diximus
6 *hoc eod.tit.cap.2.num.7.* ſed fuga tali caſu nihil probat contra ſindicandum, *Nigr. in d. Cap.*
7 *Item ſtatuimus,num.*49. De pœna verò Officialis diſcedentis à loco adminiſtrationis durante officio,diximus *tit.1.cap.20.num.6.7.&* 8. ſed ſi
8 Officialis timet offendi in loco, ubi geſſit officium, & recurrit ad Superiores, allegando locum ſuſpectum,tunc,etiam ſi hoc ſciat durante ſindicatu, talis fuga nihil probat contra eum, nec poteſt contra eum jurari in litem, *Nigr.in d.Cap.Item ſtatuimus,n.*49.

9 Et adeò verum eſt quòd Officialis durante ſindicatu non poteſt diſcedere à loco ubi adminiſtravit,quòd hoc locum habet,etiam ſi habuit licentiam à Sindicatoribus diſcedendi relicto Procuratore; nam cum per dictam *l.1.* ſit prohibitus Sindicando diſceſſus tempore ſindicatus,non poſſunt Sindicatores tollere talem
10 legem, quia non poteſt inferior tollere legem Superioris, *l.jus publicum,ff.de pactis, l.privatorum conſenſus, C. de Iuriſd.omn. Iud. rit.*248. *Franch deciſ.*250 *num.5. verſ. & tanto magis,* cumque reſiſtat talis lex prohibitiva, quæ fuit
11 inducta favore ſubditorum, & publici, præjudicari non poterit per Sindicatores. *l.nemo poteſt.ff.de leg.1.* & in punct.in caſu fortiori, ſubſtinet, *Cancer.var lib.2.cap.2. nu.*160. *verſ.quæro,* quòd licèt in Catalania, per Ius ſpeciale il-
12 lius Regni, poſſint fideiuſſores dare licentiam Sindicando diſcedendi, durante ſindicatu, quòd hoc poſſunt facere in eorũ præiudicium tantùm,non verò querelantium, quibus talis licentia non nocet, ex quo factum unius, non debet alteri præjudicare, unde malè ſentit *Car-*
13 *rab.de ſind.p.1.num.*169. quòd quoties contra Sindicandum offeruntur querelæ civiles, non verò criminales,tunc relicto Procuratore,poteſt diſcedere:nam loquitur apertè contra textum in *d.l.1.§.quòd ſi intra, C.ut omn.Iud.*ubi durante ſindicatu, neque pro querelis civilibus poteſt Sindicandus relinquere Procuratorem, ſed tantum eo finito, ibi *Quòd ſi intra quinquaginta dierum numerum fuerit fortè pulſatus,& præfato tempore elapſo,nec dum finita lis fuerit, civiliter quidem ſuper furtorum ſceleribus pulſatus, dato procuratore inſtructo, poſt quinquaginta dies,protinus habeat licentiam diſcedendi.* Quomodo autem intelligatur, ut Sindicatores poſſint procedere, & ſententiare in cauſa ſindicatus, etiam eo finito, dicemus hoc *tit.* infra *cap.* 13. *num.*8.

14 Benè tamen poteſt Princeps abbreviare tempus ſindicatus, *Capibl.de Baron.prag.5. nu* 181. & concedere talem licentiã præſtandi ſindicatum per Procuratorem,& in dies videmus,quòd

per

per S.E. conceditur talis licentie Sindicandis; nam Princeps est supra jus positivum, *Iser. in cap.1.de vassal.decrep.atat. Pont.de posest.Proreg. tit.de don.& expens univ.nu.24. Affl. in pralud. Const. Reg.num.32.Anna alleg.49.nu.10. Azeved.l.23..tit.7.num.8.lib.3.Mastr.de magistr.lib. 6.cap.2.num.43.* & potest ordinere, quòd pen-
15 dente sindicatu in uno loco, liceat exercere alind officinm io alio loco, *Affl.in Const.Regni Occupatis,num.12. Nigris in d.Cap. Item statuimus,n.6.*

SUMMARIUM.

1 *Terminus ad porrigendum querelas de iure communi est dierum 25.& totidem ad prosequendum.*

2 *Hodiè de Iure Regni terminus ad porrigendum est dierum 20. & ad prosequendum aliorum dierum viginti.*

3 *Officialis qui exercuit minus anno, vel Auditor Provincialis minus biennio, tenentur parere sindicatui pro rata temporis, quo administraverunt.*

4 *Officialis qui exercuit plus anno, vel Auditor plus biennio, non coguntur stare sindicatui, nisi per 20.dies ad porrigendum, & aliorum 20.ad prosequendum.*

5 *Terminus sindicatus non potest per Sindicatores breviari.*

6 *In sindicatu terminus currit de momento ad momomentum.*

7 *Actuarius sindicatus tenetur facere præsentatas in comparitionibus querelantium; cum annotatione diei, mensis, & anni per extensum, non vero per abachum.*

8 *Querelantes in querelis criminalibus con. sindicandum tenentur exprimere locum, annum, & mensem commissi delicti.*

9 *Sed non tenentur specificare diem, & horam commissi delicti.*

10 *Nec in libello civili tenentur specificare annum, mensem, diem, neque locum.*

11 *Elapso termino ad porrigendum amplius querele non possunt recipi per Sindicatores contra sindicandum.*

12 *Etiam si querelans sit advena, vel fuisset absent, qui nec etiam admittitur tali casu ad querelandum.*

13 *Limitatur si quis fuerit justè impeditus.*

14 *Minor potest per viam restitutionis in integrū proponere querelam contra sindicandum, etiam elapso termino ad porrigendum.*

CAPUT VII.

Querelæ contrà Sindicandum, quomodo, & infra quantum tempus debeant proponi?

1 QVerelantes habent tempus de jure commoni dierum vigintiquinque ad porrigendum querelas, & dierum vigintiquioque, ad prosequendum, *l.1.C. ut omn.Iud.*& idem cavetur per *Const. Reg. Volu-*
2 *mus*, sed per *Cap.Regni Item statuimus*, & per *prag.7 §.e nel tomar, de compos.& per pragm.4. de sind.Official.* habent tempus dierum viginti ad porrigendum, & aliorum dierum viginti ad prosequendum.

3 Si verò Officialis exercuit minus anno, vel si Auditnr Provincialis, vel Iudex M.C. minus biennio, tunc tenentur stare sindicatui, solum pro rata temporis, quo exercuerunt, ut io dicto *Cap.Regni Item statnimus*, ubi *Nigr.num.65.* e
4 contrario si exercuissent ultra annum, vel biennium, etiam si per decem annos, dentur solum viginti dies ad porrigendum querelas, & alii viginti ad prosequendum, *Caravit.rit.295.nu. 30.vers.9.quero*, & licèt contrarium teneat *Rovit.in prag.1.de sind.Offic.nu.30.* tamen ità quotidiè observatur in praxi, & tenent *Carrab.p.1. num.34.Novar.de gravam. vassal. gravam.142. num.2.de Angel.de Official. Baron.cap.57. nu.7.* quia unicum reputetur officium, *Bart.in l.si cum dies, ff.de arbit.& in l.sed & si manente, ff.de prec.*

5 Qui terminus ad porrigendum, quam ad prosequendum, non potest per Sindicatores breviari, *pragm.4.de sind. Offic.* curritque de momento
6 ad momentum, & potest procedi in causa sindicatus, etiam diebus feriatis, inductis ad honorem Dei, cum agatur de publico interesse, *Avil cap.2.jud.sind.num.14. Homod.de sind.num.132. & seq. Mastr.de magistr.lib.6.cap.3. nu.14. Rov. d.prag.1.num.3. & 8. Thor. in C.rer.indic.cas.8. num.10.*

7 Tales querelæ infra dictum tempus ad porrigendum, debent præsentari per querelantes coràm Sindicatoribus, & in illis Actuarius tenetur facere præsentatas, cum annotatione diei, mensis, & anni, per extensum, non verò per numerum, seù abachum, *parag.10.§.80. de off.Ind.* aliàs reiiciuntur, *Thor. in comp. decis.tom.3.p.3. verbo scriptura omnes, fol.228.* & si querelę sunt criminales, tenetur querelans exprimere in cōparitione annum, mensem, & locum commissi de-

delicti, *l. libellorum, ff. de accuf. Scacc. de iud. lib. 1.*
cap. 51. num. 20. & seq. Farin. q. 1. num. 12. & seq.
Guaz. ad def. reor. def. 3. cap. 3. Grivell. dec. 43. Ci-
riac. contr. 488. num. 51. & in puncto adest do-
ctrioa *Angel. in Auth. ut Iud. sin. quoque suf-*
frag. §. necessitatem, qui dicit, quòd fuit libetatus
in sindicatu potestas Bononiæ à querela inde-
bitæ torturæ, ex quò in comparitione contra
eum porrecta non fuit dictum in quo loco fuit
illata tortura, sequitur *Paris de sind. verb. libel-*
lus, §. aut contra, col. 1. Nigr. in d. Cap. Item statui-
mus, n. 48. circa fin.

9 Sed non tenetur querelans in comparitione
specificare diem, & horam commissi delicti, *d.*
l. libellorum, §. neque autem, ff. de accuf. l. pen. C. de
accuf. Boss. de inquis. num. 91. in fin. Gomez. var.
lib. 3. cap. 11. num. 4. Grivel. d. dec. 43. num. 3. Ur-
sel. in exam. apum, conclus. 26. n. 43. nec in libello
10 civili tenetur querelans specificare locum, di-
em, mensem, nec annum, nam sufficit solum
narrare factum, & concludenter dicere quid pe-
titur, *Casar. peregr. qua q. 1. §. 3. n. 37.*

11 Elapsis viginti diebus, & sic termino ad por-
rigendum, amplius contra Sindicandum non
recipiuntur querelæ, nec civiles, nec criminales,
quia cum dicta *prag. 1. de sind. Offic.* mandet in-
fra dictum tempus esse porrigendas querelas,
debet formalitèr attendi, aliàs actus est nullus,
Mars. cons. 69. Boss. in tit. de Offic. corrup. pecun. n.
32. Cartar. dec. 85. Vant. de nullit. tit. ex def. in hac
comp. num. 51. & seqq. Ball. pr. var. lib. 6. de sind.
q. 1. num. 5. de Marin. var. tom. 3. cap. 39. num. 1.

12 Nec admittitur quis ad querelandum elapso
termino ad porrigendum, etiam si fuerit adve-
na, vel allegaverit se fuisse absentem, qui nec
etiam auditur, *Boss. loc. cit. num. 33.* & ità in pra-
xi servari dicit *Cavalcan. de brach. reg. p. 5. nu. 11.*
eum sequitur *Guaz. ad def. reor. def. 1. cap. 23. nu.*
30. vers. nec in practica, faciunt ad propositum
Iura in *l. si ea qua, C. qui accuf. non pos.* ubi si Iudex
statuit terminum ad accusandum, *eo elapso*
amplius accusator non auditur, & in *l. si eo tem-*
pore, C. de remis. pign. ubi emanatis bannis in di-
stractione prædii, si creditores non comparue-
rint, videntur pignoris actionem remisisse, ex-
13 cepto si quis fuerit iustè impeditus: nam tunc
admittitur ad querelandum, etiam elapso ter-
mino ad porrigendum, *Affl. in Const. Generales*
inquisitiones, à n. 11.

14 Minor quoque, qui non proposuit querelam
in tempore ad porrigendum, admittitur post
tempus ad illam proponendam per viam resti-
tutionis in integrum, quæ non censetur exclusa
per generalem dispositionem, *Bald. consil. 236.*
lib. 1. Boer. decis. 140. nu. 3. Cancer. var. lib. 3. cap.
12. n. 29. & 30.

SUMMARIUM.

1 *Sindicandus potest instare quòd querelantes le-*
gitiment earum personas, & præstent cautionem
de reficiendis expensis, & Sindicatores tenen-
tur tali casu præfigere terminum querelantibus
ad prædicta adimplendum.

4 *Et possunt etiã adire pro effectu prædicto Iudi-*
cem superiorem, & ab eo obtinere provisio-
nes.

2 *Ostenditur utilitas talis cautela.*

3 *Querelans sindicandum uti hæres alicuius, tene-*
tur in termino ad prosequendum producere fi-
dem præambuli, nec sufficit si eũ præsentet dato
termino elapso.

5 *Appellatione interposita per querelantes ab ali-*
quo decreto interloquutorio, si succumbuerunt,
terminus intelligitur cucurrisse in eorum dam-
num.

6 *Appellatio ab incidentibus sindicatus non impe-*
dit cursum causæ sindicatus, nisi a Superiore
inhibeatur.

CAPUT VIII.

Quibus remediis succurratur Sindicando ante lecturam querelarum.

1 PRæsentatis per querelantes
querelis in sindicatu contra
Sindicandũ, potest Sindicã
dus, vel tempore lecturæ di
ctarum querelarum, vel sta-
tim, ac fuerunt illæ præsen-
tate, instare quòd quere-
lantes legitiment earum personas, & præstent
cautionem de reficiendis expensis, & tali casu
debet per Sindicatores præfigi terminus quere-
lantibus, quòd adimpleant, aliàs habeantur pro
desistentibus, *Foller. in pra. crim. verb. audiantur*
exceptiones, num. 7. Carav. num. 202. num. 1. &
2 hanc cautelam semper existimavi proficuam
sindicando; nam ex quò Officiales tempore quo
gerunt officia, non possunt omnibus complace-
re, ideo acquirunt odia, & multoties ab illis, qui
se faciunt de potenrioribus loci in sindicatu
machinantur querelæ personarum supposita-
rum, & quando petitur adimplementum, non
invenitur qui adimplere possit, unde querelæ
3 reiiciuntur, & quandoque præsentantur quere-
læ ab aliquo, uti herede alicuius suppositi of-
fensi, & quia non producitur præambulum rei-
ciuntur; unde ego miratus sum de quodam
Advocato, qui nimis de se jactat in doctrina, &
nobilitate, qui ad impugnandam quamdam li-
beratoriam expeditam ad beneficium cujusdam
Gubernatoris Regii, opposuit illam esse nul-
lam, ex quò non fuit interloquutum super que-
rela unius particularis data contra Officialem
uti hæredis, & præsentavit fidem præambuli, ex-
peditam longè post obtentas litteras liberato-

riales;nam dixi querelam rectè fuisse reiectam, stante decreto quòd querelantes adimpleant, nec potuisse post obtentas litteras liberatoriales præsentari præambulum, quia querelantes debent venire instructi ad querelandum, *l.eum qui temerè,ff.de iud.Carrab.de sind.p.2.n.112.*

4 Potest etiam Sindicandus pro maiori cautela obtinere provisiones M.C.V.vel Regiæ Audientiæ vicinioris,ordinantes Sindicatoribus,quòd infra tot dies cogant, & compellant querelantes, si qui sunt, ad legitimandas personas, & præstandam cautionem expensarum,alias quòd habeantur pro desistentibus,nam hoc casu Sindicatores non possunt procedere ad lecturam querelarum, nisi prius per querelantes fuerit adimpletum,quia non entis nullæ sunt partes, *l.eius qui in provinciam, ff si cert.pet.* & ità pluries observavi.

5 Quòd si per querelantes fuerit ab aliquo decreto interloquutorio appellatum ad Regia Tribunalia,in quo succumbuerunt, & interim sit elapsus terminus ad prosequendum, Officialis sindicandus intelligitur absolutus, nec possunt querelantes de novo audiri, quia tempus est elapsum in eorum damnum, *Rovit.decis.18. de Marin.resol.quotid.lib.1.c.330.*

6 Verum appellatio ab incidentibus sindicatus, tàm si fuerit proposita per querelantes, quàm si fuerit proposita per Sindicandum,non impedit cursum causæ sindicatus, & appellatione non obstante proceditur ad ulteriora, nisi à Superiore inhibeatur, *Carav.rit.159.num.12. Ann. alleg.99.num.4.Carrab.de sind.p.1.n.167.& 168.*

SUMMARIUM.

1 *Quibus modis possit Iudex procedere in quolibet crimine?*
2 *Querela quibus modis exponatur?*
3 *Querelans potest abstringi ad cavendum de expensis.*
4 *Accusator post quam fecit remissionem amplius audiri non debet.*
5 *Crimina vel sunt publica,vel privata.*
6 *In criminibus publicis, vel privatis,quis admittatur ad accusandum?*
7 *Adulterium connumeratur inter crimina publica.*
8 *Actio suspecti tutoris, termini amoti, & sepulchri violati connumerantur inter delicta privata.*
9 *Nemo in Regno admittitur ad accusandum, nisi suam,vel suorum injuriam prosequatur.*
10 *Fiscus in Regno potest procedere ex officio in quolibet delicto,& n.12.*
11 *Condemnari quis non potest absque accusatore.*
13 *Fiscus substinet vicem accusatoris.*
14 *Sindicatores possunt prosequi querelam criminalem,non obstante renunciatione querelantis.*
15 *Duplex actio oritur ex quolibet delicto,una parti, altera fisco.*
16 *Querelans potest remittere in sui preiudicium, non fisci.*
17 *Fiscus non potest subintrare, & procedere super delicto,quoties accusatori est praclusa via querelandi.*
18 *Vel quoties delictum esset tale, quòd fiscus non potuisset ab initio procedere.*
19 *In delictis quando procedi dicatur generalitèr?*
20 *Quando specialiter?*
21 *Mandatum de capiendo quando possit per Iudicem relaxari?*
22 *Iudicis arbitrium in decernendis capturis quomodo debeat versari? remissivè.*
23 *Contra Officialem finito officio potest procedi per generalem, & specialem inquisitionem.*
24 *In Regno Sindicatores,non vero Iudices recipiũt sindicatum Officialium.*
25 *Sindicatores possunt facere contra Sindicandum generalem inquisitionem infra terminum sindicatus tantùm.*
26 *Quomodo procedatur in iudicio generalis inquisitionis.*
27 *Sindicatores si procedunt animosè, & inordinatè super inquisitione generali,illa est nulla.*

CAPUT IX.

Querelante remittente querelam in sindicatu, an possit Fiscus subintrare? & de modo procedendi in sindicatu per inquisitionem.

1 IN quolibet crimine duobus modis procedi potest, vel ex officio, vel ad instantiã partis, ex officio, quando Iudex ex se ipso, & ex suo officio capit informationem contra delinquentem, & talitèr procedendo dicitur procedere per inquisitionem, ad instantiam partis, quando pars offensa, vel alius, ad quem spectat ius accusandi porrigit accusationem,sivè querelam,& super ipsa querela proceditur, *Clar.§.fin.q.3 num.1.Magon.decis.luc.22. num 9.& seq p.1.Farin.q 1.num 3* quæ querela

2 exponitur, vel ex depositione principalis, vel ex libello, & ità observatur in praxi, & adest *text.in l.8.C.de accusat.Clar. q.12.num.45. Farinac. quæst. 12.* ac proinde si querelans vult

3 audiri in judicio,uti legitima persona, tenetur per comparitionem sumere partem in judicio, & potest à reo adstringi ad cavendum de expensis, *Guaz.def.36 cap 14 num.3. Scacc.de appell.cap.2.q 17 limit.49 num.11.& 12.Farin.qu. 101.num.32.Vermigl.cons.324.num.5. Conciol.* re-

4 *resol. crim. verb. appellatio*, *resol.* 2. postquam verò accusator fecit remissionem non admittitur ad faciendam amplius partem in iudicio, & audiri non debet, *l. qui destiterit*, *ff. ad Turpil. l.* 6. *C. de his qui accus. non poss. Decian. trac. crim. lib.* 3. *c.* 29. *in princ. Baiard. ad Clar.* §. *fin. q.* 10 *in princ. Odd. de rest. in integ. q.* 85.

5 Quodlibet autem crimen, aut est publicum, aut priuatum, & inter illa *DD.* assignatur differentia, quia in crimine publico admittitur

6 quilibet ad accusandum, sed in priuato solum ille, qui fuit læsus potest accusationem proponere, *Clar.* §. 1. *num.* 1. *Boss. tit. quom. proced. per actio. num.* 3. *Guaz. de caut. de non offend. q.* 47. *n.* 2. *Farin. q.* 11. *num.* 8. & *q.* 18. quæ differentia undique tuta non est, quia dantur delicta publica, in quibus non admittitur ad accusandum, nisi pars lęsa, pro ut est in adulterio, quod

7 inter crimina publica connumeratur, §. *Item lex Iulia*, *inst. de publ. iud.* & *l.* 1. *ff. eod.* & tamen non admittitur ad accusandum quilibet de populo, sed tantum certis personis accusatio competit, *l. quamvis*, 2. *C. ad l. Iul. de adul.* & è contra sunt aliquæ actiones, quæ possunt proponi per quemlibet de populo, & tamen non connumerantur inter publica iudicia, pro

8 ut actio suspecti Tutoris, Termini amoti, sepulchri violati, & simil. *l.* 1. §. *consequens*, *ff. de susp. tutor. l. fin ff. de term. amot. l.* 3. *ff. de sepul.*

9 *viol.* Sed talis quęstio nihil utilitatis est in Reg. ubi titulus de publicis iudiciis non habet locum, quia in quocumque crimine nemo admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, *Maran. in spec. fol.* 43. *num.* 48. *Clar.* §. 1. *num.* 6. *Decian. trac. crim. lib.* 5. *c.* 6. *num.* 52. *Cons. vot. crim.* 16. *num.* 22.

10 *post tract. in l. un C. si quis Imp. maled.* sed non ex eo sequitur, quòd in casibus, in quibus non adest accusator non possit fiscus in quolibet delicto in Regno ex officio per inquisitionem

11 procedere, nam licèt de Iure non possit quis condemnari absque accusatore, *l.* 4. §. *hoc autem*, *ff. de dam. infe. l. rescripto*, §. *si quis*, *ff. de mun.* & *hon.* & habetur *Ioan. cap.* 8. ubi Iesus Christus dixit, *Mulier ubi est qui te accusat*;

12 tamen de consuetudine generali remedium inquisitionis est remedium ordinarium, & in quolibet delicto Iudex potest procedere ex officio, ut diximus *tit.* 5. *c.* 2. *num.* 4. & tradunt *Clar.* §. *fin. q.* 3. *vers. quidquid sit*, *Zuff. de legit. proces. lib.* 2. *q.* 92. *num.* 12. & *q.* 120. *num.* 9. & 10.

13 præcipuè in Reg. ubi Advocati, & Procuratores Fiscales subintrent vicem accusatoris, & possunt ex officio ad publicam vindictam, nedum prosequi accusationem jam ceptam, sed etiam novum processum fabricare, ut diximus

14 dicto *cap.* 2. *num.* 5. 6. & 7. ac proinde in casu proposito dicendum est, quòd parte concordata, vel remittente, possunt Sindicatores ex officio procedere, & prosequi querelas criminales, & accusationes, *l. congruit*, *ff. de offic.*

Præsid. & tenent, sed non per supradicta media, *Paris. de sind. verb. accusatio*, *nu.* 2. *Roman. de sind num.* 139. & 140. *Cum. in prax. c.* 23. *num.* 13. *Farin. q.* 4. *num.* 31. & 32. *Mastr. de mag. str. l.*

15 6. *cap.* 9. *a num.* 2. *cum seqq.* etenim ex quolibet delicto duplex actio oritur, una parti pro interesse, altera fisco ad publicam vindictam, *l. qui nomine*, *ff. de fals. l. fin. ff. de priv. del.* & sic

16 licèt pars possit in sui præjudicium remittere, non potest in præjudicium fisci, ad quem spectat delicta puniri, *l. licitatio*, §. *sed quo l illicite*, *ff. de public. & vectig. l. congruit*, *ff. de offic. Præsid. Far. dicta q.* 4. *num.* 31. *Mastr. dec.* 207.

17 *num.* 31. & 32. quòd intelligitur quoties accusatori non est præclusa via ex aliqua causa accusandi; nam si accusatori præclusa est via accusandi, non licèt tunc fisco subintrare, & efficere ut procedatur super delicto, *Bart. in l. non solum*, §. *quamquam*, *ff. de iniur. Clar.* §. *fin. q.* 50. *num.* 6. & *q.* 51. *num.* 2. & in Reg. adsunt *Cap. si temporum alterceata* & *Cap. Ab illo in-*

18 *choandum*; ac proinde si delictum esset de sui natura tale, quòd fiscus non potuisset ab initio procedere, nec minus poterit accusatore, seu parte principali cedente subintrare, *Clar. d.* §. *q.* 51. *vers. sed quid si accusator*, & *q.* 58. *vers. sed punctum*, *Bonacos. lib.* 1. *com. opin. crim. verb accusator*, *Mastril. decis.* 207. *num.* 9.

19 Ex officio vero potest Iudex in delictis procedere dupliciter, vel generaliter quando in genere assumit informationem de delicto, quis scilicèt commisit delictum, in qua nulla requiritur diffamatio de delicto, *Clar. q.* 6. *vers. sciat etiam*,

20 *Farin. q.* 9. *n.* 18. vel specialitèr contra certam personam, quæ de Iure formari non potest, nisi saltèm fama præcedente de delicto, *cap. inquisitionis*, & *cap. qualiter*, *il.* 2. *de accus. Far. q.* 9. *num.* 1. sed de consuetu line ista solemnitas diffamationis recessit ab Aula, *Clar. q.* 6. *num.* 1. qui dicit, quòd nunquam vidit aliquem processum fieri super diffamatione, & alium super veritate criminis, sed statim ac Iudex habet notitiam de aliquo delicto commisso, examinat Testes de negotio verisimilitèr informatos quibus dantur interrogatoria in genere, quis commisit delictum, & si Testes aliquem nominant, ex quorum dictis resultant inditia, tunc juxtà qualitatem inditiorum relaxatur per Iudicem citatio, vel mandatum de capiendo, & postea proceditur ad ulteriora, *Clar. q.* 5. *nu.* 5. & *q.* 50. *nu.* 4. *Boss. de inquis. num.* 2. *Menoch. de præsump. lib.* 1. *q.* 88. *num.*

21 7. & 8. *Farin. q.* 9. *num.* 21. quod mandatum de capiendo non potest per Iudicem relaxari, nisi existant contra reum inditia gravia, & urgentia, sed non qualia requiruntur ad torturam, sed aliquantulum inferiora, Iudicis arbitrio, *Osasc. cons.* 64. *nu.* 5. *Menoch. de præsump. lib.* 1. *q.* 88. *n.* 1. & 7. *Farin. q.* 1. *nu.* 45. & *seqq. Guaz. ad def. reor. def.* 9. *c.* 2. *num.* 3 & 4. *Conciol. resol. crim*

22 *verb. inquisitio*, *resol.* 2. *num.* 4. Quomodo au-

tem debeat versari Iudicis arbitrium in decernendis capturis Reorum, diximus *tit. 4. c. 4.*

23 Sed contra Officialem finito officio potest, tam per generalem, quam per specialem inquisitionem procedi, etiam nulla fama publica, vel clamorosa insinuatione præcedente, quòd non solum fundatur de Iure com. *Marsil. in prac. crim. §. constante, post num. 20. Clar. q. 6. num. 6. Farin. q. 9. num. 16. Cancer. var. lib. 3. c. 12. nu. 97. cum seq. Bovad. lib. 5. c. 1. num. 122. Mastr. de magist. lib. 6. cap. 7. num. 11.* quia Iudex, qui contra aliquem procedit in sindicatu, duo remedia proponere potest, unum ad beneficium privatorum, per bannum, quod promulgare facit in principio visitationis, vel sindicatus, ut quicumque vult querelate compareat, aliud ex officio, revidendo libros, acta, condemnationes, & cætera, *Clar. dicto num6. Farin. q.*

24 *9. num. 16. Mastril. dicto cap. 7. num. 14. & 19.* sed in Regno sindicatores, non vero Iudices possunt contra Officialem sindicandum procedere, tam generalitèr, quam specialitèr, ut in *Const. Volumus, Cap. Item statuimus, Cap. Vulgaris fama, prag. 1. de sind. Offic. & prag. 5. §. item ut Officiales, de off. Iud. Paris. de sind. rub. de offic. sindica. cap. num si, col. 3. Affl. in dicta Const. Volumus, Nig. in Cap. Generales inquisitiones, num. 7. & 8. & in Cap. statuimus, num. 44. Bovad. lib. 5. polit. cap. 1. d. 122.* & decisum refert *Rovit. in dicta prag. 1. a num. 24. cum seqq.* & in

25 *cons. 37. tom. 3.* quam generalem inquisitionem facere possunt sindicatores tantùm infra terminum sindicatus, quo termino elapso amplius procedere non possunt, *dicta prag. 1. de sind. Offic. Marin. lib. 3. cap. 39. num. 4.*

26 In hoc iudicio generalis inquisitionis diverso modo proceditur contra Officiales, quandoquidem proceditur ad instantiam partis; nam in iudicio generalis inquisitionis recipiuntur Testes absque citatione, ratificatione, & appositione certi temporis, & præfixo brevi termino, dantur sindicando capita cum dictis, & nominibus Testium simul, ut valeat se defendere infra brevem terminum, absque contestatione, *Avil. c. 4. ind. sind. pro tot. Bovad. lib. 5. polit. c. 1. num. 122. Rovit. in prag. 1. de sind. Of-*

27 *fic. num. 28.* sed sindicatores non debent procedere inordinatè contra Officiales super tali inquisitione generali, vel speciali, & non debent procedere animosè, alias inquisitio esset nulla, pro ut ob hanc causam decreto S. C. fuit rejecta, teste *Rovit. cons. 37. tom 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Querela possunt recipi, etiam post terminum ad porrigendum, si per sindicandum non fuit instatum quòd stante lapsu termini amplius querela non recipiantur?*

2 *Contrarium esse verum ostenditur.*

3 *Sindicatores lapso termino ad porrigendum debent interponere decretum, quòd amplius querela non recipiantur?*

4 *Sindicatores debent eligere Consultorem ante lecturam querelarum expensis Universitatis, de loco vicinori.*

5 *Etiam si sindicatores essent doctores.*

6 *Sindicatores tenentur facere omnia acta cum consilio Consultoris, & stare illius consilio.*

7 *Consultor debet eligi à sindicatoribus prævio termino date sindicando ad producendam listam suspectorum.*

8 *Alias potest a sindicando allegari suspectus.*

9 *Consultor ex quibus causis potest suspectus allegari? remissivè.*

10 *Consultoris suspitio debet proponi in Regiis Tribunalibus.*

11 *Querela civiles porrecta contra sindicandum leguntur de verbo ad verbum per Actuarium coram sindicatoribus, & sindicando in domo, in qua sindicatores regunt iustitiam.*

12 *Criminales non leguntur, sed sindicandus examinatur super eis ut principalis.*

13 *Querela porrecta contra sindicandum possunt sempere lectura per sindicatores declarari civiles sitia eis videbitur.*

14 *Querela qua per sindicatores debent remitti ad Iudices ordinarios, remissivè.*

15 *Sindicatores non cognoscunt de delictis sindicandi commissis tempore sindicatus.*

16 *Si excedunt metam jurisdictionis puniuntur.*

17 *Offendens sindicandum durante sindicatu punitur eadem pœna ac punitur offendens Officialem durante officio.*

C A P U T X.

De lectura querelarum in Sindicatu.

1 Elapso termino ad porrigendum querelas, sit cautus sindicandus statim præsentare coram sindicatoribus comparitionem, & instare quòd ampliùs querelæ non recipiantur, quia si sindicandus non opponeret, possent querelæ recipi, etiam post terminum ad porrigendum, *Balb. in tract. de prascrip. 4. par. princip. q. 2. num.*

2 *9. ad fin. Cancer. var. lib. 3. cap. 12. num. 26.* de qua doctrina valdè dubito, quia leges jubent infra viginti dies esse porrigendas querelas, & sic debet formalitèr intelligi, aliàs actus est nul-

3 lus, ut diximus *hoc tit. cap. 7. num. 11.* super qua instantia, per sindicatores interponitur decretum, quòd stante lapsu termini ad porrigendum, non recipiantur amplius querelę, & procedatur ad lecturam querelarum civilium? & ad litis contestationem criminalium,

4 Verum

4 Verum antequam proceditur ad lecturam querelarum, per Sindicatores fit electio Consultoris, expensis Vniversitatis, recuperandis à Sindicando, in casu succumbentiæ, qui consultor debet eligi de loco viciniori, dicta *prag. t. de* 5 *sind. Offic.* & consultor debet eligi, etiam si Sindicatores essent Doctores, quia nec etiam tali casu possunt causas sindicatus decidere, ex quò non possunt fungi officio Sindicatorum, & Cōsultoris, *Paris de sind. quest. 28. Carav. rit. 249. num. 2. Burg. de mod. proc. ex abrup. q. 81. num. 8. Guaz. ad def. reor. def. 13. cap. 3. num 6. vers. &* 6 *debet*, & tenentur sindicatores facere omnia acta cum consilio Consultoris, aliàs acta sunt nulla, *Vant. de null. ex def. iurisd. ord. num. 152. Afini. in pract. iud. §. 25. cap. 11. Masc. de stat. concl. 9. n. 8. Tusc. concl. 490. lit. S. n. 1. Burg. de mod.* 7 *proc. ex abrup. q. 81. num. 7.* & omninò stare consilio, & voto Consultoris, ad *dicta tit. t. cap. 4. à num. 18. & cap. 9. num. 2.* quia dispositio *prag. 1.* quæ requirit consensum Consultoris dicitur formalis, *Tusc loc. cit. Masc. loc. cit. Burg. loc. cit. num. 2.*

8 Qui Consultor non potest eligi per Sindicatores, nisi prius præfigant terminum sindicando, & querelantibus ad producendam listam suspectorum, *Anna singul. 274. Capyc. decis. 138. in fin. Viv. decis. 363. num. 10. Felicia. alleg. 80. nu.* 9 *1. par. 2.* aliàs si Consultor fuerit electus, non præcedente tali termino, potest tam per querelantes, quam per sindicandum allegari suspectus, *Guaz. ad def. reor. def. 1. cap. 19. a num. 55.* ubi enumerat causas suspitionis, quæ suspitio 10 Consultoris debet proponi in Regiis Tribunalibus, pro ut de sindicatoribus, diximus hoc *tit. cap. 5. n. 3.*

11 Electo Consultore ritè, & rectè proceditur ad lecturam querelarum; nam civiles leguntur per Actuarium de verbo ad verbum coram sindicatoribus publicè, in præsentia Sindicandi, & querelantium si extant, in domo, in qua Sindicatores regunt iustitiam, *Foller. in practic. crimin. verb. fiat contestatio litis, num. 1. Carrab. de sind. Official. par. 1. n. 31.*

12 Sed querelæ criminales non leguntur, verum Sindicandus, ut principalis examinatur super querelis contra eum porrectis, *Clar. quest. 45. vers. in primis quero, Carrab. d. par. 1. num. 83. cum seqq.*

13 Sindicandus verò tempore lecturæ querelarum potest opponere causas esse civiles, & civiles declarari, quo casu Consultor, si ei videbitur, potest illas civiles declarare, suspensa criminalitate, *Carrab. d. p. 1. num. 85.*

14 Potest etiam instare, quòd querelæ remittantur ad Iudicem ordinarium, putà si redarguatur de delictis commissis extra contemplationem officii, vel ante, sivè post officium, vel pro debitis contractis extra causam officii, quibus casibus tenētur Sindicatores remittere dictas causas ad Iudices ordinarios, nec de illis possunt cognoscere in sindicatu, ut diximus supra hoc *tit. cap. 4. num. 4. & 5.* & dicemus infra *cap. 15. n. 2.*

15 Nec possunt Sindicatores cognoscere Sindicandum de aliquo delicto, forsan commisso, tempore quo paret sindicatui, tum ex prædictis, tum etiam quia, tam *l. 1. C. ut omnes Iud. tam civ. quam milit.* quam *prag. 1. de sind. Offic.* aliam non tribuunt iurisdictionem Sindicatoribus, nisi cognoscendi de delictis commissis tempore officii, & sic dum iurisdictio Sindicatorum est limitata in dicto casu, & tempore, non extenditur ad delicta commissa, tempore quo Sindicator patet sindicatui, quia Sindicatores non 16 possūt excedere metā iurisdictionis eis elargitam, aliàs possent puniri tanquam usurpatores iurisdictionis, *l. fin. C. de apparit. com. Orient. lib. 12. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 9. num. 11. Guid. Pap. decis. 423. post num. 2.* & licèt durante sindicatu sindicandus habeatur pro Officiali, tamen hoc intelligitur, quòad reverentiam, quia 17 ei debetur idē honor, quemadmodū debebatur tēpore quo erat Officialis; adeo ut illum offendens tempore sindicatus punitur eadem pœna, ac si offensio esset facta durante officio, *Clar. §. fin q. 68. vers. iniuriam faciens, Guid. Pap. q. 557. Tiraq. de nobil. cap. 28. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 31. in fin. Franch. decis. 403. nu. 1. Farinac. q. 17. n. 38. & q. 105. num. 200. Mastr. de magistr. lib. 1. cap. 24. num. 29. Olea de cess. iur. tit. 3. q. 3. num. 27.* sed respectu iurisdictionis sindicatorum contra sindicandum illa non loquitur, nisi de commissis tempore officii, & sic non extenditur ad delicta commissa tempore sindicatus.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad probandum dari debet in causa sindicatus post lecturam querelarum.*
2 *Est dandus in omnibus causis, aliàs sententia est nulla.*
3 *Debet intimari Sindicando.*
4 *Sindicandus debet respondere positionibus querelantium, per verbum credo, vel non credo.*
5 *Iudex debet veritatem indagare.*
6 *Citatio ad videndum iuramenta Testium requiritur in causa sindicatus, qua notificatur Testibus, & Sindicando.*
7 *Sindicatores utuntur auctoritate regia, & habent merum, & mixtum imperium.*
8 *Possunt Actuarium, & Testes punire, carcerare, & mulctare.*
9 *Concesso mero imperio venit, quòd concessionarius possit imponere pœnam mortis.*
10 *Testis citati in termine sindicatus debent examinari infra terminum ad prosequendum, non postea, & n. 12.*
11 *Testes in termine citati possunt quandocumque examinari.*
13 *Publicatio in causa sindicatus non est necessaria, & n. 15.*

14 *Pu-*

14 *Publicatio,& conclusio, an sint de substantia iudicii,& illorum omissio vitiet sententiam.*
16 *Causa sindicatus est summaria.*
17 *Probatio,& conclusio non requiruntur in causis summariis.*
18 *Beneficia non conceduntur personis privilegiatis in causa sindicatus.*
19 *Monitio pro expeditione causa requiritur in causis sindicatus, aliàs sententia est nulla.*
20 *Vel loco monitionis fit facultas ad dicendum.*

CAPUT XI.

De termino ad prosequendum in causis civilibus sindicatus.

1 LEctis querelis civilibus,modo supra *cap. anteced. num.* 21.recensito,datue terminus ad probandum,qui est
2 necessarius in omnibus causis, aliàs sententia inde lata est nulla,*Franc.decis.*221.*num.*22.*in fin. Pont.cons.*59.*lib.*1.*num.*1. *Cap.Latr.dec.*189.*num.*2.*lib.*2.qui intimari de-
3 bet Sindicando,ad *tex.in l.de unoquoque,ff.de re jud.*
4 Sed possunt quetelantes præsentare positiones, super quibus tenetur Sindicandus respondere per verbum credo,vel non credo,ut in puncto in materia sindicatus, tenent *Suarez in l.post rem iudicatam,in decl.l.Regia,verf.sed pulchrum dubium,per tot.Cancer.var.res.lib.*3. *cap.*12.*à n.*
5 66. quia Iudicis officium est veritatem dilucidare, *l.fin.ff.de prob.*
6 Dato termino, expeditur per Sindicatores citatio ad Testes, quæ notificatur,tam Testibus ad hoc non dicantur ultronei, quam sindicando ad videndum iuramenta Testium, *Mara. in prax.par.*6.*actu* 6.*tit.fin autem producuntur Testes, num* 1.*Muscat.in pra.p* 5.*glos.iuramenta, n.* 4.& in puncto, quòd Sindicatores possunt expedire citationem ad Testes,& non comparentes mulctare,tenent *Innoc.in cap. ut debitus, de appel.Carav.rit.*295.*num.*18. *Borrel. cons.*85.& si Testes coram eis falsum dixerint possunt Sindicatores eos punire, *Rov.in prag.*1. *de sind.nu.* 9.10.*&* 12. *Amend.ad Franc.decis.*409.*num.*21. *Capib.prag.*8 *p.*1.*num.*124.*ad tex.in l.nullum,C.*
7 *de testib.*ea ratione, quia Sindicatores utuntur anctoritate Regia, & habent merum, & mixtum imperium, *Bald.in §.observare, §.proficisci, q.*1.*Paris de sind.rubr.de offic. Sind.§. Iudices,col.* 2.*verf.sindicatore,Nigr.in Cap. Item statuimus,in rub.de sind.num.*54. *Menoch. de præsumpt. præsump* 16.*num.*36.*lib.*1. *Cancer.var.res.lib.*3.*cap.* 12.*num.*20. *Mastr.de magistr.lib.*6.*cap.*1.*nu.*29.
8 cujus virtute possunt Actuarium, & Testes punire,carcerare, & mulctare, quia concesso mero
9 imperio venit etiam,quòd concessionarius possit imponere pœnam mortis, *Nigr.in Cap.Quia de Vicariis,num.*6.*in fin.Boss.de for.comp. num.*2. *Fran.decis.*275.*n.*1.
10 Verum Testes citati debent examinari infra terminum ad prosequendum, non autem dicto termino elapso, etiam si sint in termino citati; nam licèt Testes in termino citati,possint quan-
11 documque recipi,iuxtà notata in *cap.*1.*de offic. deleg.Bart.in l.si quando,C.de Test.*tamē quia *d. prag.*præfigit terminū ad terminādum sindica-
12 tum,debent Testes cum effectu deponere in termino, nec sufficit eos esse in termino citatos, quia eo elapso amplius recipi non possunt,*Baldus cons.*53.*vol.*5.*Cancer.var.resol.lib.*3.*cap.*12.*à n.*47.*usque ad* 52.
13 Examinatis testibus, tàm quetelantium, quàm sindicandi sit publicatio in causa, quæ si omittatur, non per hoc reddit processum, & sententiam sindicatus nullam;nam licèt in lu-
14 re controversa sit opinio, an solemnitas publicationis, sivè conclusionis sit de substantia iuditii, & ejus omissio illud vitiet, ut est videre per *DD.* adductos hinc inde per *Petr.rit.*72.
15 tamen in causa sindicatus, neque publicatio, neque conclusio est necessaria, & illius omissio non vitiat processum,neque sententiam; quia cum omnis causa sindicatus sit summaria, *Ball.*
16 *de sind.q.*2.*num.*23.*Cavalc.de brac.reg p.*5.*num.* 250.*Guaz.ad def.reor.def.*2.*cap.*18.*nu.*4.*Giurb.*
17 *cons.*53.*num.*20.certum est quòd in causis summariis nō requiritur publicatio, nec conclusio, *Maran.in spec.p.*6.*act.*11.*num.*7.*Carav.d.rit.*72. *n.*8.ubi *Pet.n* 8.
18 Et ob eandem rationem,ex quo causa sindicatus est summaria, personis privilegiatis non conceduntur beneficia adversus omissas probationes, *Mastr.decis.*234.*Rov.cons.*44.*lib.*3.
19 Citatio verò ad dicendum, sivè monitio pro expeditione causæ est necessaria,etiam in iudicio sindicatus, aliàs si omittetur sententia est nulla, *Affl.decis.*283.*de Marin.resol.quotid.lib.* 1.*cap.*45.*num.*1. vel saltèm loco monitionis fit
20 facultas ad dicendum,quæ practicatur in causis summariis, *Carav.rit.*13. *num.*8. ubi *Petra num.*8.

SUMMARIUM.

1 *Sindicandus examinatur uti principalis super querelis contra eum porrectis tempore lecturæ querelarum.*
2 *Quod de Iure fieri non posset.*
3 *Reus non potest interrogari absque inditiis præcedentibus.*
4 *Potest interrogari de causa carcerationis, licèt non præcedant inditia.*
5 *Sindicatorum maior pars sufficit, quòd interveniat in examine sindicandi.*
6 *Sindicatores sunt Iudices ordinarii, non delegati.*

7 Ban-

7 *Banna sindicatus sufficit si firmentur ab uno ex Sindicatoribus.*

8 *Iudices delegati debent omnes intervenire in omnibus actis, & in prolatione sententia.*

9 *Depositio sindicandi debet recipi à Sindicatoribus Curia pro Tribunali sedentibus.*

10 *Testis inimicus non debet recipi si in prõptu constat de inimicitia.*

11 *Testes qui non probant contra Officialem in sindicatu, remissivè.*

12 *Lis quando dicatur contestata cum Sindicando?*

13 *Defensiones sunt danda sindicando.*

14 *Testes examinati in informativo repetuntur, citato sindicando ad videndum illorum juramenta.*

15 *Si moriantur antequam repetantur nullam fidem faciunt.*

16 *Etiam si essent mille non producunt contra sindicandum inditium si non repetuntur.*

17 *In quibus casibus non debent repeti? remissivè.*

18 *Decretum quod terminus defensionum currat, quando à Iudice interponatur?*

19 *Terminus ad se defendendum datus reo quando incipiat currere?*

20 *Copia repertorum debet dari gratis sindicando.*

21 *Sindicandus quando possit à sindicatoribus carcerari?*

22 *Sindicatores debent cautè procedere circa carcerationem sindicandi.*

23 *Sindicatores possunt condemnare sindicandum ad pœnam in mandato contentam, si ille controvenit, & dare notam Perceptori Provinciali.*

24 *Publicatio an requiratur in causis sindicatus?*

25 *Repulsa competit sindicando adversus testes per querelantes examinatos.*

26 *Conclusio non requiritur in causa sindicatus quãdo agitur criminaliter.*

27 *Monitio pro expeditione causa requiritur in causis sindicatus.*

28 *Sindicandus an possit à sindicatoribus torqueri?*

CAPUT XII.

De termino ad prosequendum in causis criminalibus sindicatus.

1 QVerelæ criminales porrectæ contra Officialem sindicandum infra terminum ad porrigendum tempore lecturæ querelarum, non leguntur, sed sindicandus uti principalis examinatur, super dictis querelis contra eum præsentatis, *Clar. quæst. 45. vers. in primis quæro*, & recepta deposi-
tione sindicandi procedunt sindicatores ad re-
ceptionem testium super querela data sindi-
cando, & ità observatur in praxi, quæ praxis
2 non videtur Iuri consona, quia supposito, quòd
contra Officialem sindicandum non adest, nisi
petitio, vel plures petitiones porrectæ à quere-
lantibus in termino ad porrigendum; nec infra
dictum terminum fuerunt per querelantes pro-
ducti testes ad probandam querelam, quinimò
neque testes poterant produci infra dictum ter-
minum ad porrigendum, quia testes recipiun-
tur in termino ad prosequendum, non ad porri-
3 gendum, sequitur quòd sindicandos interroga-
tur de delicto nullis inditiis præcedentibus,
quòd de Iure fieri non potest, quia non sunt su-
menda arma de domo rei, & Iudex interrogans
reum absque inditiis præcedentibus peccat mor-
taliter, *Boss. in tit. de exa. reor. num. 6. Cartar. in pra interrog. reo. lib. 1. cap. 2. num. 2. cum seqq. & in meth. proc. infor. lib. 3. cap. 13. num. 118. Scacc. de ind. cap. 58 num. 8 cap. 84. num. 9. & cap. 86. n. 38. 39. & 40. Sanfel. decis. 263. Rocc. tract. de offic. tit. de mod. proced. in caus. contraban. §. 14. nu. 38. & 39.* aliàs si sequatur confessio est nulla, & in-
valida, *Foller. in pract. crim. verb. & si confitebuntur, num. 1. Farinac. q. 83. num. 1. Rocc. loc. cit. nu. 35. & 36.* ac proinde attenta dicta praxi cave-
ant Sindicatores dare sindicando tempore exa-
minis interrogatoria, cum particula monitus,
quia hoc eis non est permissum, sed tantum ge-
nericè examinent sindicandum super querela,
contra eum porrecta, & si sindicandus negat,
4 ulterius eum non interrogent; nam quilibet
reos, etiam non existentibus inditiis præceden-
tibus potest à Iudice interrogari de carceratio-
ne, & de causa carcerationis, & si sequitur con-
fessio est valida, & non dicitur extorta, *Boss. de exam. reor. num. 6. Scagl. alleg. 2. num. 159. fol. mihi, 325. Ros. de dec. M. C. cap. 2. num. 25.* quemad-
modum observatur, quandò Iudex ex deficien-
tia inditiorum reum habilitare intendit ante
datas defensiones; nam tunc illum examinat,
sed absque interrogatoriis, & particula moni-
tus, & sic attenta dicta praxi possunt Sindicato-
res examinare Officialem sindicandum, sed ab-
sque interrogatoriis, & particula monitus; nam
si aliter facerent, si sequeretur confessio esset
nulla, & invalida.

5 Tempore quo Officialis sindicandus exami-
natur non est necesse quòd omnes Sindicatores
interveniant, sufficit enim quòd interveniat,
illorum major pars, quia Sindicatores non sunt
Iudices delegati, sed ordinarii, nam eorum of-
ficium est creatum à lege, & a *prag. 1. de sind. Of-*
6 *fic* & ob hanc causam sunt Iudices ordinarii,
non delegati, *Paris de sind. §. an Sindicatores. Carav. rit. 295. nu. 23. 24. & 25. Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 16. num. 37. Cancer. var. lib. 3. cap. 12. nu. 3. cum seqq.* qui alios adducit *Surg. de Neap. illustr. cap. 17. num. 32. Bellug. in spec. rub. 44. sub num. 2. Mastr. de magistr. lib. 6. cap.*

1. *num.*

1.num.30.& 36.licèt Revit.in d.pragm.1.nu.11. teneat quòd Sindicatores sint Iudices delegati.
7 Et ab eandem rationem unus Sindicator potest firmare banna, & illa emanare facere, Bart. in l.si unus ex pluribus, aliàs incipit Pomponius, ff. de re ind. Put.de sind.cap.1.num.10. & 11. Mastrill.dicto cap.1.n.35.& 36. quòd contrarium
8 esset si Sindicatores essent Iudices delegati: nam tunc, non solum in prolatione sententiæ, sed in omnibus actis interloquutoriis, & ordinatoriis requireretur omnium delegatorum interventus, aliàs totum esset nullum, quòd quomodo procedat, dicemus tit.9.cap.9.a num.12. cum seqq. & tit.10.cap.53.
9 Depositio verò sindicandi debet à Sindicatoribus recipi Curia pro Tribunali sedentibus, quę tunc dicitur, quoties à sindicatoribus est recepta in loco, ubi jus regitur, & ubi prædecessores sindicatores jus reddiderunt, qui non potest à successoribus mutari, ut diximus tit. 1.cap.7. aliàs si depositio non fuerit tali modo recepta, si sequeretur confessio non posset sindicandus virtute dictę confessionis, tanquam non factæ Curia pro Tribunali sedente, condemnari, l.scimus, C.de agricol.& censit.lib. 10. & diximus tit. 2.cap.6.num.13.& tit.7.cap.5.n.10.

Recepta depositione sindicandi proceditur ad examen Testium ad instantiam querelantis, in quo examine non debet audiri sindicandus, sed à sindicatoribus formatur processus infor-
10 mativus: verum si querelantes intendunt producere testes inimicos sindicandi potest sindicandus instare, & opponere, quòd illorum depositio non recipiatur, & si in promptu facit constare de inimicitia capitali, non debet per Sindicatores recipi illorum depositio, § si vero quis dicat odiosum, Auth.de testib. Sanfel. decis. 174. Mastril.de magistr.lib.6.cap.11.nu.13. vers. non potest recipere, cæteræ autem depositiones
11 Testium, etiam patientes alios defectus recipiuntur à Sindicatoribus, sed in prolatione sententiæ discutitur si tales depositiones officiant sindicando: cum plures sint testes, qui non faciunt probationem contra Officialem in sindicatu, de quibus diximus tit.2.cap 7.per tot.
12 Completo examine contestatur cum Officiali sindicando lis; nam ducitur coram sindicatoribus pro Tribunali sedentibus, & interrogatus respondit super capitulis suæ inquisitionis affirmando, vel negando, & tunc dicitur lis contestata, Bar.in l.is qui reus, num.4.ff de publ.iud. Vulp.cons.1.num.3. in fin. & seq. vol.1. Foller.in prac.crim.verb.& fiat litis contestatio, Farinac.q. 10.num.55 Cap.Latr.decis.121.nu.28.cum seqq. Scial.in pra.torq.reos,cap.8 & facta litis contestatione dantur sindicando defensiones, licèt sit
13 confessus, & convictus, & ab eo non petantur, l.unius, §.cognitorum, ff.de quest.l.defensiones, C. de iur.fis. & latè diximus tit.3.cap.1. a num.54.
14 cũ plur.seqq. Datis defensionibus, per Sindicatores repetuntur Testes examinati in informativo, citato sindicando ad videndum illorum juramenta, l.si quando, & Auth.quòd si quis, C.de Test.Bos.de indit.num.126.Gram.consil.15.num. 2.Gomez var. lib.3.cap.13. post num. 21. nam aliàs non probant: & si testes moriantur ante-
15 quam repetantur, nullam fidem faciunt, Cabal. resol.crim.casu 269.Farin.q.72. num.129. Scial. in pra.torq. reo. c.6. num.29. ac etiam si essent
16 mille non producunt contra sindicandum inditium, ut diximus d.cap.1.num.84. ubi à num.
17 91.cum seqq. enumeravimus omnes casus, in quibus non est necessaria Testium repetitio, quos applica in præsenti materia sindicatus.
18 Repetitis Testibus examinatis in informativo, interponitur per Sindicatores decretũ, quòd terminus ad defendendum, aliàs datus sindicando, sub tali die, currat, & currere intelligatur ab hodie, quod notificatur sindicando, l.de unoquoque, ff.de re ind. verum dictus terminus
19 non incipit currere, nisi à tempore, quo fuit consignata sindicando copia repertorum, & totius processus, ad hoc ut valeat se expurgare ab inditiis contra eum existentibus, cap. qualiter, & quando, il 2.de accus. Cap.Reg. Habebitur, Nig.in Cap.Si iuste, n.49.& 52. quæ copia reper-
20 torum debet fieri gratis, & non debet solvi à sindicando, quia omnia acta sindicatus debent fieri gratis, ex quo Administratores Universitatum debent facere omnes sumptus, recuperandos à Sindicando, casu quo succumbuerit, uc diximus hoc eodem tit.cap.5.n.7.
21 Quòd si sindicandus, ex probationibus deductis in processu, & non evacuatis in termino defensionum, resultaret inquisitus de aliquo gravi delicto, pro quo veniret plectendus pœna aliqua corporis afflictiva, posset etiam à Sindicatoribus carcerari, Paris de sind. verb. fideiussor Officialis, cap 1.Cancer.var.lib.3.cap.12.num.20.
22 sed in hoc Sindicatores debent valdè cautè procedere, quia contra Officialem non est de facili devueniendum ad carcerationem, ut diximus tit.2 cap.10.num.29. & possunt etiam illi
23 iniungere mandatum pænale, ne discedat à tali domo loco carceris, & si aufugiat solvit pœnam in mandato contentam, ad quam per Sindicatores condemnatur, & datur nota Perceptori Provinciali, Caravit.rit.44.num.13.& rit. 158. in 2.notab.
24 Factis per sindicandum defensionibus, fit publicatio in causa, Gaill.pract.observ. lib. 1. obser. 105.num.2. Petr.rit.72.num.2. quæ si omittatur non per hoc processus redditur nullus, Capyc. decis.82.Clar.qu.49.& 51.Capyc. Lat.decis.178.
25 sed potest sindicandus petere repulsam testium examinatorum, & ei est concedenda, Carav.rit. 83.num.5. Foller.in pract. crim. rub. concedatur repulsa, num.4. Ricc.decis.29.num.15.p.3.& collect.834.Sanfel.in pra.fol.57.num.12.Rocc.de offic.tit.de mod.proced.in caus.contraban.5.14 nu. 77.Zuff.de legitim.proces.q.115.num.10.sed non
26 est necesse, quòd fiat conclusio in causa sindica-

ca-

cstus quando agitur criminaliter, quia in causis criminalibus non requiritur conclusio, *Clar. q.61.num 5.Rovit.in prag.13.num.1.de ord.iud. Petr.rit.85.n.7.*

26 Compilato processu, sivè in causa civili, sivè in causa criminali, fit monitio pro expeditione causæ, quæ non potest omitti, aliàs sententia est nulla, ut diximus *cap. anteced. num. 19. & 20.*

28 Et si Sindicatores pro causa criminali, ex deductis in processu, videbũt delictum, quod sindicando imputatur, esse dignum tortura, & adsunt inditia sufficientia, non possunt eum torquere in memoriam pristinæ dignitatis, *Paris de Put.in tractat. de sind. cap. per sindicatores Officiali, num.3.Gram.vot.1. num.13.*

SUMMARIUM.

1 *Sententia in causa sindicatus potest proferri etiã de nocte.*

2 *Sindicatores debent in sententia condemnare succumbentem in expensis, nec possunt condemnationem expensarum reservare.*

3 *Officialis absolutus in sindicatu potest agere actione iniuriarum coram Iudice ordinario pro iniusta querela contra querelantes.*

4 *Et contra incitantes in sindicatu.*

5 *Et potest agere contra omnes querelantes in solidum.*

6 *Querelantes non excusantur ab expensarum cõdemnatione ad beneficium Officialis absoluti, licet habuerint iustam causam querelandi.*

7 *Sententia per Sindicatores quomodo debeat proferri, & publicari?*

8 *Sententia lata per Sindicatores elapso termino sindicatus est nulla.*

9 *Preses S. C. an possit concedere insufflationem spiritus vita instantiæ sindicatus perempta?*

10 *Iurisdictiones fluunt, & refluunt à Rege, remissivè.*

11 *Index inferior non potest tollere, nec ampliare legem Superioris, remissivè.*

12 *Sindicatores possunt proferre sententiam in causa sindicatus elapso termino ad prosequendum, stante impedimento præstito à Sindicando.*

13 *Sindicatores expedientes causam sindicatus elapso termino ad prosequendum puniuntur.*

14 *Tenentur crimine usurpata iurisdictionis, remissivè.*

CAPUT XIII.

De sententia in causis sindicatus.

1 INtimato sindicando monitione ad dicendum,
2 sindicatores cum voto Consultoris proferunt sententiam, pro ut iustum eis videbitur, etiam noctis tempore, & est valida, *Carrab. de sind. per. 2. num.116. Scial. de Forind. cap. 12. num. 34.* licèt aliàs de iure sententia non possit proferri
2 de nocte, ut dicemus *lib.9 c.9.n. 63.* in qua sententia debent condemnare succumbentem in expensis, & etiam sindicandũ si succumbuerit, quam querelantes, nec possunt talium expensarum condemnationem reservare, *l item apud labeonem, §. si quis libellos, ff. de iniur. prag. 1.*
3 *de sind. Offic.* imo Officialis absolutus in sindicatu potest adversus querelantes pro iniusta querela agere actione injuriarum coram Iudice ordinario, *Paris. de sind. verb. expresse, num. 4. Clar. §. fin. q.62. num.9. Menoch. de arb. Iud. cas.*
4 *321. Cancer. var. lib. 1. cap.2. num.165. & lib.3. cap.12. num.45. & 46. Testaii alleg. 9. num. 228. Bovad. polit. lib.5. cap. 2. num.101. Rovit. in prag. 1. de sind. Offic. num.58.* Et simili actione iniuriarum potest Officialis absolutus agere contra incitantes in sindicatu, *Bertaz. cons.91. num.8. Mastr. de Magistr. lib.6. cap.11. num.19.* & casu
5 quo fuerint plures querelantes debent omnes in solidum condemnari pro expensis, non autem pro rata, ut defendit *Rovit. in dicta prag. 1. de sind. Official. à num.65. usque ad fin.* & ita decisum refert *num.72.*

6 A qua expensarum condemnatione non possunt querelantes excusari, licèt habuerint iustam causam querelandi sindicandum, nam adhuc sindicando absoluto debent condemnari in expensis, ob præsumptam calumniam, & quia dictæ expensæ debentur ex vi statuti, & sic R. prag. iure actionis; ac proinde non excusat justa causa litigandi, *Glos. in §. actionum, num.52. Cremens. sing. 121. ex Glos. in auth. de sindic. §. oportet*, & in puncto substinet *Sansel. decis. 346. per totam*, ubi *in fin.* dicit ita se habere quotidianam praxim.

7 Sed sententia per sindicatores debet proferri in scriptis, & publicari per Actuarium sindicatus coram sindicatoribus pro Tribunali sedentibus, de verbo ad verbum, aliàs sententia non valeret, *Aff. in Const. Omnibus, num.6. Menoch. de arb. q.60. num.3. Anna. sing. 473. Mastril. de magistr. lib.6. cap.11. num.3.*

8 Debetque proferri infra tempus quòd durat
terminus sindicatus, aliàs eo elapso, sindica-
tores amplius sententiam proferre non possunt,
& habetur sindicandus pro absoluto, *Parif. de
sind. verb. Officialis*, *num.* 3. *Catald. de sind. q.* 290.
num. 184. *Rondin. de sind. num.* 31. *Cavalcan. de
brach. reg. p.* 5. *num.* 10. & 138. & licèt *Carrab. p.*
2. *num.* 108. teneat quòd causæ sindicatus pos-
9 sint expediri, etiam elapso termino ad prose-
quendum, quando per Præsidem S.R.C. insuf-
flatur spiritus vitæ instantiæ peremptæ, tamen
contrarium est verum, nec unquam hoc practi-
catum vidi, quia elapso termino ad prosequen-
dum, ne dum est perempta instantia sindica-
tus, sed est peremptum omne jus querelantis,
& sindicatorum; nam elapso termino sindica-
tus non habent iurisdictionem, nec vocantur
amplius sindicatores, ut infra dicemus; ac pro-
inde non potest Præses illis infundere iurisdi-
ctionem, quia hoc solum spectat ad Princi-
pem, a quo fluunt, & refluunt iurisdictiones,
10 ut diximus *tit. p. cap.* 9. *num.* 49. & stante quòd
per *prag.* 1. *de sind Offic.* taxatur tempus dierum
quadraginta, infra quod sindicatus debet fi-
niri, non potest Præses terminum præfixum in
dicta *prag.* prorogare, quia non potest Iudex
11 tollere, nec ampliare legem Superioris, ut di-
12 ximus *hoc tit. cap* 6. *num.* 10. Intellige benè
quòd tunc sententia in causa sindicatus non
potest proferri elapso dicto sindicatus termino,
quoties causa non fuit expedita ob calumniam
querelantium, secus vero si ob calumniam sin-
dicandi, quia tunc potest expediri etiam elap-
so termino ad prosequendum, *Carav. rit.* 295.
num. 21. *in fin. de Marin. resol. quotid. lib.* 1. *cap.*
284 *nu.* 10. & ita explicatur id, quod diximus
hoc eod. tit. cap. 6. *num.* 12. ot post lapsum ter-
mini dierum 50. de jure com & dierum 40. da
jure Reg. si causæ contra sindicandum sint civi-
les, potest sindicandus discedere relicto Procu-
ratore, *l.* 1. §. *quòd si intra*, *C. ut omn. Iud. tam
civ. quam milit.* nam ex dicto *tex.* clarè elicitur,
quòd quoties adest malitia & calumnia sindi-
candi, potest expediri causa sindicatus, etiam
elapso termino ad prosequendum, aliàs si ste-
tit per querelantes intelligitur ipso iure sindi-
candus liberatus, nec possunt sindicatores,
post dictum terminum proferre sententiam,
Corn. cons. 5. *vol.* 4. *Magon. decis. flor.* 90. *num.* 12.
& si sindicatores deciderent causam post lap-
13 sum termini ad prosequendum possent puniri,
Marf. in prax. §. *successivè*, *num.* 8. *Parif. de sind.
verb. instantia*, §. *an si partes*, *cap.* 4. quia cum
14 eorum iurisdictio sit terminata per lapsum ter-
mini ad prosequendum, expedientes causam
absque jurisdictione tenentur crimine usurpatæ
jurisdictionis, cum declarationibus, de qui-
bus diximus *tit.* 5. *cap.* 1. *num.* 59. *usq. ad* 63.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata in causa sindicatus mandatur exe-
quutioni non obstante appellatione, præstita
cautione.*
7 *Sed appellatio conceditur quo ad actum devolu-
tivum tantùm, non suspensivum.*
2 *Tam si fuerit lata contra quam si in favorem
Officialis.*
3 *Ultima tertia debita Officiali remanet seque-
strata, donec ipse paruit sindicatui.*
4 *Praxis consignandi litteras liberatoriales Offi-
ciali statim ac fuit absolutus in sindicatu, un-
dè ortum habuit?*
5 *Appellatio a sententia criminali lata in causa
sindicatus admittitur.*
6 *suspendit sententiam S. C. latam in causa cri-
minali.*
8 *In causa sindicatus debet terminari spatio duo-
rum mensium.*
9 *Nullitates possunt discuti elapsis duobus mensi-
bus, quando stetit per Iudicem.*
10 *Appellatio non dicitur deserta quando stetit
per Iudicem.*
11 *Nullitas proposita coram Iudice Superiore à
sententia sindicatorum impedit illius exequu-
tionem.*
12 *Appellatio à futura sententia in causa sindica-
tus non admittitur, & num.* 14.
13 *Sententia lata in causa sindicatus est deffini-
tiva.*
15 *Appellatio à futuro gravamine à decreto inter-
loquutorio admittitur.*
16 *A sententiis sindicatus latis per M.C.V. non
committitur in S.C. sed tractatur in eodem
S.C. ad relationem dicta M.C.V.*
17 *A decretis interloquutoriis latis per M.C. tra-
ctatur ad relationem M.C.V. sed a sententia
diffinitiva committitur in S.C.*
18 *Iudex appellationis non debet dare novum ter-
minum in causa sindicatus, sed tenetur deci-
dere cum actis, & probationibus factis in pri-
ma instantia.*
19 *Universitas loci, in quo Officialis exercuit
non potest appellare a sententia sindicatus lata
ad beneficium Officialis.*
20 *Officialis pro solutione quantitatis, in qua
fuit condemnatus in sindicatu non potest car-
cerari.*
21 *Condemnatus in sindicatu, qui non habet in
ære non luit in corpore.*
22 *Condemnatus pro pœna an possit cedere bonis?*

CAP. IV.

CAPUT XIV.

De exequutione sententiæ in causis sindicatus.

1 PRolata sententia per Sindi-
catores illa mandatur exe-
quutioni, non obstante
appellatione, quòd cave-
tur, non solum de Iure cō-
muni, *Far.q.*101. *num.*89.
*Guazz. ad def.reor. def.*36.
cap. 10. sed de Iure Regni
per *prag.*1.*de sind.Offic.* præstita cautione de re-
2 stituendo in casu retractationis dictæ senten-
tiæ, tàm si fuerit lata contra Sindicandum,
quàm si in favorem: nam eodem modo manda-
tur exequutioni quoàd condemnationem ex-
pensarum, interesse, & solutionis ultimæ tertiæ,
quæ debet solvi Officiali, non obstante appella-
tione interposita per querelantes, *Muscat. in
pra.p.*1.*glos.sententia, num.*171. *Rov.in prag.*1.*de
sind.Official.num.*3. nam in Regno ultima tertia
3 remanet sequestrata penès Universitatem, &
non solvitur Officiali, donec, & quousque pa-
ruerit sindicatui, & obtinuerit litteras liberato-
riales, *d.prag.*1.*de sind.Offic.*

4 Hinc descendit cognitio praxis, quæ obser-
vatur, tàm per Sindicatores qui eliguntur in
quolibet loco pro sindicandis Officialibus, quā
per M. C. V. nam in sententia sindicatus, ubi
absolvunt Officiales à querelis contra eos pro-
positis, pronunciant, expediantur, & consi-
gnentur litteræ liberatoriales, ex quo à sen-
tentia sindicatus non datur appellatio.

5 Intellige quòd non datur appellatio à sen-
tentia lata in causa sindicatus in causis civili-
bus tantùm, non vero in causis criminalibus, in
quibus ob appellationem interpositam impe-
ditur sententiæ exequutio, *l.*2. *& l.si quis, C.
de appel. Musc.in pra.S.C.p.*1.*glos.*1.*sententia, nu.*
171. facit *dec.Franc.*139. in qua habetur, quòd
6 licèt à sententia S.C. non detur appellatio, ta-
men in causa criminali appellatio suspendit
sententiam.

7 Et in causis civilibus etiam datur appellatio
à sententia lata in causa sindicatus, quò ad
actum devolutivum tantùm, non verò quò ad
actum suspensivum: nam exequuta sententia
devolvitur appellatio ad M. C. V. vel Regiam
Audientiam viciniorem, *d.prag.*1. *de sind.Offic.
vers.qui consultor,* ubi *Rov.num.*51.

8 Quæ appellatio in causa sindicatus debet
terminari spatio duorum mensium, *d.pragm.*1.
*Vantiv.de nullit.ex defect.iurisd.nu.*10. *Thor.in
comp.decis.in suppl.verb.remissio,* tamen contra-
rium servatur in praxi, quia videmus appella-
tiones in causis sindicatus durare per annos, &
quando opponitur ne posse tractari de expe-
ditione causæ appellationis ob lapsum tempo-
ris duorum mensium, talis exceptio reiicitur,
quia hoc nō dependet ex facto partis, sed Iudi-
cis sic *prag.*20.*de dilat.* quæ iubet nullitates esse
expediēdas infra duos menses, talis *prag.* nō ob-
servatur, quia expedire nullitates dependet à
facto Iudicis, non partis, unde opposita tali ex-
9 ceptione per Curatorem patrimonii quondam
Leonardi Russi, fuit rejecta, ad relationem Re-
gii Consiliarii Cortez, die 6. Iun. 1688. penès
actorum magistrum Damianum, Papalem Scri-
bam, in processu graduationis creditorum dicti
10 Leonardi, sic *prag.*1.*de appell.* quę dictat, ut cau-
sæ appellationum finiantur infra biennium, &
cum causa intra triennium, quòd etiam cavetur
per *prag.*54.*de offic.S.R.C.* & de Iure communi
est *tex.in l.fin.§.illud, C.de temp. & rep.appell. &
in Auth.ei qui, C. eod.* non sunt in usu quando
expeditio causæ fuit retardata facto Iudicis,
*Musc.in prac.S.C.lib.*1.*p.*2.*glos.conceduntur, nu.*
9. *Galeot.cont. Iur.lib.*1.*contr.*19. *&* 20. *Carl.de
iud.in add.ad tom.* 1.*§.*8.*usque & per tot.§.*11.

11 Cautela tamen est impediendi exequutionē
sententiæ latæ per Sindicatores, etiam in causis
civilibus, quòd victus apud Iudicem superio-
rem, non solum appellet, sed principalitèr de
nullitate dicat, & nullitates proponat, quo ca-
su fit inhibitio Sindicatoribus, & quousque
nullitates discutiantur, non possunt exequi
sententiam sindicatus, *Ann. in repet.cap.*1.*de
Vassal.decrep.num.*144.*& seq. Muscat.in pra.p.*1.
*glos.nullitas, num.*64.*cum seq. & glos.informa, nu.*
20.*cum seqq.*

12 Ipsa verò appellatio à sententia in causa sin-
dicatus non potest proponi, nisi post prolatam
sententiam, non verò à sententia proferenda;
nam non possunt obtineri provisiones Iudicis
Superioris, nec ad instantiam Sindicandi, nec
ad instantiam querelantium, quòd si Sindica-
tores fuerint in voto talitèr sententiandi, trans-
mittant acta, & per dies non procedant, *Mu-
sc.in pra.p.*1.*glos.sententia, num.*171. ea ratione,
13 quia sententia lata in causa sindicatus est di-
finitiva, *d.prag.*1. ibi *Absolvendo, vel condem-
nando,* quæ verba important sententiam difini-
tivam, non vero interloquutoriam, *glos.in l.*1.*§.
biduum, ff.quand.appel. sit, Musc.d.glos.sententia,*
14 *num.*6. & antè dictam sententiam difinitivam
non potest appellari, *l.ante sententia, C.quor.
appel.non recip.l.*2.*C.de Episcop.aud.cap.ut debi-
15 tus, extr.de appell.* secus verò in decreto interlo-
quutorio, in quo admittitur appellatio à futu-
ro gravamine, *cap.si pro te, de rescrip.in* 6.*l.*2.*ff.de
appell.recip.Musc.d.glos.sententia, num.*8. *cum
seqq.*

16 Et licèt videretur dicendum, quòd sententia
lata in causa sindicatus sit interloquutoria, ex
quò praxis se habet, quòd à decretis latis per
M.C. in causis sindicatus, quando contingit ap-
pellari ad S. C. non committitur principalitèr

causa appellatioois In S. C. sed per Præsidem dicti S. C. conceditur Regia decretatio, quòd M.C. verbum faciat in eodem S. C. & per Iudicem Commissarium fit relatio ordinata in S.C. in quo iudicatur cum eodem processu actitato in M.C.V. & sic videtot quòd decretum latum
17 in caosa sindicatus sit intetloquotorium, si quidem similis Regia decretatio de verbo faciendo in S. C. locum habet solum quando decretum est interloquutorium, *Cap. Lat. decis.* 139. *num.* 21. *Petr.rit.* 181. *num.* 10. noo autem in sententia difinitiva, in qua non fit relatio per M.C. sed causa immediatè committitur in S.C. alicui ex Regiis Consiliariis, melius viso Præsidenti, *Rov.in prag.* 8. *num.* 1. *de off.mag.Iust.* tamen hoc non evenit, quia decretum latum in causa sindicatus non sit difinitivum, sed quia in causa
18 appellationis sindicatus non debet dari novus termions per Iudicem appellationis, sed debet decidi cum actis, & probationibus factis in prima instantia, quia elapso termino ad prosequeodum, seclusa est via faciendi aliàs probationes, & si deberet dari novus terminus ad non posita ponendom, terminus ad prosequendum noo esset dierum 20. sed dierum 40. & plus, quod esset cootra *d.prag.* 1. *de sind.Offic.* quę solum concedit terminum dierum 20. ad prosequendum, facioot ad propositum *consil.* 53. *Bald.vol.* 5. & quòd dicit *Cancer. var.lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 47. *usque ad* 52.

19 Sed non omnibus licitum est appellare à sententia lata in causa sindicatus, sed solum parti querelanti, non verò Vniversitati, ubi Officialis exercuit, cui non competit actio appellandi à sententia Sindicatoris lata in favorem Officialis, nec facere partem io iudicio appellatioois contra Officialem, io quo non debet audiri, solemnis est textus in *l.sicut, ff.quod cuiusque Univ.nom.* ubi Vniversitas non potest comparere pro iniuria facta Civi, *Sanfel decis.* 347. *num.* 4. & elicitur ex *d.prag.* 1. *de sind.Offic.* quæ aliam non dat potestatem Vniversitati, nisi eligendi Sindicatores, & sic post dictam electionem alia ipsi actio non competit.

20 Officialis verò condemoatus in siodicato ad solvendam aliquam pecuniæ quantitatem, quia tenetur in qoantum facere potest, oon potest carcerari, *Paris de sind.verb.an si potestas, n.* 19. *Farin.qu.* 111. *n.* 367. *cum seqq.* & si non habet in
21 ære de consuetudine non punitur In corpore, *Clar.qu.* 95. *vers.& scias, Rovit.in prag.* 1. *de sind. Official.num.* 50.

22 An autem condemnatus pro pęna possit bonis cedere, vide *Grivel.dec.* 78.

S U M M A R I U M.

1 *Officialis pro delictis commissis non contemplatione officii, & non concernentibus officium potest conveniri, etiam post obtentas litteras liberatoriales.*

2 *Officialis non tenetur in sindicatu pro delictis non spectantibus ad officium, quia illa non spectant ad Sindicatores.*

3 *Delicta non debent remanere impunita.*

4 *Contra Officialem elapso sindicatu potest agi pro excommunicatione.*

5 *Officialis absolutus in sindicatu, non potest coram alio Iudice molestari pro delictis commissis intuitu, favore, calore, colore, sivè contemplatione officii.*

10 *Sive Iudex procedat per viam accusationis, sive inquisitionis.*

11 *Quòd procedit etiam de iure Regni, & nu* 13.

6 *Semèl absolutus non debet amplius molestari.*

7 *Princeps non potest mandare, ut cognoscatur de delicto non obstante liberatoria.*

8 *Officialis intelligitur absolutus in sindicatu si contra eum non fuerunt porrecta querelæ infra* 20. *dies ad porrigendum.*

9 *Creditores qui emanatis bannis non comparuerunt in distractione pignoris videntur obligationem pignoris remisisse.*

12 *Sindicatores possunt procedere per inquisitionem contra Officialem sindicandum, infra tamen terminum sindicatus.*

14 *Iurium correctio est evitanda.*

15 *Officiales sunt in magno honore tenendi à Principe.*

16 *Officialis absolutus per collusionem in sindicatu potest etiam pro delictis in officio commissis, post obtentas litteras liberatoriales conveniri.*

C A P U T XV.

Officialis absolutus in sindicatu post obtentas litteras liberatoriales, an possit iterum processari, & molestari?

1 SI Officialis conveoitur pro delictis commissis non contemplatione officii, & non concernentibos officium, tali casu potest molestari, conveniri, & cognosci, etiã post obtentas litteras liberatoriales, *Bald.in l.observare, §.proficisci, nu.* 9. *ff.de off.Proconf. Avil.in cap.* 3. *iud.sind. num.* 12. *vers.secus dicit, Guaz.ad def.reor.def.* 1. *cap.* 23. *n.* 12. *Cancer.var.lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 44. *Conciol.verb. sindicatus, resol.* 5. *num.* 7. & ità intelligitur doctrina *Bart.in l.* 2. *ff.ad l. Iul. repet.* qui voluit, quòd Officialis pro suis delictis possit perpetuò in propria Patria conveniri, ut scilicèt procedat, quoties Officialis inquiritur post siodicatom de delictis non concernentibus officiũ,

& hoc

& hoc summa ratione, ex quò, cum Officialis
pro delictis non spectantibus ad officium non
possit in sindicatu conveniri, quia non spe-
2 ctant ad judicium sindicatus, *Bald. in l. fin. C. ubi
ration. Paris. de sind. ver. Iudices, cap. 1. num. 8.
Tusc. lit. S. concl. 273. num. 2. Gnaz. dicto cap. 23.
num. 5. Roudin. de sind. num. 275. Catald. de sind.
q. 39. num. 24. Homod. de sind. num. 170. Foller.
in Const. Magister Iustitiarius, nu. 34. Baia. ad
Clar. §. fin. q. 38 Cavalcan. de brach. Reg. p. 5. nu.
14. Sef. de inhibit. inst. Aragon. cap. 1. §. 3. num. 6.
& per totum, Mastr. de magist. lib. 6. cap. 10.
num. 39.* & diximus supra *hoc eod. tit. cap. 4. num.
4.* si daremus pro vero quòd Officialis pro de-
lictis non concernentibus officium non possit,
nec etiam post sindicatum coram Iudicibus
ordinariis conveniri, sequeretur incovenieus
maximum, quod delicta Officialium remane-
3 rent impunita, contra *l. si vulneratus. ff. ad l.
Aquil. cum concord.* & pro hac opinione pon-
4 dero *textum* Iuriscan. in *cap. adversus, de im-
mun. Eccles.* ubi potest contra Officialem elap-
so sindicatu agi pro excommunicatione, quòd
alia ratione non provenit, nisi quia excom-
municatio est materia non pertinens ad deli-
cta commissa in officio.
5 Si verò Officialis post sindicatum inquiratur de
delictis patratis intuitu, favore, colore, colore
sive contemplatione officii, & tunc Officia-
lis absolutus in sindicatu non est coram alio
Iudice molestandus, *Bald. in dict. l. observare,
§. proficisci, quæst. 4. ff. de offic. Proconf. Paris. de
sind. §. Officialis, cap. 1. num. 2. Boss. de offic. corrup.
pecu. num. 32. Clar. §. fin. quæst. 51. nu. 6. Gomez,
var. res. tom. 3. cap. 1. num 23. Mastr. de magistr.
lib. 6. cap. 6. num. 29. Tomai. dec. March. 25. per
tot. Giurb. cons. 53. sub nu. 18. Massin. de confisc.
bon. q. 11. num. 11. Mut. dec Sic. 5. num. 14. de leo-
nardis in alleg.* inserta per *de Marin. res. quot.
lib. 3. cap. 39.* qui *num. 10. & 11.* refert decisio-
nem S. C. latam in causa D. Alonzi de Royas,
quòd irrefragabili ratione suadetur, si quidem
si capite contra Officialem porrecta post sindi-
catum fuerunt tempore sindicatus adducta, &
de illis fuit Officialis absolutus, & obstat excep-
6 tio rei iudicatæ, *l. fin. C. de cust. reor. l. 2. C. de excep.
rei iud. Gnaz. dec. 2. cap. 7. num. 2. Farin. quæst. 4.
in princip.* & semel absolutus non debet amplius
molestari, *l. qui de crimine, C de accus. l. sicuti,
§. iisdem, ff. eod. Clar. § fin. quæst. 57. in princip.
Scac. de ind. lib. 1, cap 12. num 84.* sive sit abso-
lutus per sententiam diffinitivam, secundùm
*Ang. in l. iubemus, C. ad leg. Iul. repet. Paris.
dicto cap. 1. num. 1. & 2.* sivè per sententiam in-
terlocutoriam sindicatorum, secundùm *Mut.
7 dicta dec. 5. num. 15.* adeo ut sunt *DD*, qui te-
nuerunt, quòd Princeps non possit mandare
cognosci de delicto, non obstante liberato-
ria, *Silvan. cons. 75. num. 14. Bursa. cons. 34.
8 num. 12.* sin autem accusationes contra Offi-
cialem pro delictis spectantibus ad officium,
non fuerunt porrectæ tempore sindicatus, &
tunc stantibus bannis emanatis in principio
sindicatus, ut omnes querelare volentes, com-
parere deberent infra certum tempus, elapsis
diebus viginti ad porrigendum, amplius que-
relantes non audiuntur, & querelæ non reci-
piuntur, *Bart. in l. edita, num. 4. C. de eden. Grat.
cons. 100. num 33. in p. Boss. de offic. corrup. pecu.
num. 32. Vant. de nullit. tit. ex def. iu hac comp.
num. 51 & seqq. Marsii cons. 69. Ball. prac. var.
lib. 6. de sind. q. 1. num. 5. Cartar. dec 85. Thomas.
dec. 25. Giurb. cons. 53. sub nu. 18. Paris. Gomez,
& Clar.* citati a *de Marin. dicto cap. 39. num. 1.
Massin. de confisc. bon. q. 11. num. 11.* & proba-
tur per textum *in l. si eo tempore, C. de remissio.
9 pign.* ubi emanatis bannis in distractione præ-
dii, si creditores non comparuerunt, viden-
tur obligationem pignoris remisisse, *Font. de
pact. nup. claus. 5. gl. 8. par. 7. & 8. à num. 35. usq.
ad 53. Marcian. disp. for. tom. 1. disp. undecima.*
probatur etiam per textum in *l. si ea qua. C. qui
accus. non pos.* ubi si Judex statuit terminum ad
accusandum, eo elapso amplius accusator non
auditur.
10 Quæ mea opinio habet locum, etiam si Iu-
dex procedat ex denunciatione, nam non potest
Officialis molestari post sindicatum, sive pro-
cedatur per viam accusationis, sive inquisi-
tionis, quia cui aliquid una via tollitur, ad
idem alia via non debet admitti, *cap. tua, de
Proc. gl. in cap fin. qui matr. accus. pop.* & in pro-
priis terminis sindicatus, tenent *Bart. in l. non
solum, §. quamquam, ff. de iniur. Roman. in l.
quamdiù, col. 8. ff. de acq. hared. Affl. in Consti.
generales, num. 8. Clar §. fin. q. 50. num. 6. &
quæst. 51. n. 2. de Mar. dicto cap. 39. n. 4. Giurb.
cons. 53. num. 18.* Et cum his authoritatibus, &
rationibus respondetur ad *dec. de Pont, 26.* qui
facit differentiam inter modum procedendi
contra Officialem post sindicatum, admittens
posse hoc fieri per viam inquisitionis; non au-
tem accusationis; nam ex supradictis patet res-
ponsio ad dictam *decis. de Ponte.*
11 Et non solum supradicta militant de Iure
com. sed de Iure Reg. quo iure, licèt per *Cap.
item statuimus, de sind.* legantur hec verba,
*Et nihilominus remanente licentia R. C. super eo-
rum excessibus, atq. processibus facere per spe-
ciales Personas inquiri*, tamen respondetur quòd
non negatur posse fieri ex officio inquisitio-
nem, sed ipsam fieri debere per sindicatores in-
fra terminum sindicatus, ut expressè dictat *prag.
1. de sind. offic.* ibi *Contra quos etiam procedi posse
per inquisitionem generalem, & specialem per sin-
dicos in locis ubi administraverint ab Universita-
te electos, & deputatos, infra terminum à Consti-
tutionibus, & Cap. Reg. prefixum*, quæ *Reg. prag.*
supervenit post dictum *Cap.* & novam induxit
formam sindicandi, quæ hodiè attenditur,
ut dicit *Mara. in spec. par. 6. in verb. & perveni-
tur aliquando, num. 28. Campag. dicto Cap. Item,
vers. 6.*

vers.6.superveait, *num.55.de Marin. dicto cap. 39.num.5.6.& 7.Rou.in dicta prag. 1. num. 52.*

13 Quibus non obstat alia *prag.6.de sind.offic.* ubi videtur Officiales posse inquiri, etiam post obtẽtas litteras liberatoriales, de delictis nõcognitis in sindicatu, nã respõdetur quod dicta *prag.* loquitur quoties Officialis inquiritur post sindicatum de delictis non spectantibus ad officium, & illius intuitu, quo casu posse pro illis molestari post sindicatum nos admisimus *sup. num. 2.* non verò quotiea inquiritut de delictis spectantibus ad officium, quu casu amplius molestari non potest, & ultra quòd *prag.* prædicta clarè loquitur, non solum in illis verbis. *A tomar enformacion de sus administrationes*, & sic loquitur de delictis commissis intuitu officii, sed etiam in illis verbis. *Que lo proveida fue per eaterpetracion de las leyes, Constitutioaes, y Prematicas del Reyno*; cumque relatum sit in referente, *l. asse tota, ff.de har.inst.*& per *prag. 1.de sind.* expressè dicatur debere sindicatorea cognoscere de delictis Officialium ad eorum officium spectantibus, ibi *de commissis, & omissis in eorum officio*, ergo de commissis extra officium solum potest Officialis molestari, si vero verba dictæ *prag.* 5. essent dubia (pro ut sunt clara) In dubio ita deberent interpetrari: quia cum *prag.7. §. en el tomar, de comp.* & *prag. 4. de sind.* præfigant terminum dierum 40. ad parendum sindicatui, si virtute dictæ *prag. 6.* sindicatus deberet esse perpetuus, corrigerentur dictæ *prag 4. & 7.* & Iurium correctio est evi-
15 tanda, *l. præcipimus, C. de appell.* Vilesceret enim authoritas Officialis, si continuè deberet stare sindicatui, quòd non est permittendum, quia Officiales sunt in magno honore tenendi à Principe, ex quò ab illorum existimatiune oritur eiusdem Principis decor, *l. jus Senatorum, C.de dign. lib.12. l. quisquis, C. ad. l. Iul. Maiest. glos. in l.fin. C. de ind.liber. Pont. de pot. Proreg.tit.de elect.Official. §.6.num.2.& 3.*

16 In eo verò casu admitto posse agi contra Officialem pro delictis in officio commissis, etiam post obtentas litteras liberatoriales, quando per sindicatores fuit collusivè processum in liberando eum, qui sindicatui se supposuit, *Brunor. à sole quæst. leg.57. num.52.& seqq. Far. quæst.1. num.2. Prat.in uicand. num.130.*

SUMMARIUM.

1 *Actuarii tenentur parere sindicatui pro gestis tempore Actuariatus.*
2 *Exigentes diricta ultra pandectam puniuntur pęna concussionis.*
3 *Et in Regno pœna corporali arbitrio Proregis.*
4 *Tenentur observare pandectam iuxtà loci consuetudinem.*
5 *Qua pœna puniantur carcerando absque ordine Officialis loci?*
6 *Qua pena puniantur si scienter examinant falsos Testes?*
7 *Qua pęna puniantur si surripiunt, vel occultant acta iudicialia?*
8 *Tenentur pœna falsi si secreta Iudicis, vel unius partis alteri communicaverint.*
9 *Actuarius retinens pœnes se informationes, nec in Testium examine apponens diem, nec illas registraas, si adest Archiviũ qua pœna teneatur?*
10 *Non potest parti accomodare processum informativum, nec illi revelare secreta informationis.*
11 *Aliàs punitur de falso.*
12 *Actuarius sindicatus debet tenere in secreto querelas, altàs si illas ostendat sindicando pendente termino ad porrigendum punitur de falso.*
13 *Actuarius qui pecuniam accepit, asserendo recipere, partem ut Iudici daret, convertendo illam in usum proprium, promittendo eventum negotii, quod erat in Iudicis potestate, qua pœna puniatur?*
14 *Accipiens pecuniam sub falso prætextu velle apud Iudicem intercedere pro mineratione pœna, qua iam erat imposita qua pœna puniatur?*
15 *Actuarius tenetur integra dicta Testium scribere, tàm pro, quàm contra fiscum.*
16 *Aliàs punitur pœna falsi.*
17 *Excepto si adesset vehemens suspitio subornationis Testis, tunc hoc cognito ex interrogatoriis, potest illum dimittere, non accepta illius depositione.*
18 *Actuarius electus examinator in causa civili tenetur pœna falsi, si ante publicationem processus ostenderit examen, vel articulos Parti.*
19 *Occultans librum mandatorum, obligationum, vel contumaciarum tenetur pœna falsi.*
20 *Actuarii, de iure Regni debent facere quinternum, & ibi annotare omnia acta, banna, & compositiones.*
21 *Lacerantes, vel comburentes aliquam scripturã de actis tenentur pœna falsi.*
22 *Non debent scribere acta, & informationes in cartulis, & medio folio.*
23 *Falsificantes acta puniuntur pœna triremium vita durante.*

CAPUT XVI.

De Sindicatu Actuariorum.

1 ACtuarii tenentur parere sindicatui pro malè gestis tẽpore administrationis actuariatus, *Cap. Reg. Item quod predicti*, ubi *Nigr. num.2. Carav.rit.293.nu.19. Anna alleg.15.num.6.* ideò videndum est, de quibus Actuarii possint sindicari, & quæ pęna debeat eis irrogari pro delictis cõmissis in administratione officii Actuariatus.

2 Primò Actuarius, qui exigit diricta ultrà pande-

dectam fiodicarur, & de iore communi puoitur
pœna coocuſſionis, *cap. Statutum*, §. *Notarium*,
ubi gloſ. verb. metas rationis, de reſcriptis in 6. &
3 de iure Regni punitor pœna corporali arbitrio
Proregis, *prag. 36. de off. mag. Iuſt.* ubi *Rov. num.*
4 1. & ubi ooo adeſt pandecta eſt obſervaoda
conſuerudo loci, *gloſ. in Auth. offeratur, verb. prabitis ſportulis, in fin. C. de lit. conteſt. Rov. in d. prag. 36. n. 4.*

5 Secundò Actuarius non poteſt aliquem carcerare, niſi de ordine Officialis loci, aliàs ſi abſque tali ordine procedat ad carcerationem, punitur pęoa privati carceris, ut putavit *Carra. de ſind. p2. num. 155.* ſed veritas eſt quod punitur aliqua pęna, ſed non pœna privati carceris, quæ noo habet locum, quoties quis aliqualiter habet juriſdictionem, *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 10. nu. 16. Felician. alleg. 78. num. 6. p. 2. Macerat. lib. 3. reſol. 43. num. 2. Giurb. conſ. 72. n. 34.*

6 Tertiò actuarius ſcienter examinans Teſtes falſos punitur pęna mortis, *Gram. in Conſt. Reg. Iudices, num. 7.* licèt in caſu ſuo fuerit mioorata pęna, ex quo Teſtes erant examinari parte non citata, *Thor. in comp. decis. par. 1. verb. actuarius.*

7 Quartò Actuarius occultans, vel ſurripiens acta iudicialia, tenetur pœna falſi, *l. Paulus, ff. rem rat. hab. Franc. Marc. deciſ. 101. Ricc. deciſ. 119. num. 1. par. 3.* ſed *Menoch. de arb. Iudic. caſu 311. num. 1. & 2.* reouit pęoam ooo eſſe falſi, ſed Iudici arbitrariam.

8 Quintò Actuarius qoi ſecreta Iudicis, vel ſecreta onius partis alteri communicaverit tenetur pęna falſi, *Decian. tract. crim. lib. 7. de rev. ſecreta, & lit. aper. cap. 77. nu. 37. & 40. Menoch. de arb. Ind. lib. 2. cen. 6. caſ. 537. num. 26. Sanf. deciſ. 60. n. 1.*

9 Sextò Actuarius qui retinet pęnès ſe ioformationes, & non apponit diem io receptione Teſtium, nec regiſtrat, ſi in loco capiæ informationis adeſt archivium, puoitur tanquam falſarius; nam eſt conjectura doli, quando quis non facit, quòd pro ſuo officio facere teoetur, & eſt locus torturæ contra talem actuarium, ut practicavit M.C. teſte *Sanf. deciſ. 60. num. 4. verſ. tanquam falſarios.*

10 Septimò Actarius non poteſt revelare parti ſecreta informationis, oec illi accomodare pro-
11 ceſſum informativum, *prag. 27 §. 22. de offic. M. C.* & in caſu contrario tenetur pœna falſi, prout ità practicatum fuiſſe per *Reg. Rov.* teſtatur *Sanfel. deciſ. 60. in fin. & per totam, Ang. de Peruſ. tract. de Teſt. num. 17. fol. 98. Mele ad Gizzarel.*
12 *deciſ. 24. n. 48.* ſic Actoarius Sindicatus, qui pendente termino ad porrigendum, demooſtrat ſindicando, & partibus querelas, tenetur pęna falſi, quia illas debet tenere in ſecreto, *Carrab. rab ſing. 4. Mel. ad Giz. deciſ. 24. num. 50.*

13 Octavò Actuarios, quia pecuniam accepit, aſſerendo recipere partem, ut Iudici daret, & partem in ſoi commodum converrendo, promitteodo cvantum negotii, qood erat io Iudicis poteſtate, puoitur pęna exilii, extra Provinciam, & privatur officio, *Sanfel. deciſ. 45.*

14 Nonò ſi aliqois fuit condemnatus ad triremes, & Actuarius extorquet ab inquiſito aliquã pecuoiarum ſummam, ſub falſo prætextu velle eam dare Iudici, ne ad mortem cum condemnaret, tempore quo jam erat coodemnatus reus ad triremes, ſed hoc ignorabat, & timebat, ne ad mortem damoaretur, fuit punitus pœna triremium, & amiſſionis officii, *Farin. conſ. 5.*

15 Decimò Actuarius debet ſcribere iotegrè dicta teſtium, non verò diminutè, & omittere id quòd facit contra fiſcum, *Nig. in Cap. Si eum ſceleratis, num. 37. Clar. q. 23. in princ. Carav. rit. 234. num. 4. Ambroſ. in proc. infor. lib. 1. cap. 2. n. 8. Cartar. de exeq. ſent. cap. 2. num. 26. & 27. Ludov. dec. Luc. 13. num. 64.* & adſunt *prag. 4. prag. 21. §. item quia, & prag. 27. §. 50. de offic. mag. Iuſt.*
16 & contrafaciens punitur pęna falſi, tanquam occultans veritatem, *Ambroſ. loc. cit. num. 11. Guaz. ad def. reor. def. 14. cap. 2. num. 5. Macerat. var. lib. 3. reſol. 36. num. 8.* & adeſt *d. pragm. 27. §. 50. eodem.* & ultra pœnam falſi ponitur Actuarius arbitrio Proregis, ut per *Cap. De gratiis,* relatum à *Rovit. in prag. 4. num. 1. de offic. mag. Iuſt.* excepto ſi adeſſet vehemens ſuſpitio ſuborna-
17 tioois teſtis; nam tuoc Actuarius, ſive Iudex, ne decipiantur à teſte, antequam ei deferant iuramentum, & redigaot depoſitionem in ſcriptis, ſi ex ioterrogatoriis teſti datis cogooſcent illum fuiſſe ſubornatum, poſſunt teſtem dimittere, non accepta illios depoſitione, *Clar. q. 23. in princ. Farin. q. 74. ſub num. 16. Guaz. def. 14. cap. 2. num. 1. Zuff. de legit. proc. q. 189. num. 7. Conciol. reſ. crim. verb. Iudex, reſ. 11 nu. 6.*

18 XI. Actuarius electus examinator in cauſa civili ſi aote publicatiooem proceſſus oſtenderit articulos, vel examen parti adverſæ, tenetur pęna falſi, *Paris de ſind. rub. de exceſ. Advoc. Gallup. in recenſ. p. 2. prax. S.C. cap. 23. num. 14. fol 205. Carrab. ſing. 4.*

19 XII. Actuarius occoltans librum maodatorum, vel obligationom, vel contumaciarum; ità quòd oon appareat veritas, tenetor pęna falſi, *Theſaur. deciſ. 171. Carrab. de ſind. p. 2. num. 154.* & Actuarii de Iure Regni debent facere librũ,
20 & ibi aonotare omnia acta, banoa, & commiſſiooes, ut ex *ritu* allegato à *Nig. in Cap. Novis motibus, n. 32.*

21 XIII. Actuarius laceraos, vel comburens aliqoam ſcripturam de actis teoetur pœna falſi, *Carrab. d. num. 154.*

22 XIV. Actuarius non debet ſcribere acta, & ioformationes in cartulis, & medio folio, vel in carta vili, qoia redditur ſuſpectus de falſo, *Bald. in l. contractus, col. 3. verſ. & adde, C. de fide inſtr. Nig. in d. Cap. num. 33.*

23 XV. Actuarius qoi falſificat acta tenetor pęna triremium vita duraote, *Gram. deciſ. 27. & in Conſt. Qui litteras, num. 3. Baiard. ad Clar. §. falſum, num. 187. Urſ. dec. 404. num. 1. Ital. de im-*

mun.

mun.Eccl.lib.1.cap.5.§.7.num.43. Ricc.coll.dec. 1830.*&* 2176.

S V M M A R I V M.

1 *Administratores Universitatum dicũtur habere officium.*

2 *Post depositum efficium tenentur stare sindicatui de his,quo ex causa efficii administraverunt.*

3 *Sindicus successor tenetur infra mensem,a die quo fuit creatus Sindicus, exigere computa à Sindico pradecessore.*

4 *Sindicus qui in usum proprium applicavit pecuniam Universitatis incidit in crimen*, l.Iuliæ de residuis.

5 *Quam pœnam evitat si expendit pecuniam Universitatis in aliam causam licitam,licèt non in destinatam.*

6 *Vel si sibi approprias pecuniam Universitatis, quam impendit pro utilitate eiusdem Universitatis.*

7 *Sindicus representat Universitatem,& potest facere ea omnia, qua ad Universitatem spectant.*

8 *Potest carcerari pro debito functionum fiscalium.*

9 *Dom.D.Franciscus Moles Reg. Cancel. Regent laudatur.*

10 *Cives an possint carcerari pro debitis Universitatis?*

11 *Exequutio, non potest fieri extra territorium super bonis, & animalibus Civium pro debito Universitatis.*

12 *Sindicus non potest,absque mandato Electorum, exigere pecunias a gabellotis,nec illas expendere,alias punitur.*

13 *Nisi summam carolenorum quinque.*

14 *Si tamen absque mandato Electorum solvit, & dat lucida computa,non tenetur pœna aliqua.*

15 *Non potest concedere dilationem ad solvendum debitoribus Universitatis.*

16 *Non potest cum Electis se congregare pro donando sine facultate in scriptis S.E.*

17 *Nisi pro donando Principi,vel Baroni pro camera reservata.*

18 *Non potest participare in locatione gabellarum Universitatis.*

19 *Quomodo debet solvere Creditoribus pecunias Universitatis.*

20 *Non potest vendere fructus immaturos sub pœna.*

21 *An possit obligare Universitatem?*

22 *Significatoria expedita contra Sindicum per Rationales electos pro redditione computorum exequutioni demandantur non obstante appellatione.*

23 *Sindici bona sunt tacitè hypothecata Universitati.*

24 *Sindicus potest conveniri pro revisione computorum coram Iudicibus ordinariis ad instantiam creditorum tantùm.*

C A P U T XVII.

De sindicatu electorum.

1 ADministratores Universitatum, etiam dicuntur habere officium; *Capiblanc. in rubric. de Baronib. num.* 63. sed largo modo, quia strictè sub nomine Officialis continentur solùm illi, qui habent jurisdictionem, *Carav.rit.*9.*nu.*
5.unde dicti Administratores tenentur post de-
2 positum officium stare sindicatui, de his quæ
ex causa officii administraverunt,nam per *prag.*
3 5.§.12. *de adm.Univ.*cavetur, quòd Sindicus
successor tenetur infra mensem à die, quo fuit
creatus Sindicus exigere computa à prædeces-
saotur esse de regimioe, ut fuisse decisum per S.
C. testatur *Capibl. de Baron. prag. 10. num. 127.*
104 Sextò inhsbiles, & infirmi longo morbo ex-
cusantur, *l. 2. §. quem ita, & l. penult. ff. de vacat.
muner. Capibl. loc. cit. num. 123.* & fuit decisum
105 per S. C. io causa particulatium Terræ Molæ,
io bsoca de Martino, ad relationem Dom. D.
Troiani Miroballi, Patritii Neapolitani, & Du-
cis Campimelis, tonc temporis Regii Consilia-
rii doctissimi, & acutissimi ingenii, nunc verò,
propriis meritis, Reg. Cancell. Regentis dignis-
simi, Viri siogularis virtutis, generis splendoris,
ac vitæ iotegritatis conspicui.
106 Alios casus, in quibus potest quis se excusa-
re à talibus muneribus publicis, videas apud
Cabed. decis. 84. p. 2. & Fontan. loc. cit. à n. 146.

DE MODO PROCEDENDI AD MODVM BELLI TITULUS NONUS

R V B R I C A.

S V M M A R I V M.

1 *Regia Audientia procedunt ad modum belli.*
2 *Ob quam causam talis potestas concedatur?*
3 *Fundata est in rationabili causa.*
4 *Est odiosa.*
5 *Per qua verba concedatur?*
6 *Verba militari modo, & ad modum belli quid importent?*
7 *Modus belli quid sit? & n.20.*
8 *Modus belli, & modus militaris in quo differant?*
9 *Regia Audientia quando procedunt ad modum belli dicuntur procedere potestate Regia.*
10 *Modus belli quando de jure communi originem habuit?*
11 *In quibus delictis poterat practicari.*
12 *Remansit penès Principes Superiorem non recognoscentes.*
13 *Ipsis competit in signum suprema, & absoluta potestatis.*
14 *Solus Princeps potest talem potestatem communicare.*
15 *Est contra Iuris dispositionem.*
16 *Modus belli in quibus casibus possit exerceri per Reg. Aud. absque speciali ordine Proregis.*
17 *In Regno viguit tempore Imperatoris Federici Secundi.*
18 *Contra quos delinquentes poterat exerceri, & nu. 19.21. & 22.*
20 *Flagrantia delicta qua sint?*
23 *Potestas procedendi ad modum belli in M.C. vocatur praeminentia torquendi ex processu informativo.*
24 *In quo differant inter se?*
25 *Modus procedendi ad modum belli diversimodè appellatur in diversis Mundi regionibus.*
26 *Illata tortura, cessat praeminentia torquendi ex processu informativo.*
27 *Potestas ad modum belli in M.C. appellatur delegatio.*

1 Ctava Præeminentia Regiarum Audientiarum, est procedere ad modum belli, & levato velò: etenim Prorex pro quiete publica, & ad finem extirpandi bannitos, & malefactores, Regni tranquillitatem perturbantes, tribuit Regiis Audientiis talem potestatem talitèr procedendi,
2 *Pont. de potest. Proreg. tit. 1. §. 4. num. 1.* & præcipua causa, ob quam movetur ad concedendam talem auctoritatem fundatur in incorrigibili sceleratorum audacia, quæ non patitur Regnū esse quietum, & transitum esse sicurum, ex *tex. in l. 2. C. de his qui latr. & in cap. notandum, 23. q. 2. Lucas de Penna in l. 1. C. ut armor. usus, lib. 11. Bajard. ad Clar. q. 64. num. 118. Gram. decis. 36. num. 1. Cavalc. de brach. Reg. p. 1. num. 127. Burg. de mod. proc. ex abrupt. q. 10. num. 3. Iul. Mastr. in alleg.* inserta per *Scagl. post prag. 1. num. 30.* &
3 tanquam fundata in tali rationabili causa valet concessio talis potestatis, aliàs uti sine ratione esset reiicienda, ad *tex. in Auth. ut nulli Iud. §. 1. cap. 1. 9. dist. cum concord.* alleg. *per And. in prælud. feud. num. 24. & 25. Mastr. d. alleg. 1. num. 19.*
4 Sed dicitur modus odiosus, mirabilis, & terribilis, *Cartar. de exeq. sent. cap. ban. in præfat. nu. 23. Ball. de quæst. q. 10. nu. 7. & seqq. Burg. quæst. 13. num. 31. Rocc. de offic. rub. de offic. com. gen. rub. 15. num. 30.*
5 Conceditur talis potestas procedendi ad modum belli per Proreges Gubernatoribus Provinciarum, his verbis, *Procedas ad modum belli, & militari modo, levato velo, sola facti veritate inspecta, Grand. de bell. exul. fol. 17. num. 5. Ursill. ad Affl. dec. 391. in princ. Pont. de potest. Proreg. tit. de provis. fier. sol. §. 4. in princ. Muscat. in prax. crim. tit. de privileg. fur. num. 24. Iul. Mastr. d. alleg. 1. num. 3.* ejusque formulam ponit per extensum, *R. Cacac. in 2. alleg.* inserta per *Scagl. fol.*
6 305. quæ verba militari modo, & ad modum belli, civilitèr intellecta important liberum arbitrium, *Grand. præd. substantia, q. 2. num. 5. præd. quando, q. 1. num. 3. & præd. pati, q. 3. spec. 1. Cacac. d. alleg. 2. num. 125.* cum modus belli sit potestas
7 per Regni Proreges delegata Præsidi Provinciali, & in ejus absentiam Regiæ Audientiæ, ut procedant nomine Principis, appellatione remota,
Pa-

Parif.de findicat.verb.Latrc,cap.1.num.2. Rocc.
de offic. tit. de offic.Comm. gener.rub.15.num.25.
Danza de pugn.DD tit.de potest ad mod.bell.cap.
2.num.15.Campan.de forjud. resol. 12. *num.*10.
8 *in fin.* & vocatur poteſtas ad modum belli, &
militari modo,nàm modus belli exercetur con-
tra Bannitos captos in actu pugnæ, tempore
quo Præſes pugnat cum illis, eoſque perſequi-
tur extrà reſidentiam,& vocatur tempus tentu-
rii,& modus militaris contra captos, dùm Præ-
ſes reſidet, qui ducuntur ad carceres diligen-
tia militum campaneæ, *Grand. de bell. exul.*
*prad.de fubft.quest.*2 *num.*2.& 3. & quãdo Præ-
9 ſes, & Regiæ Audientiæ procedunt ad modum
belli,dicuntur procedare Regia poteſtate, *Bor-*
rell.de compromiff.§.7.glof 3.*num.6.*
10 Originem habuit talis poteſtas procedendi
ad modum belli, quando populus Romanus in
initio ſuæ fundationis ſine certa lege, & impe-
rio vivebat, de qua mentionem facit *I.C. in l.2.*
ff.de orig jur. Natta in Clem. ſepè, de verb. ſignif.
Parif.de find.verb. Arbitrium,cap.2. Menoch.de
arbitr.lib.1.quaſt.7.& 8. Iul. Maſtr. d.allegat.1.
num. 5. & 6. & practicabatur in delictis enor-
11 mibus, videlicèt contra graſſatores, latrones
publicos, & alios pro criminibus diffamatos,
Boſ.de ind.num.78. Gramm.conſ.64.num.13. &
conſ.17.num.16.& 17.& vot.3. num.24.& 26.
Garz.Maſtr. deciſ.191. num.4. ſed excreſcente
12 hominum malitia,qui tali poteſtate abuteban-
tur, fuit veritum,ne amplius tali poteſtate ute-
rentur, & ſolùm talis poteſtas remanſit penès
Reges, alioſque Principes ſuperiorem non re-
cognoſcentes, *Caval.de brach.Reg.par.2.num.38.*
13 *& par.3.num.27. Burg.quaſt.1.num.3.& quaſt.*
27. ipſiſque competit in ſignum ſupremæ, &
abſolutæ poteſtatis, *Afflict. in cap.1. quæ ſint re-*
gal.num 87.*in* 81. *ſpec. & in deciſ.* 36. *num.*12.
14 *Theſ.deciſ.*15. *num.*6. Undè ſolus Princeps po-
teſt talem poteſtatem alteri communicare, *Pon-*
*te de poteſt.Proreg. tit.*1. §.4.*num.*2. & 3. quia
15 procedere ad modum belli eſt contra juris di-
ſpoſitionem, quo jure attento non poteſt pro-
cedi in cauſis criminalibus, niſi juris ordine
ſervato, & ſic ſolus Princeps, vigore ſupremæ, &
abſolutæ poteſtatis, ejus oſſibus infixæ, poteſt
diſponere contra jura, *Nigr. in cap. Regn.* 272.
num.31.Surd.conſ.257.num.22. & conſ.462.nu.
6.Craſſ.de except.except.1.nu.7.Burg.quaſt.27.à
num.15.cum ſeqq.
16 Hinc eſt,quod in Regno Præſides Provincia-
les,& Regiæ Audientiæ abſque ſpeciali ordine
S.E. non poſſunt oti tali poteſtate procedendi
ad modum belli, ſed paſſim Proreges ipſis ta-
lem poteſtatem concedunt, *Pont. d.§.4. num.*1.
Rovit. in rub.de offic. Iuſt.nu.2. Thor. in addit.ad
Ioann. Grand. de bell. exul. prad. agere, verſ. Et
ità cernitur, & in C.rer.jud.cap.18.nu.10. & 11.
& elicitur ex *Pragm.* 10.§.48.*de offic.Iud.* verùm
hodiè per *Pragm.30.§.29.de exul.* omnes Regiæ
Audientiæ Provinciales, abſque alia poteſtate
eis à S.E. conceſſa poſſunt procedere ad modũ
belli in delictis commiſſis in viis publicis, in
tecaptis,& contra Bannitos.
17 Sed in Reg.talis modus procedẽdi vignit tẽ-
pore Imp.Federici II.qui *in Conſt. Iuſtitiarii nõ*
per Kalendas, mandavit, quòd Iuſtitiarii caſti-
gare deberent notorios malefactores pœna le-
gitimæ ſeveritatis, omiſſis ſolemnitatibus, &
dilationibus, & *Afflict.in d.Conſtitut. §. cauſas,*
*num.*3. & 4. dicit, quòd Iuſtitiarii Provinciarũ
contra notorios malefactores procedebant ju-
ris ordine non ſervato, quòd idem eſt, ac quòd
18 procedebant ad modum belli, qui aliud non
eſt, niſi procedere juris ordine non inſpecto,
abſque ordine ſolemnitatum concernentium
ordinatoria judicii, requiſita in cauſis crimi-
nalibus, *Caravita rit.259.num.10. Chart.deciſ.*
39.num.18.Cavalcan.de brach.Reg. par.1. num.
179. in fin. Milan.deciſ.20.num.22.lib.1. Burg.
quaſt.3.num.10.
19 Sed non paſsim, & contra omnes delinquen-
tes taliter procedi poterat, ſed tantùm contra
notorios malefactores, flagrantia delicta pa-
20 trantes, & idem *Afflict. in d. Conſtitut. non per*
Kalendas, explicat, quæ ſint flagrantia deli-
cta, videlicèt famoſa latrocinia, commiſſa per
famoſos latrones, furta commiſſa per fures, qui
nulla excuſatione poſſunt furta celare, aggreſ-
ſores ſtratarum publicarum, homicidas publi-
cos per nemora, vel alibi latitantes, ob conſciẽ-
tiam ſuorum criminum, & dixit *Luc.de Penna*
*in l.1.num.23.cum ſeqq. C.nè ruſtic.lib.*10. quòd
21 poteſtas ad modum belli non intrabat, niſi cõ-
tra latronem publicum ab omnibus cognitum,
& judicatum incorrigibilem, & contra notorios
malefactores, & diffamatos pro foraſciris, *Mar-*
ſil.in prax.crim. §. aggredior, num.34. Foller.in
Pragm.de forjudicat.num.9. Iul. Maſtr.d.alleg.1.
22 *num.27. cum ſeqq.* & Rex Robertus in *cap. Diù*
jam, ſtatuit, quòd Iuſtitiarius Provinciæ Prin-
cipatus contra famoſos diſrobatores ſtratarũ,
& homicidas publicè diffamatos, procedere po-
terat juris ordine non ſervato, ſolùm habendo
Deum præ oculis, hodiè verò in quibus deli-
ctis Regiæ Audientiæ poſſint procedere ad mo-
dum belli, dicemus hoc *tit.cap.*1. ac proindè il-
23 la poteſtas torquendi reos ex proceſſu infor-
mativo, quæ in M.C.V. vocatur præeminentia,
in Provinciis vocatur poteſtas ad modum bel-
24 li, *Maſtr.d.alleg.*1. in Ciſalpina Gallia, & in
Statu Mediolani vocatur brachium Regium, in
Regno Siciliæ modus procedendi ex abrupto,
& in aliis Mundi Regionibus diverſimodè nũ-
25 cupatur, ſed verè adeſt differentia inter præ-
eminentiam M. C. V. torquendi ex proceſſu in-
formativo, & modum procedendi ad modum
26 belli; ſiquidem præeminentia M. C. V. durat
uſque ad torturam, eaque illata ceſſat, & in
cauſa proceditur ordinariè uſque ad ſententiã,
dato competenti termino, & admiſſa appella-
tione, *Nigr.in cap.ſi cum ſceleratis,in fin. Carav.*

rit.259.num.10.Mastril.d.alleg.1.nu.8.

27 Vndè meliùs dici potest, quòd illa præeminentia, quæ in Regiis Audientiis vocatur ad modum belli, in M.C.V. vocatur delegatio, in casibus in quibus procedit ex delegatione, *Calà de praemin.M.C.V.c.19.n.5.*

SUMMARIUM.

1 *Ante Regiam* prag.10.§.48.de off.Iud.*pro quibus delictis poterat procedi ad modum belli?*

2 *Hodiè virtute dicta* prag. *in quibus delictis potest procedi ad modum belli.*

3 *In omnibus Mundi regionibus, in quibus viget usus procedendi ad modum belli, sunt taxata delicta, in quibus talis potestas potest exerceri.*

4 *Potestas procedendi ad modum belli, non potest exerceri, nisi in delictis taxatis.*

5 *Ante omnia est videndum de Iudicis potestate.*

6 *Preses, & Regia Audientia procedentes ad modũ belli in aliis delictis non taxatis à* Reg. Prag. *tenentur in sindicatu.*

7 *Etiam si delicta sint atrociora illis, in quibus talis potestas fuit concessa; nam tali casu debent certiorare S.E.*

8 *Prorex Reg. Neap. potest concedere potestatem procedendi ad modum belli.*

9 *In omnibus repræsentat personam Regis, & dicitur alter Ego.*

10 *Solus titulus delicti non est sufficiens ad exercendam potestatem procedendi ad modum belli, sed requiruntur inditia ad torturam.*

11 *In criminalibus non attenditur titulus, sed rei veritas.*

CAPUT I.

Potestas procedendi ad modum belli in quibus delictis locum habeat?

1 ANtequam per Reg. *prag.*10. §.48.*de offic. Iud.* fuissent taxata delicta, in quibus Prędides, & Regiæ Audientiæ poterant exercere potestatem procedendi ad modum belli, non poterant talem facultatem exercere, nisi contra notorios latrones, & malefactores, & contra diffamatos pro forasciti, *Marsil.cons.7 nu.52.& in pract.crim.* §.*aggredior, num.34.Foller.in prag.de forinud. nu. 9.Luc.de Pen.in l.1.num.23.cum seq.C.ne rustic. lib.10. Iul. Mastr.in alleg.* inserta per *Scagl. post prag.1.à num.27. cum pluribus seqq.* & diximus sup. *in rub.huius tit.n.21.*

2 Supervenit *d.prag.*10.in qua in §.48.enumerantur delicta, in quibus possunt Gubernatores Provinciarum, & Regiæ Audientiæ procedere ad modum belli, his verbis.

Nelli furti, che si commettono in campagna, & strada publica.

L'incendii, così di case, è pagliare, dentro, ò fuor luoghi habitati, come di selve, di boschi, di seminati, ò di vittuaglie reposte nell'aree, purche siano appensatamente fatte, e non casuali.

Li recatti, ancorche non esatti, purche si sii venuto ad atto di sequestrare la persona in parte remota, asportandola de loco ad locum.

L'armare per la campagna con armi prohibite, à modo di forasciti, in committiva, e numero di quattro persone almeno, quando però col detto armare commetteranno delitto; ancorche prima non si ritrovassero inquisiti d'altro delitto, etiam che non siano pigliati in fraganti, con le dette armi, così se armeranno dentro, come fuor di strada.

Li ratti violenti fatti in campagna a Donne di qualsivoglia conditione.

Li delitti, che si cõmetteranno more pirat. in mare.

Comprendendo in tutti li casi predetti, etiam li cõplici, & per novis *prag.*30.§.29. *de exal.* Reg. Audientiæ Provinciales possunt procedere ad modum belli in delictis commissis in viis publicis, in recaptis, & contra bannitos.

3 Quemadmodùm in aliis Mundi regionibus, ubi talis modus procedendi viget, licèt alio vocabulo appelletur, sunt taxata similitèr delicta, in quibus potestas exerceri potest, pro ut in Reg. Siciliæ, ut testatur *Maur. Burg. de mod. preced.ex abrup. q.23.*& alibi, ut ex *DD.*ab eod. *Burg.* relatis *d.q.23.*

4 Undè præter casus, & delicta, in quibus est concessa potestas taliter procedendi facultas non extenditur; nam ante omnia de Iudicis potestate est videndum, quæ est lapis angularis judicii, aliàs quid quid geritur coram eo est

5 nullum, etiam parte non opponente, *Cartar.de exeq.sen.cap.ban.in præfat. num.113. Far. q.11. num.46.Gratia.decis.*144.*n.*19. & si in aliis de-

6 lictis, præter expressis Regiæ Audientiæ procedunt ad modum belli, tenentur in sindicatu, *Ball.de sind.quest.5.num.9. Burg.quæst.86.num.*

7 12.etiam si delicta sint atrociora illis, in quibus fuit concessa potestas procedendi ad modum belli; nam tali casu *pragm.* iubet debere certiorari S.E.ad quem spectat concedere talem

8 facultatem, quia conceditur in signum supremæ, & absolutæ potestatis, *Afflict.in cap.1.quæ sint regal.num.87. in 81.spec.& decis 36. nu.12. Peat.de pot.proreg.tit.1.§.4 num.3. Thes.dec.15. num.6.* quæ residet penès Regem, *Cavalc. de brac.reg.p.3.num.27. Burg. q.27.* & pœnès Pro-

9 regem Neapolitanum, qui in omnibus Regis personam repræsentat, & dicitur alter ego, *Boss.de Princip.num.87. Franch. decis.165.num. 2.Crass.de excep.excep.1.à n.43.cum seqq.*

10 Sed non credas, quòd solus titulus delicti, in quo est concessa potestas Præsidi Provinciali, &

Re-

Regiis Audientiis procedendi ad modum belli sit sufficiens, ut ipsi possint talem potestatem exercere; nam requiritur quòd contra reum præcedant inditia ad torturam, aliàs cum solo titulo delicti non potest interponi decretum, quòd procedatur ad modum belli, *Burg. quæst. 47 num. 7. usque ad num. 10. Mastr. d. alleg. 1. n. 39. vers. si nulla*, quòd ea ratione fundo, quia

11 in criminibus non titulus, sed rei veritas est attendenda, *l. famosi, §. hoc tamen crimen, ff. ad l. Iul. Majest.* latè *Prat. obs. 79.* & ad propositum dicit *Gram cons. 1. post decis. num. 55.* quòd si per aliquod statutum sit cautum, quòd omnes assassini exfractent à Regno, quòd illi debent exfractare, qui verè sunt tales, non autem per solum titulum, & *Garz. Mastr. de indul. cap. 29. num. 19.* dicit, quòd in terminis statuti Regni Siciliæ, ubi excluduntur ab indulto Assassini, & Proditores, quòd excludendum aliquem ab indulto non sufficit solus titulus Proditoris, vel Assassini, sed requiruntur inditia ad torturam, & quòd ad tribuendam iurisdictionem in procedendo non sufficiat solus titulus delicti, sed requirantur inditia ad torturam, fundant *Merlin. contr. for. cen. 1. cap. 40. de Marin. res. quotid. lib. 2. cap. 232.* alia suadet ratio, quia cum potestas procedendi ad modum belli sit concessa in casibus limitatis, ante omnia est probanda qualitas requisita, aliàs dispositio non potest habere locum, in puncto *Burg. de med. proced. ex abrup. q. 2 a. à num. 4. cum seqq.* qui citat *Farin. & Tusc.*

SUMMARIUM.

1 *Pœna furti quæ sit de Iure communi? & n. 2.*
3 *Quæ de Iure Regni? & nn. 4. & 10.*
5 *Homo non debet occidi propter bona.*
6 *Federicus Imperator quare fecit pessimam mortem?*
7 *Pœna mercationis in fronte pro furto infra augustalem non practicatur.*
8 *Statutum imponens pęnam mercationis in fronte pro furto est invalidum.*
9 *Pęna amputationis manus pro furto ultrà augustalem non practicatur.*
11 *Valor plurium furtorum ab uno commissorum, an possit uniri ad faciendam unciam?*
12 *Plura delicta pluribus pœnis punienda sunt.*
13 *Fures tenentur insolidum uti principales ad pęnam furti, & n. 14.*
15 *Dummodo furtum fuerit commissum præcedente tractatu, & appensamento.*
16 *Appensamentum in furto in dubio non præsumitur.*
17 *Qualitates aggravantes furtum diversum effectum operantur de Iure communi, quam Regni.*
18 *Furtum magnum de Iure communi non punitur pęna mortis.*
19 *Contrarium est de Iure Regni.*
20 *Furtum magnum quando dicatur?*
21 *Valor rei furatæ ad finem condemnandi Reum pœna ordinaria debet constare per apprætium factum per expertos, & n. 24.*
22 *Non verò per assertionem dispobati, vel Testium examinatorum super delicto in genere.*
23 *Delictum in genere in furto, quod non relinquit vestigia, probatur præsumptionibus, & conjecturis.*
25 *Revisio competit Reo ob apprætio facto ab expertis valoris rei furatæ.*
26 *Furtum commissum cum fractura domus, vel discassatione, de Iure communi non punitur pœna mortis.*
27 *Contrarium est de Iure Reg.*
28 *Quomodo tali casu debet esse fractura?*
29 *D. Philippus Vignopiana, Advocatus Fiscalis M.C.V. laudatur.*
30 *Publica quies non turbatur ex levi fractura domus.*
31 *Furtum commissum cum barbis, vel clavibus adulterinis, quando in Regno puniatur pœna mortis.*
32 *Nox quando dicatur?*
33 *Delictum factum in crepusculis dicitur factum de die.*
34 *Factum de sero dicitur factum de die.*
35 *Furtum commissum cum scalatione de Iure communi non punitur pęna mortis.*
36 *Quid de Iure Regni?*
37 *Qualitas quæ facit transire furtum in aliam speciem gravius punitur.*
38 *Sacrilegii species quot sint?*
39 *Sacrilegium quod committitur in re, aut loco sacro quotuplex sit?*
40 *Res sacra quæ dicantur? & n. 48.*
41 *Furtum cum qualitate sacrilegii propriè sumpti qua pœna puniatur de Iure communi, quâ de Iure Regni, & n. 45. & 47.*
42 *Quid si furtum fuit modicum?*
43 *Impugnatur* decis. Santel. 243. num. 6.
44 *Furtum cum qualitate sacrilegii, impropriè sumpti, non punitur pęna mortis.*
46 *Pęna capitalis imposita per legem pro aliquo delicto non intelligitur de morte.*
49 *Abigeatus crimen quando committatur?*
50 *Quæ sit eius pœna?*
51 *Crimen peculatus, & de residuis in quo differant?*
52 *A quibus committantur?*
53 l. Iuliæ repetundarum *a quibus committatur?*
54 *Perceptores Provinciarum tenentur exigere introitus fiscales, & illos distribuere.*
55 *Non possunt negotiare cum pecuniis fiscalibus sub pęna privationis officii.*
56 *Omittentes facere exactionem suo tempore, quâ pęna teneantur? & n. 57.*
58 *Capserius surripiens pecuniam banchi tenetur pœna furti.*
59 *Pœna* l. Iuliæ peculatus, *quæ sit de Iure communi? & n. 61.*

62 *Quæ*

61 *Qua de Iure Regni?*
60 *Pœna* l.Iuliæ de residuis *qua sit?*
63 *Pœna imposita per statutum abrogat pœnam Iuris communis.*
64 *Furtum commissum de nocte graviùs punitur.*
65 *Furantes de nocte transeũtibus in plateis, si furtum fuit minimum, qua pœna teneantur de Iure Regni?*
66 *Insultus non potest dari absque appensamento.*
67 *Appensamentum est probandum per fiscum.*
68 *Delictum quando dicatur præmeditatum?*
69 *Animus deliberatus requirit spatium.*
70 *Vis necessariè requirit arma.*
71 *Bannum promulgatum ob aliquam necessitatem illa cessante non habet locum.*
72 *Statuta continentia pœnas rigorosas promulgantur potius ad terrorem.*
73 *Inventus cum scalis in collo de nocte in hac Civitate qua pœna puniatur? & n.74.*
75 *Qualitas scalationis ad finem violandi honestatem non meretur pœnam mortis.*
76 *M.C.V. procedit uti delegata in furtis commissis in hac Civitate, ejusque suburbiis.*
77 *Et in commissis in districtu huius Civitatis.*
78 *Non procedit uti delegata contra fures, qui alibi furati sunt, & rem furatam Neapoli transtulerunt, & n.80.*
81 *Nec contra ementem rem furatam in Civitate Neapol.*
82 *Nec in furtis commissis in casalibus hujus Civitatis.*
79 *Fur ratione contrectationis potest puniri in loco, ubi fuit captus.*
83 *Fur pro tribus furtis magni valoris de Iure communi punitur pœna mortis, quid de Iure Regni, & num.89.& 90.*
84 *Consuetudo delinquendi aggravat delictum.*
85 *Qua inducitur per sententiam antecedentem, & num.94.*
86 *Etiam si fur fuit pro antecedentibus furtis punitus levitèr.*
88 *Non inducitur si de primis furtis fuit fur absolutus.*
87 *Furtum unicum reputatur si quis eodem tempore furatur plures res.*
91 *Fur pro primo furto condemnatus mediante sententia signatur in spatulis candenti ferro equino, & si postea inquiratur de alio furto, pro quocumque inditio transmittitur ad triremes per decennium, vigore* pragm.11. §.6.de empt.& vend.
92 *Quòd fures signentur in spatulis recessit ab Aula.*
93 *In terminis* d.Pragm. *requiritur sententia pro primo furto.*
94 *Non sufficit si fur pro primo furto fuit concordatus ad triremes.*
95 *Vel si pro primo furto fuit condemnatus pœna extraordinaria.*
96 *Nec si pro pluribus criminibus fuit condemnatus, inter quæ adfuit furtum.*
97 *Infamis ob delictum quando quis fiat?*
98 *Inditium quod producitur contra furem pro secundo furto in terminis* d.Pragm.11. *debet esse ad torturam, & n.101.*
99 *Tortura quando possit inferri de Iure communi?*
100 *Quando de Iure Regni?*
102 *Inditium in terminis* d. pragm. 11. *debet esse legitimè probatum.*
103 *Sufficit unicum inditium proximum, & n.105.*
104 *Debent concurrere duo inditia remota.*
106 *Inditia in terminis* d.pragm. *debent esse legitimè probata.*
107 *Inditium proximum quando dicatur legitimè probatum?*
108 *Inditium remotum probatur per duos Testes omni exceptione maiores, & n.109.*
110 *Consuetudo delinquendi facit contra solitum delinquere inditium ad torturam cum aliis adminiculis.*
111 *In terminis* d.pragm.11. *nihil operatur.*
112 *Furtum aggravatur si fuerit commissum in strata publica.*
113 *Via publica sunt sub protectione Regis, & num.127.*
114 *Furtum commissum in via publica punitur pœna mortis.*
115 *Debet esse magnum de Iure communi, quid de Iure Reg.n.119.*
116 *Debet esse factum cum violentia.*
117 *Debet esse appensatum.*
118 *Debet esse commissum cum armis.*
120 *Regia Audientia procedunt ad modum belli pro furtis commissis in campanea, & in via publica.*
121 *Nec est necesse quòd fur sit publicus latro.*
122 *Pro unico furto commisso in campanea, & in via publica intrat potestas procedendi ad modum belli, & n.125.*
123 *Disrobator stratarum quis dicatur? & n.140.*
124 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
126 *Pro furto commisso in via publica, absque appensamento, non potest procedi ad modum belli.*
127 *Qualitates requisita a statuto ante omnia sunt probanda.*
128 *Pro furto commisso in campanea, sed extra viã publicam, non potest procedi ad modum belli.*
129 *Nec pro furto commisso in illa via publica, quæ ingreditur plateam.*
130 *Nec pro furto commisso in taberna sistente in via publica.*
131 *Furantes in taberna sistente in via publica valorem decem carolenorum puniuntur de Iure Regni pœna mortis.*
132 *Pro furto incepto in via publica & consummato extra viam publicam, potest contra furem procedi ad modum belli.*
133 *Pro furto commisso in via publica absque appensamento non intrat potestas procedendi ad modum belli.*
134 *Nec pro furto commisso in via publica absq; armis.*

135

135 *Quilibet Iudex capiens publicos latrones, & disrobatores viarum, potest illos cognoscere.*
136 *Publicus latro, & viarum disrobator differunt.*
137 *Publicus latro quis dicatur..*
138 *Quæ debeant concurrere, ut quis dicatur publicus latro?*
139 *Rapina quid sit?*
141 *Baroni denegatur remissio vassalli inquisiti de unico furto commisso in via publica.*
142 *Curia qualibet capiens publicum latronem, vel disrobatorem stratarum ipsa cognoscit, & quando hoc procedat? n.148.*
143 *Plures delinquentes capti à diversis Iudicibus à quo sint puniendi?*
144 *Continentia causæ non datur in criminalibus.*
145 *Dubitatur* de decis.273. Sanfel.
146 *Inquisitus de pluribus delictis in Reg. And. & in Curia inferiori, à quo debeat cognosci? & num.147.*
149 *De recaptu cognoscitur à quolibet Iudice capiente.*
150 *Publici latrones, & viarum grassatores non gaudent immunitate Ecclesiastica.*
151 *Committens unum furtum in via publica gaudet immunitate Ecclesiastica.*

CAPUT II.

De Pœnis contra cõmittentes furta, & quando contra eos possit procedi ad modum belli?

1 PRo crimine furti de Iure cõmuni non imponitur pęna mortis, sed Iudici arbitraria, attenta furti quantitate, ac personarum qualitate, *l.fin ff. de furt. Auth. sed novo Iure, C. de serv. fugit. Gomez. var. lib.3. cap.5. sub num.9. Clar. §. furtum, sub n. 8. Cabal. resol. crim. cas.172. num.6. Franc. decis. 315. num.1. Farin. q.167. nu.33. cum seqq. Pegu. decis.16. num.3. decis.26. num.4. & decis.27. nu. 1. Vermigl. cons.270. num.2.* & tenetur etiam fur
2 ad restitutionem rei furatæ, sublata in hoc quovis distinctione furti manifesti, & non manifesti, quæ recessit ab Aula, *Gomez. d. cap 5. num.4. in fin. Farin. d. q.167. num.18. Cabal. d. cas.172.*
3 *num.6.* De Iure vero Regni pro furto infra augustalem, per *Cap. ad hoc* imponitur pęna fustigationis, mercationis in fronte, & exilii, ultra augustalem, infra unciam pęna amputationis manus, ultrà verò unciam pęna mortis, quòd
4 *Cap.* uti promulgatum suadente necessitate, tempore quo totum Regnum tumultuabat, tanquam nimis asperum fuit mitigatum, & per Collat. Consil. fuit facta decisio per modum legis, quòd vitæ ademptio non possit practicari, nisi in magno furto, vel nisi concurrant cum furto aliæ qualitates, ut putà fractura domorũ, seù discoopertio, vel clavibus adulterinis de nocte commissum fuerit, & cum aliis circumstantiis gravantibus delictum, ut puta esset commissum à personis barbis adulterinis utentibus,
5 sunt formalia verba *Gizzarel. decis.13. num.7.* nam reputatur valdè crudele, quòd homo creatus ad imaginem Dei occidatur propter bona, ut dicit ad propositum *Paris de Put. de synd. verb. crudelitas, in fin.* quòd proles Federici Im-
6 peratoris, qui statuit, quòd fur quinque solidorum suspenderetur, pessimam mortem fecit, & eius generatio non pervenit ad tertium gra-
7 dum, nec quidem pœna mercationis in fronte practicatur pro furto infra augustalem, quia dictum *Cap.* adversatur Iuri communi, quo Iure attento solum servi in facie signabantur, non verò ingenui, *l. 1. in fin. ff. de fugit.* ubi *Gothofr. lit. V.* & in *l. 13. ff. de test.* quia statutum impo-
8 nens pro furto pœnam mercationis in fronte est invalidum, *Bart. in l. cum in diversis, C. de collig. Soccin. in cap. qualiter, & quando, 2. q.4. artic. 56. de accus. Aret. de malef. in glos. verb. in facie,*
9 nec etiam servatur in practica pęna amputationis manus pro furto ultra augustalem, infra unciam, ut testatur *Gizzarel. d. num.7.* sed si est cum aliqua qualitate aggravante imponitur pęna triremium, secundùm *Muscatel. de cog. del. rub. de furt. cap.3. num.25* & tales fures vidi, vel transmitti ad triremes, vel fustigari, vel poni ad berlinam.
10 Pęna igitur mortis practicatur in Regno pro furto excedente unciam, concurrentibus qualitatibus aggravantibus, & non aliter, sed si quia
11 commisit plura furta distincto loco, & tempore, cum qualitatibus aggravantibus, verũ quodlibet furtum de per se non excedit unciam, coacervatis tamen omnibus quantitatibus furtorum excedunt unciam, existimo tali casu non posse uniri omnes quantitates cuiuscumque furti, & reum ad pęnam mortis condemnare,
12 quia plura delicta pluribus, & diversis pęnis punienda sunt, *l. nunquam plura, ff de priv. del. l. vulgaris, ff. de furt. l. Neratius, §.2. ff. eodem* præcipuè quando pœna unius delicti est compatibilis cum pœna alterius delicti: tunc enim non potest Iudex coacervare pœnas singulorum delictorum, & unam pœnam imponere pro omnibus delictis, sed tenetur cuilibet delicto, secundùm probationes, imponere pęnam separatam, *Boer. decis 81. num.10.* quem omnes sequuntur, teste *Clar. §. fin. q.84. num.2. & 4. Farin. q.22. num.2.3. & 4. Gizzarel decis.90. Cabal. resol. crim. cas.155. Carpz. in pract. crim. p.3. qu.*
13 *132. num.25.* benè tamen poterit fur puniri pęna mortis, si insimul cum aliis, cum qualitate aggravante furatus est bona valoris excedentis unciam, licèt pro eius portione devenit de bonis furatis minus uncia; nam omnes fures te-

nen-

14 nentur uti principales, & in solidum ad pœnā furti, *l. vulgaris, §. si duo, ff. de furt. l. si ità vulneratus, §. fin. ff. ad l. Aquil. Thes. decis. 254. nu. 1. 3. & seq. Cabal. cas. 198. nu. 1. & 34. Guaz. def. 33. cap. 23. num. 1. Ball. tract. crim. lib. 3. cas. 11. num. 8. Conciol. res. crim. verb. furtum, resol. 3.* Quòd

15 notabilitèr intellige, quoties furtum fuit commissum à pluribus, præcedente tractatu, & appensamento de furto committendo: fecus verò si quis casu intervenit in furto, nam tunc non tenetur insolidum, sed tantum de eo quod fecit, & pro ea quantitate, quæ pervenit in eius posse, *l. 2. §. homines, ff. de vi bon. rapt. Gram. decis. 21. num. 5. & decis. 25. num. 3. Carrer. §. homicidium, num. 10. Decian. cons. 67. num. 20. & cons. 125. nu. 9. vol. 3. Bertaz. cons. 192. & 324. Giurb.*

16 *cons. 4. num. 23.* In dubio verò potius accidentalitèr, quam appensatè quis furto intervenisse præsumitur, *Marsil. in l. fin. num. 28. ff. de fer. Boss. de homic. num. 25. & 33. Mascard. de prob. concl. 159. num. 9. & 10. & concl. 1283. num. 1. Negus. cons. 449. num. 32. Giurb. d. cons. 4. n. 17.*

17 Et quia qualitates aggravantes furtum diversum effectum operantur de Iure communi, quam de Iure Regni; si quidem de Iure communi augent pœnam, sed regularitèr non inducunt ad pœnam mortis, quòd contrarium est de Iure Regni, iuxtà sensum Regnicolorum, ideò videndum est de qualitatibus aggravantibus furtum, tàm de Iure communi, quàm de Iure Regni, ac de eatom effectibus.

18 Prima qualitas aggravans furtum est quantitas rei furatæ: nam furtum magnum de Iure communi graviùs punitur, sed non punitur pœna mortis, *Gomez. d. cap. 5. num. 7.* aliique plenè manu adducti à *Farin. quæst. 148. num. 47. Fach. contr. Iur. lib. 9. cap. 91. Giurb. cons. 68. n. 24.*

19 De Iure vero Regni pro furto magnæ quantitatis est statuta pœna mortis, *Gizzarel. d. decis. 13. num. 7.* & decisum refert *Sanfel. decis. 39. num. 7. decis. 166. num. 7. & decis. 272. num. 2.* Fur-

20 tum verò magnum, vel parvum dicitur considerata qualitate furantis, & illius, cui factum fuit furtum, quòd Iudicis arbitrio remittitur, attenta paupertate, aut divitia, & hæc est communis opinio, *Capol. in d. Auth. sed novo Iure, n. 79. C. de serv. fugit. Boss. de furt. num. 60. Nig. in d. Cap. Ad hoc, n. 50. Cabal. cas. 18. nu. 11. Farin. q. 155. num. 9.* reiecta opinione *Affl. in Const. de Iustitiariis, nu. 1.* qui dicit furtum magnum esse, quando excedit viginti augustales, meliùs dicit *Pegu. decis. 27. num. 7.* quòd furtum magnum dicitur, quando ascendit ad summam centum unciarum, & ultrà, unciam autem faciunt sexaginta caroleni, & quindecim caroleni faciunt augustalem, *Nigr. in d. Cap. Ad hoc, nu. 30. Afflict. in Const. Quicumque mulierem,* sed tali casu

21 su ad finem condemnandi Reum pœna ordinaria, puto valorem rei furatæ debere constare per appretium factum per expertos in arte,

22 quorum indicio standum est, *l. septimo mense, ff. de stat. homin. l. semel, C. de remilit. lib. 12. l. 1. ff. de ven. insp. cap. propofuisti, de prob. Mascat. in probati. tract. de probat. del. in gen. n. 18.* & non sufficere si de valore rei furatæ constet per assertionem disrobati, vel testium examinatorum super delicto in genere; quia licet delictum in genere

23 in furto, quod non relinquit vestigia pœnès se, possit probari præsumptionibus, & coniecturis, & illis modis, de quibus dicemus *tit. 10. cap. 2.* tamen hoc intelligitur quoàd inquirendum, & etiam quoàd torquendum, non autem quoàd condemnandum: nam non inventis bonis fu-

24 ratis, ex quò Iudex procedit in obscuro circa quantitatem furti, non potest sequi condemnatio ad pœnam mortis, *Farin. q. 2. n. 15. Guaz. ad defens. reor. defens. 4. cap. 7. nu. 4. Conciol. resol. crim. verb. furtum, resol. 1. n. 5. Fab. defin. 2. C. de*

25 *furt.* quinimmò si in appretio facto per expertos inquisitus supponat se esse læsum, potest petere revisionem dicti appretii, quia iudicium peritorum potest revocari per alios peritos, *Canon. com. in cap. propofuisti, 4. de prob. Bald. in l. si ab hostibus, §. si vir, ff. sol. matr. Giurb. cons. 43. nu. 28. vers. non obstat quintum, Gargiar. Iun. cons. 33. num. 3. lib. 2. Conciol. resol. crim. verb. corpus delicti, resol. 5. num. 12.*

26 Secundò aggravatur furtum si fit commissum cum fractura muri, vel ostii domus; nam ex dicta qualitate, de Iure communi augetur pœna furti, sed non imponitur pœna mortis, argumento, *l. 1. §. expilatores, ff. de effract. Gomez. d. cap. 5. num. 12. Menoch. de arb. Iud. cas. 299. num. 4. Farin. q. 155. num 23. & d. q. 167. nu. 27. Bertr. decis. 173. num. 4.*

27 Sed de Iure Regni furtum commissum cum fractura domus, vel discassatione ianuæ, vel fenestræ, quando excedit unciam, punitur pœna mortis, ut ex *d. decis.* Coll. Cons. adducta per *Gizzar. d. decis. 13. num. 7. Tap. in d. cap. Ad hoc, num. 13. Sanfel. decis. 35. nu. 2. & decis. 272. nu. 2.*

28 verùm talis effractio debet esse violenta, & seditiosa, quia non quælibet effractio aggravat in Regno furtum, ut puniatur pœna mortis, sed tantùm quando ex fractura potest sequi seditio, vel si fit facta cum violentia, vel armata manu, aut cum instrumentis, cum quibus fur posset occidere resistentem; ac proinde si quis hortum, tugurium, stabulum, bassum terraneum, aut ædes rusticas, effringat, & in illis furtum committat valoris, excedentis unciam, non debet suspendi, ut decisum, in terminis *Cap. Ad hoc,* testatur *Ros. de decr. M. C. V. p. 2. resol. 6.* & in terminis consimilis statuti decisum fuisse refert *Carpzov. in pract. crim. p. 2. qu. 79. tit. de pœn. furt. commis. cum effractione, num. 3. 19. & 34.* & ità decisum fuit per M. C. V. deleg. sub die 17. Novembris, 1690. penes Scribam Manghussum, in causa Iosephi Cucchari, inquisiti de furto valoris ducatorum undecim noctis tempore, cum discassatione bassi terranei Rosæ Bellino, &

con-

contra eum etiam fuit producta condemnatio
ad triremes per quinquennium pro alio furto;
nam fuit ex prædictis condemnatus ad remi-
gandum vita durante, præcedente prius fusti-
gatione, me patrocinante pro dicto Iosepho:
29 sustinente acerrimè partes Regii Fisci D. Phi-
lippo Vignapiana, Advocato Fiscali dictæ M.
C. facundissimo, & integerrimo: nam verè ex ta-
30 li effractione absque violentia, & seditione, nõ
turbatur modo aliquo publica pax, *Clar. §. fur-
tum, num. 7. Becer. de fur. cap. 1. num. 61. Meno-
ch. de arb. cas. 295. num. 13. Carpz. l. c. n.* 4.

31 In Regno similitèr furtum commissum cum
barbis, vel clavibus adulterinis, si excedit unciã
punitur pœna mortis, *Grazarel. d. decis. 13. nu.
7. Sanfel. dec. 35. nu. 2. Camp. de forind. resol. 16. n.*
11. dummodo sit commissum de nocte, quia *d.
decis.* Collateralis loquitur de furto commisso
32 de nocte cum dictis instrumentis, undè debet
accipi in propria, & stricta significatione. Nox
autem dicitur quando Sol non est super Ter-
ram, ut diximus tit. 7. *cap. 2. num.* 93. ubi *num.* 94.
33 diximus, quòd ad evadendam pœnam, deli-
ctum factum in crepusculis, dicitur factum de
34 die; quemadmodùm ad pœnam aufugiendam
delictum factum de sero, dicitur factum de die,
*Ang. Aret. tract. crim. verb. de nocte, vers. quare,
an mane, Alberic. de Rosat. in* 2. *p. stat. q.* 19. *Boer.
dec.* 254. *n.* 17.

35 Quartò aggravatur furtum si sit commissum
cum scaliatione; nam de Iure communi quali-
tas scaliationis auget pœnam furti; sed talis
pœna non extenditur ad mortem, *Cabal. resol.
crim. cas. 97. Pegu. decis. 26. Farin. q. 20. nu. 145.
& q. 98. num. 86. & seq. Sperel. decis. 137. num. 36.
par. 2. Scial. de forind. cap. 3. nu. 136. Vermigl. cens.
269. in princ.*

36 De Iure vero Reg. dicit *Campan. de forind. re-
sol. 16. num.* 12. quòd existente qualitate scalia-
tionis, si furtum excedit unciam punitur pœna
mortis, adducens pro eius opinione probanda
Pegner. decis. 26. & Gram. decis. 36. num. 12. Sed
Pegn. dicit contrarium, quòd scilicèt qualitas
scaliationis auget pœnam furti, sed non exten-
ditur ad mortem, & *Gram.* ultrà quòd loquitur
in ascendentibus cum scalis noctis tempore ad
alienas domus causa violandi honestates mu-
lierum, quòd debeat mori, virtute banni editi
per Proregem illius temporis, tamen dicunt
*Franch. decis. 333. n. 5. & Clar. §. fin. q. 92. in princ.
& qu. 68. vers. ascendens*, quòd dicta decisio
Gram. fuit visa severa, & crudelis iudicio to-
tius Italiæ.

37 Quintò si cum furto concurrit aliqua quali-
tas, quæ facit transire furtum in aliam speciem
delicti, tunc illud aggravat, & auget pœnam,
pro ut est si cum furto concurrit qualitas sacri-
legii, peculatus, abigeatus, & simil. *Iodoc. in
pract. crim. cap. 110. rub. de furt. num. 17. & seq.
Pract. Conrad. rub. de fur. num. 8 in 32. ampliat.
Farin. quæst. 165. n. 20.*

38 Sacrilegium dividitur in quatuor species, Pri-
mò circa personam; putà percutiendo clericũ,
Secundò per coitum, putà cum moniali sacra-
ta, Tertiò circa locum sacrum, putà violando
Ecclesiam, seù cimiterium, Quartò per furtum
in re, aut loco sacro, *Farin. quæst. 172. n. 4.*

39 Rursus sacrilegium, quod committitur in re,
aut loco sacro tripliciter evenire potest, Primò
quando rapitur sacrum de sacro, Secundò quan-
do sacrum de non sacro, Tertiò quando sacrum
de sacro, *Farin. d. q. 172. n. 5.*

40 Res sacræ dicuntur, quæ sunt consecratæ ab
eo, qui potestatem habet consecrandi, non ve-
rò quæ pertinent ad ornatum, & cultum divi-
num; nam in sacris tantùm, non verò in religio-
sis, & sanctis committitur sacrilegium, *Gomez
var. lib. 3. cap. 5. num. 11. vers. dubium tamen, De-
cian. tract. crim. lib. 6. cap. 14. rub. de sacrileg. num.
8. Petr. Greg. sintag. Iur. lib. 33. cap. 14. rub. de sa-
crileg. n. 1.*

41 Pro furto igitur cum qualitate sacrilegii pro-
priè sumpti, cum scilicèt surripitur sacrum de
sacro, regularitèr non imponitur pęna mortis,
sed extraordinaria, & arbitraria *l. lege Iulia, 4. &
l. sacrilegii pœnam. ff. ad l. Iul. pecul.* ibi *Vel seve-
riùs, vel clementiùs statuere*, ità tenent *Clar. §.
sacrilegium, in fin. princ. Boer. dec. 254. n. 9. & 13.
in fin. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. cas. 389. num. 2.
& seqq. Pegu. decis. 24. nu. 15. & seq. Farin. quæst.
171. num. 25.* nec prædictis contradicit *Gomez
var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 11.* nam loquitur de
Iur. Regni Castel. præcipuè non potest imponi
42 pęna mortis pro furto rei sacræ à sacro, quotics
furtum fuit modicum, *Godef. in pract. §. sacrile-
gium, num. 7. Hostiens. in sum. rub. de sacril. num.
2. Pegn. d. decis. 24. num. 23. Menoch. d. cas. 389. n.
6. Carpz. in pract. crim. par. 2. q. 89. num. 67. Ant.
de Matth. de crimin. tit. 10. cap. 6. num.* 4. unde
43 nescio si *dec.* adducta à *Sanfel.* 243. *num.* 6. qui
dicit quòd pro furto pateñ modici valoris, fuit
fur suspensus, possit salvari; tanto fortius, quòd
Castr. d. num. 2. ab eo adductus non dicit pœnam
sacrilegii esse mortis, sed tantùm quòd sacrile-
gium criminalitèr puniatur, & *Aret.* ab eodem
allegatus dicit, quòd sacrilegus capitalitèr pu-
nitur, pęna autem capitalis non intelligitur de
morte, ut infrà dicemus *num.* 46. præterquam
quòd contra *Aret.* specialitèr invehit *Farinac.
q. 172. n. 43.*

44 Quoties verò fuit surreptum non sacrum de
sacro, tunc pęna mortis locum habere non po-
test, Iura sunt aperta in *d. l. 4. ff. ad l. Iul. pecul.*
Ibi. *Sed etsi donatum Deo immortali abstulerit
peculatus pœna tenetur, l. 5. ff. eod.* ibi *Res privato-
rum, si in ædem sacram deposita surrepta fuerint
furti actionem, non sacrilegii esse, l. 6. ff. eodem* ibi.
*Sed moderanda pœna est usque ad bestiarum
damnationem eorum, qui manu facta templa ef-
fregerunt, & dona Dei nocte tulerunt*, & ità tenẽt
*Bonacos. in com. opin. par. 2. fol. 31. à 3. vers. fur
subtrahens, Clar. §. sacrilegium, num. 1. & 3. in fin.*

Decian.tract.crim.lib.6.cap.30.num.4. Pegu.decis.24.num.28.Farin.quæst.171.num.28. ubi *nu. 29.* respondet ad *Iedoc.* contrarium sentientem, quòd loquatur de consuetudine apud eum existente.

45 De Iure vero Regni, dicit *Franch.decis.315. num.7.* quòd pro furto excedente unciam, cum qualitate sacrilegii practicatur pœna mortis, & *Sanfel.decis.35.* refert decisum, quòd fur pro furto linteaminum altaris, excedente unciam, fuit morti traditus, sed nec *Franch* neque *Sanfel.* allegant *Const. Reg.* incipientem *Multa, sub tit.de crim.sacrileg.* ubi pro crimine sacrilegii est imposita pœna arbitraria, excepto *si Templa Dei frangantur, & ibi bona, & vasa sacra furentur de nocte*, quia tunc pœna est capitalis, quæ pœna capitalis non intelligitur de pœna mortis, ut tenet *Affl.in d. Const. Multa, num.1.* nam

46 quoties lex pro aliquo delicto imponit pœnam capitalem, intelligitur de minima capitali, non autem de morte, *l.ubi, in fin.C.de fals.l.præsenti, in princ.C.qui ad Eccl.confug.l.1. §.fin.de extraord crim.Beer.decis.254.num.10. & 11. Clar.§. ult.q.67 Mising.cent.2.obser.46. Menoch. de præsump.lib.1.præsumpt.49.num.5. Gentil.de iurisd.lib 3.cap.7.Ursil.ad Affl.decis.404.num.16. Pegu.decis.1.ad fin.Duen.reg.393.in 9.limit.Farin.q.30.num.4.Fach.contr.Iur.lib.9.cap.64.ver.*

47 *cæterum*, & sic vides, quòd per *d.Const.* etiam pro furto cum qualitate sacrilegii propriè, & strictè sumpti, etiam si interveniat fractura, non habet locum pœna mortis. Sed quatenus adducta per *Franch.* locum habent, debent intelligi de sacrilegio propriè, & strictè sumpto, cum scilicet sacrum de sacro surripitur, cum verò non sacrum de sacro surripitur nullo modo pœna mortis practicari potest, ac proinde non est adhærendum *d.decis.Sanfel.35.* qui quatenus se fundat in *decis.Pegu.24.num.13.vers.sunt*, &

48 *tertiò*, quòd omnes res, quæ deserviunt ad apparatum, ornamentum, vel servitium Ecclesiæ, licèt per Pontificem, vel Episcopum non sint consecratæ, dicantur quoque res sacræ, contrarium est verum; nam illæ propriè dicuntur res sacræ, quæ sunt consecratæ ab eo, qui potestatem habet consecrandi, non verò quæ pertinent ad ornatum, vel cultum divinum, ut supra diximus *num.39.* quinimò *Farin.quæst.172.nu.56.* qui à *Sanfel.* adducitur loquitur in fine contra ipsum.

49 Abigeatus crimen committit, qui pecora, vel alia animalia quadrupeda furatur ex alienis pascuis, seù armentis; dummodo oves, vel capræ fuerint ad minus decem, ex porcis quinque, vel quatuor, ex equis, vel bobus sufficit unus, *l. 1.§.1.ff.de abig.Cabal.cas.160. num.1. Farin. qu. 167.num.39.40.116.& 117. Mut. decis.40. nu. 40.usque ad 44* cuius criminis pœna de Iure

50 communi est mortis naturalis, *l.1.ff.de abig.* quæ pœna recessit ab Aula, & hodiè pœna abigeatus est extraordinaria, & Iudici arbitraria, *Gomez. var.lib.3.cap.5.num.13.Cabal.d.cas.160.num.8. & 9.Pegu.decis.29.num.9.Mut.loc.cit. num.44. Carpzov.p.2.q.85.n.36.*

51 Crimen peculatus, & de residuis videntur sinonima, ex quo committuntur ab eo, qui publicam pecuniam surripit, *Decian. tractat.crimin. tom.2.lib.8.cap.31.tit.de resid.in princ.num. 1. Cabal.cas.99.a num.2.Franch.decis.315. num. 1.Sanfel.decis.166.num.1.Galeo.resp.fis.22.num. 3.& 4.*

52 Tamen in effectu crimen peculatus differt à crimine de residuis, nam in crimen peculatus incidunt illæ personæ, quorum periculo, & custodia non est commissa publica pecunia, & tamen illam surripiunt, & in usus proprios convertunt, *l.sacrilegii, §.labee ff.ad l.Iul pecul.Decian.loc.cit.cap.28.Cabal.cas.99. num.30. Farin. q.171.Rever.decis.112.nu.2. Cap.Lat.consul.33.*

53 *num.17.& 18.lib.1.* sed in crimen *l.Iulia repetundarum* incidunt illi Officiales, quorum risico, & periculo commissa est publica pecunia, quam non convertunt in usus destinatos, sed illam applicant in usus proprios, *Bart. in l.sacrilegii, §.peculatum, ff.ad l.Iuli pecul.Paris de synd. §.sindicantur autem Officiales, Rever.d.n.2.* sic Perce-

54 ptores Provinciarum, quorum risico, & periculo commissa est exactio introituum fiscalium Provincialium, & illarum distributio, *prag.60. de Off.Proc.Cesar.prag.2.de eff quæst.prag.2. §.7. de revocat.Cap. Lat.consul.33.num.19.cum seqq.*

55 non possunt negotiare cum pecuniis fiscalibus, sub pœna privationis officii, aliaque S.E. arbitraria, nec possunt emere, nec participare in aliqua venditione, quæ fieret de bonis captis in vim exequutionis, sub eisdem pœnis, *prag.48.de off.Prec.Cæsar.* & si omittunt facere exactionem

56 suo tempore accepta pecunia puniuntur pœna amissionis provisionis pro prima vice, pro secunda pœna privationis officii ipso iure, *prag. 1.*

57 *§.5.de eff.Prec.Cæsar. & prag.48.§.5.eod.tit.* sed pœna privationis officii pro secunda vice, non poterit practicari, nisi pro eodem crimine fuerit prius punitus pœna amissionis provisionis unius anni, *Rovit.dec.64.num.17.*

58 Si verò quis habeat curam, & administrationem pecuniæ privatæ, non autem publicæ, seù fisci, vel Civitatis liberæ, & illam surripiat, pro ut in Capserio alicuius banchi, committit crimen furti, & tenetur furti pœna, non verò pœna peculatus, vel de residuis, *Cabal.cas.136. Petr.de Greg.sintagm.Iur.lib.22.cap.2.num.6. Mastr.decis.238 de Marin.ad.Rever.dec.112. num. 2.Cæsar.pereg.q.5.* qui scripsit contra Fulvium de falco, olim Capsetium Banchi A.G.P. pro quo calamum arripuit *Prat.resp. crim. 19.20. 21.& 22.*

59 Pœna verò *l.Iul.peculatus*, de iure communi est deportatio, *l.1.& 3.ff.ad l. Iuliam pecul. Af-*

60 *flict.in Const.Reg.Officiales, in princ.* sed pœna *l. Iulia de residuis*, est ultrà simplum tertiæ partis eius quòd debetur, *l.4.§.sed qui pecuniam, ff.ad l.Iul.*

l. Iul. pecul. Pon. consf. 22. num. 7. lib. 1. Cap. Latr. d. consul. 33. n. 21.

61 Verum in tribus casibus pœna *l. Iulia peculatus* potest extendi usque ad ad mortem, primò si is, qui de hoc delicto inquiritur, sit Iudex, secundò quando pluries est reiteratum, Tertiò quando cum tali crimine concurrit falsitas, *Cabal. cas. 99. num. 4. de Mar. res. quot. lib. 1. cap. 291. Rov. cons. 60. lib. 3.*

62 Sed in Reg. respectu criminis peculatus habemus *Cap.* Regis Roberti, incipientem *Vlgeris fama preloquimur*, per quod est statutum, quòd si is, qui publicam pecuniam surripit, sit Officialis punitur in nonuplum, si pecunia sit fiscalis, si autem à privatis, illicitè, non accedente violentia in duplum, si præcedat concussio plectatur quadroplo; & stante *d. Cap. Vlgeris*, fuit dubitatum, an *d. Cap. Ad hoc* imponens pœnam mortis furanti ultra unciam, concurrentibus tamen qualitatibus aggravantibus, si pro crimine peculatus in Regno habeat locum pęna mortis, & *de Franch. dec. 315.* disputat articulu, adducendo rationes hinc inde pro fisco, & pro inquisito, & dicit, quòd Auditor exercitus ei dixit, quòd inquisitus non erat convictus, & fuit condemnatus perpetuò ad triremes, ergo tenet, quòd si erat convictus debebat imponi pœna mortis, & *Sanfel. dec. 166* refert plures iudicatoras, in quibus pro crimine peculatus fuit imposita pęna mortis, & *de Pont. decis. 7. & 16.* tenet per *d. Cap. Vlgeris fama*, non censeri sublatas pœnas impositas de Iure communi contra committentes peculatus crimen, sed idem *Sanfel. in alleg. Reg. Galea.* per eum impressa, *in decis. 285. num. 72.* tenet per *d. Capit.* censeri derogatum pęnis de Iure communi statutis, idem tenet *Medic. consil. 14. num. 11.* & hanc opinionem nervosè substinet *Prat. responf. crimin. 2. à num. 3. vers. initium, cum seqq.* idem tenent *Cap. Lat. consultat. 31. & 14. lib. 1.* & *Pont.*

63 *consf. 22. lib. 1.* qui ità decisum refert per Reg. Cam. nam pęna per statutum imposita abrogat pęnam iuris communis, *l. non est novum, ff. de legib. Menoch. de recup. pos. remed. 9. num. 393. Gomez var. lib. 3. cap. 1. num. 38. Cabal. cas. 2. num. 3. Caval. decis. 15. num. 6. p. 5. Fach. contr. Iur. lib. 9. cap. 1. vers. alii denique, Giurb. cons. 25. num. 5.* qui de more plures adducit.

64 Sextò aggravatur furtum ratione temporis, pro ut est furtum commissum de nocte, pro quo fur graviùs punitur, *Boer. decis. 254. num. 16. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 296. num. 2. Petr. Greg. sintagm. lib. 37. cap. 14. num. 2. Rip. de noct. temp. cap. 24. n. 3.*

65 De Iure verò municipali fur, qui furatur trāseuntibus de nocte in plateis publicis, etiam si furtum sit minimum, punitur pœna mortis, ut ex *prag.* D. Petri de Toledo, anni 1533. situata in *vol. prag. sub tit. de furt. prag. 1.* quam prag. fuisse practicatam in anno 1593. contra illum Siculum, qui in platea huius Civitatis, propè Ecclesiam S. Anelli, cōmisit furtum cuiusdam pallii, valoris infra unciam, qui per M.C. & postea per S.C. fuit ad mortem condemnatus, ut testatur *de Franch. dec. 521.* & iterum in anno 1625. Antonius Barresius fuit ad furcas condemnatus, ex quo aggressus fuit, cum aliis, in platea publica, intus Civitatem, & duos carolenos tamquam socius surripuit, ut refert decisum per M. C. & confirmatum per Collaterale Consiliū, *Sanfelic. decis. 40. num. 6. vers. verum intus*, & postremò per M. C. V. Delegatam, sub die 6. Decembris, 1689. pœnès Scribam Tabularium, fuit ad furcas condemnatus in loco delicti Thomas Guarniero, pro furto faculæ ceræ, valoris carolenorum sex, furatæ de nocte, intus hanc Civitatem, cuidam transeunti, per viam publicam.

Quæ decisio nimis dura mihi visa fuit, si quidem *d. prag. 1. de fur.* expressè requirit præmeditationem, ibi *Ne ardisca tenture d'assaltare alcuno per rubare cappe, ne cosa alcuna*, & sic neces-

66 sariò debet præcedere appensamentum, quia non potest dari insultus, nisi sit factus appensatè, & animo deliberato, *l. respiciendum, §. delinquunt ff. de pœn.* ubi *Bart. num. 3. Rov. in prag. 2. de abolit. n. 21.* quod appensamentum non erat pro-

67 batum per fiscum, ad quem spectat unus illud probare, *Decian. consf. 104. num. 14. Boss. de homic. num. 23. Surd. cons. 33. num. 1. cons. 40. num. 17. & cons. 48. lib. 1. Maccrat. var. res. lib. 3. res. 10. nu. 6.* imò ex serie facti excludebatur, quia surripuit dictam faculam ab illo, qui redibat ad suam domum, post quam associavit Sacerdotem, qui tulit Sanctissimam Eucharistiam in domo cuiusdam infirmi, quòd fuit casuale, neque poterat præmeditari furtum ex dicta causa, & in

68 Iure verum est, quòd tunc delictum dicitur præmeditatum, quando præcedit quædam meditatio, seù destinatio committendi delictum, & postea ex intervallo sequitur actus, *Angel. tract. de malefic. vers. appensatè, Boss. de homicid. num. 53. Clar §. homicidium, num. 8. Surd. cons. 40.*

69 *num. 19.* & in animo deliberato, requiritur spatium, quòd quis ante delictum, & ex intervallo premeditet committere delictum, *Bos. loc. cit. nu. 54. 58. 61. & seq. Surd. d. cons. 40. num. 29. Mastril. decis. 297. num. 30. Pasch. de pat. pot. par. 3. cap. 6. num. 17. Vermigl. cons. 28. n. 4. & 9.*

70 Prçterea dictus fur non gestabat arma, unde non potuit causare insultum requisitum pro forma in *d. pragm.* nam vis necessariò est facienda cum armis, sivè ab uno solo armato, sivè à pluribus coadunatis insultus committatur, *Gram. cons. 43. Clar. quæst. 83. vers. vim publicam, Carav. rit. 68. num. 3. & 5. Viv. decis. 391. num. 3. Thes. decis. 35. Rov. in prag. 2. de abol. n. 40.*

Insuper *d. prag.* fuit lata tempore quo aderat necessitas ob multitudinem furum de nocte

71 impedientium humanum commercium, pro ut fuit quoque consideratum in *d. dec. 21. de Franc. num. 22.* unde cessante tali necessitate, non po-

test tale bannum practicati, nec pœna benni-
mentorum ligat, *Gizzarel.decis.*13.*num.*6. & 7.
*Vermigl.cons.*269.*num.*6.& 270.*num.*10. quia
similis *prag.* magis ad terrorem publicari cense-
tur, quem ut effectum rigorosum contra regulas
Iuris obtineat, *Riminal.iun.cons.*327.*num.*2.*lib.*
3.*Masc.de probat.concl.*162.*num.*33.*lib.*1. *Ver-*
72 *migl.cons.*270.*num.*10. & statuta continentia
pęnas rigorosas promulgantur ad exemplum, &
terrorem, ne homines committent facinora, non
verò ad exactionem pœnę, *Gram.dec.*36.*sub nu.*
1.*Ant.de Ball.tract.crim.tit.de bann.q.*3. *nu.*49.
*Bovadill.tom.*1.*de la polit.lib.*2.*cap.*11.*de la pie-*
*dad,num.*31.*Thor.in C.rer.iud.cas.*46.*n.*8.

73 Cavetur similitèr de Iure municipali, quòd si
quis noctis tempore fuerit inventus in hac Ci-
vitate cum scalis in collo, puniatur pœna mor-
tis, *Pragm.*1.*de scal.prohib.* quæ fuit practicata
tempore *Rovit.* ut ipse testatur in *d.pragm.*1. &
tempore *Sanf.* prout ipse fatetur *decis.*40. *num.*
ult. & simile bannum fuit practicatum tem-
pore *Gram.* ut ipse scribit *decis.*36.

74 Sed talis *pragm.* ad præsens non observatur,
quia fuit lata ad conservandam pudicitiam
mulierum Neapolitanorum, tempore quo sco-
liabantur multæ domus honestarum mulierum,
hinc est quòd cessante tali necessitate, non po-
test rigor *d.prag.* practicari, ut colligitur ex *de-*
75 *cis.Franch.*333. nam qualitas scaliationis ad fi-
nem violandi castitatem non meretur pœnam
mortis, sed aliquam pœnam graviorem, *Man-*
*tua cons.*31.*num.*2.*lib.*2.*Clar.q.*92. *in princ.*& *q.*
68.*vers.ascendent*, *Cabal.cas.*97. *Farin.q.*20. *nu.*
145.& *q.*98 *num.*86.& *seq. Sperel. decis.*137.*nu.*
36.*par.*2.*Mensch.de arb.lib.*2.*cas.*360. *num.*95,
*Scial.de forind.cap.*3.*n.*136.

76 In dictis furtis commissis in hac Civitate,
eiusque suburbiis procedit M. C. V. ex delega-
tione, *prag.*1. *de delegatio.* quæ *pragm.* procedit
etiam in furtis commissis in districtu huius Ci-
77 vitatis, ut decisum refert *Crisp.in theor. & pract.*
*crim.tract.*13.*cap.*2.*nu.*9.*Thor.in comp.p.*1.*verb.*
M.C.V.in furtis, sed non habet locum talis de-
78 legatio contra fures, qui alibi furati sunt, &
rem furatam Neap. transtulerunt, ubi fuerunt
79 capti; nam licèt fur ratione contrectationis
possit in loco, ubi fuit captus puniri, *Bart. in l.*
*si dominiũ. ff.de furt.Franc.decis.*681.*Cabal. casu*
163.*Ricc.coll.*283.*Rov.in prag.*1.*num.*35. *ubi da*
dol.quis canv.deb. tamen delegatio tunc habet
80 locum, quoties in Civitate res Domino surri-
pitur, & non est extendenda ad dictum casum,
81 *Sanfel.d. n.*2. nec dicta delegatio habet locum
contra ementem rem furatam in Civitate Nea-
polis, *Tasson.de anteph.obser.*5.*vers.*3. *num.*247.
*Novar.lib.*2.*q.for.*46.*Thor.in comp.dec.p.*3.*verb.*
causa criminalis, *Cala de praem.M.C.super prag.*
11.*de empt.& vend.p.*3.*num.*7. qui ità bis deci-
82 sum refert, nec in furtis commissis in Casalibus
huius Civitatis, ut fuit decisum per M.C. sub die
29. Maii 1690. ad relationem Iudicis Sterlich,
in causa Caterinæ Manzo, pœnès Scribam Ce-
lentanum.

83 Septimò aggravatur de Iure communi pęna
furti ob reiterationem, quo Iure attento pro
tribus furtis tenetur fur pęna mortis; dummo-
do furta sint magni valoris, quia si sunt parvi
valoris fur non debet mori, *Clar.§.furtum,vers.*
sciat tamen, *Gomez var.lib.*3.*cap.*5. *num.*6. *Me-*
*noch.de arb. Iud.cas.*295.*num.*17. *Masc.de prob.*
*concl.*838.*num.*6.*lib.*2. *Gram.vot.*9. *num.*25. &
*vot.*17.*num.*5,*Farin.q.*167. *num.* 49. 50.79. &
80.*in fin. Gravel.decis.*94. *Tusc.pract.concl.verb.*
*furtum,concl.*564.*num.*26. *Cabal.cas.*19.*num.*2.
& *cas.*99.*num.*48.*Giurb.cons.*93. *in princ.* con-
84 suetudo enim delinquendi aggravat delictum,
& pœnam auget, *l.capitalium,§.solent,ff.de pœn.*
ut dicemus *hoc cap.num.*93. ubi *num.*94. substi-
85 nebimus, quòd de duobus furtis anteceden-
tibus debet quis esse punitus mediante senten-
tia, sed sufficit si pro duobus furtis antece-
86 dentibus fuit quis punitus pęna leviori, vel
aggratiatus, *d.§.solent*, *Boer. decis.*210. *Gomez*
*var.tom.*3.*cap.*5.*num.*6. *Cabal.resol.crim.cas.*18.
*num.*8.*Sanfelic.dec.*39.*num.*7. debentque dicta
87 furta esse distincta re, & tempore, aliàs si quis
eodem tempore plures res furatur, unicum dici-
tur furtum, *Nig.in d.Cap. Ad hoc*, *num.*69. *Clar.*
*§.furtum,nu.*14. *Cabal.cons.*99.*num.*49. *Giurb.d.*
88 *cons.*93.*nu.* 49. nec poterit quis puniri pęna
mortis, si de primis furtis quis fuit absolutus,
*Bonifac.de furt.§.fin.num.*38 *Baiard. ad Clar. §.*
*furtum,n.*63.*Farin.q.*167.*num.*81.

In Regno verò ob reiterationem furtorum
89 est Imposita pœna mortis; nam pro tribus fur-
tis, etiam minimis fur debet mori, iuxtà opi-
nionem *Nig. in d.Cap. Ad hoc,num.*64. eandem
opinionem tenet *Thor. in comp. decis. p.*1. *verb.*
fur diversis, & ad probandam dictam opinio-
nem adducitur *decis. Gram.*48. & *decis. Sanfel.*
90 39.*num.*7. Sed talem opinionem nunquam vi-
disse in praxi servatam, quòd pro tribus furtis
minimis in Regno imponatur pęna mortis, di-
cit *Campan.de forind resol.*16.*num.*11. ubi tenet
quòd dicta furta debent esse alicuius conside-
rationis, quòd probatur ex eadem *decis. Sanfel.*
ubi tertium furtum erat ducatorum quadragin-
ta, *decisio* vero *Gram.*48. loquitur in alio casu,
videlicèt in saccularijs, vulgò *tagliaborse*, qui
fatentur plura marsupia incidisse; nam si adsit
querela aliquorum, qui dicant eis fuisse furatas
pecunias in illo loco, in quo isti sacculerii fa-
tentur furta commisisse, sufficit si verificetur
delictum in genere pro duobus, vel tribus furtis
confessatis, ut possint isti ad mortem condem-
nari, quam decisionem *Gram.* fuisse Romæ pra-
cticatam, testatur *Farin.quæst.*2. *num.*15. *vers.*
qua tamen, *Guaz.ad defens.reor.def.*4. *cap.*3. *nu.*
9.*Carpzov.pract.crim.p.*2.*q.*81.*num.*13. *Berlich.*
*tom.*5.*pract.conclus.*46.*n.*24.& 25.

91 In Regno similitèr augetur pęna furti ob rei-
terationem; nam per *pragm.*11.§.6. *de empt. &*
vend.

vend. est statutum, quòd condemnati pro furto
prima vice signentur in spatulis candenti ferro
equino, & si postea inquirantur de furto, pro
qualecumque inditio, ipso facto transmittantur
ad triremes per decennium, sed quemadmodùm
91 *d. pragm.* est in viridi observantia respectu pę-
næ triremium pro secundo furto, ità recessit ab
Aula, quòd fures in spatulis signentur, *Novar.*
d. prag. 11. *col.* 5. *num.* 2. ubi *Cala num.* 46. *Thor. in*
comp. decis. p. 3. *verb. pęna debita, fol.* 166.

93 Plura verò requiruntur ad hoc, ut *d. pragm.*
practicari possit. Primò quod fur pro primo fur-
to sit condemnatus mediente sententia, quæ ef-
ficit furem diffamatum, *l. capitalium*, §. *solent. ff.*
de pęn. glos. in l. sed & si possessori, §. *fin. verb. pro-*
batum esset, *ff. de iur. iur. Iseru. in tit. de pac. ten.*
vers. publici latrones, *Decian. cons.* 24. *nu.* 16. *cum*
seq. vol 3. *Marsil. in pract.* §. *aggredior*, *num.* 3. *Bo-*
er. decis. 219. *num.* 2. *vers. & tamen*, *Gram. vot.* 3.
num. 35. *& seq. Tap. decis.* 22. *num.* 3. *Tusc. pract.*
conclus. verb. statutum, concl. 560. *nu.* 7. *cum seqq.*
& verb. famosus, *conclus.* 80. *num.* 4. *Merl. contr.*
94 *for. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 13. Si verò non sit con-
demnatus pro primo furto, sed de illo transa-
ctus, neporè si fuerit concordatus ad serviendum
in Regiis triremibus, & tunc pro secundo fur-
to non potest practicari pęna contenta in *dicta*
pragm. quæ requirit sententiam pro primo fur-
to, quæ fit causa cognita, & procedit per tra-
mites Iuris, assignato Reo defensionum termi-
no; secus verò in conentdia, quæ fit super re
dubia, & ante rem iudicatam, casu quo sisena
vider, vel crimen furti non esse sufficientèr pro-
batum, vel reum in defensionibus posse evacua-
te inditia contra eum obiecta, ac proinde cum
tali casu non possit dici de primo furto convi-
ctus, non potest pro secundo furto practicari
pœna contenta in *d. prag. Capibl. de Baron. prag.*
5. *num.* 171. *& prag.* 6. *num.* 37. *&* 38. *Cala super*
dicta prag. 11. *de empt & vend. cap.* 15. *per totum*,
95 idem est si fur pro primo furto non fuit puni-
tus pęna ordinaria delicti, sed extraordinaria,
purà diuturna carceratione, vel alia extraordi-
naria; nam non potest pro secundo furto impo-
ni pœna contenta in *d. pragm. Vulp. cons.* 146. *n.*
8. *Thor. in comp. decis. p.* 3. *verb. pœna debita*, *fol.*
266. qui ita decisum refert per Coll. Cons. *Calà*
super dicta prag. cap. 11. *num.* 48. nam tali casu
non remanet delinquens ex tali condemnatio-
96 tione extraordinaria infamis, quia infamia pro
delicto tunc contrahitur, quando fuit condem-
natos pœna ordinaria, non autem extraordina-
ria, *l.* 1. *Cod. de mod. mulctar.* *Cabal. resolut.*
criminal. cas. 172. *Carpzov part.* 3. *practicar.*
crim q. 111. *num.* 63. *&* 64. *q.* 130. *num.* 8.
& 9. *& q.* 149. *num.* 43. *usque ad* 47. si verò
97 reus sit pro pluribus criminibus condemnatus,
inter quæ adfuit furtum, nec etiam potest
pro secundo furto puniri pæna contenta in
d. pragm quæ requirit, ut simplicitèr pro furto
quis passus sit primam condemnationem, ut la-
tè fundat *Calà super dicta prag. cap.* 16. *per tot.*

98 Secundò ut dispositio *d. prag.* 11. practicari
possit requiritur quòd inditium, quod produci-
tur contra furem pro secundo furto sit ad tor-
turam, & non sufficit si sit ad inquirendum, quia
cum *pragm.* imponat pęnam triremium, & sic
corporis afflictivam, necessariò infertur, quòd
requirit inditia ad torturam; nam tortura tunc
99 habet locum, quoties pro delicto imponitur
pœna corporis afflictiva, ut in terminis Iuris
communis tenent *Clar.* §. *fin. q.* 64. *vers. praterea*,
Cabal. res. crim. cas. 28. *num.* 15. *cum seqq. & cas.*
170. *Guaz. ad def. reor. defens.* 30. *cap.* 6. *num* 1. &
100 de Iure Regni non potest inferri tortura,
nisi in delictis merentibus pœnam ultrà rele-
gationem, *Cap. Si instè*, *Paris de sind. verb. tor-*
tura, §. *an in causa pecuniaria*, *Gram. cons.* 15. *nu.*
4. *cons.* 37. *num.* 15. *& seq. & vot.* 15. *nu* 2. *Foller.*
in pract. crim. 3. *p.* 3. *partis*, *rub. rei indurati tor-*
queantur, & in rub. & si confitebuntur, *num.* 64.
101 ac proinde cum pro furto infra augustalem
non possit practicari pœna triremium, ut supra
diximus *hoc eod. cap. num.* 7. & consequentèr nec
tortura locum habere potest, si quis sit inditia-
tus pro furto infra augustalem, non potest pu-
niri pęna contenta in *d pragm.* 11. §. 6. *de empt.*
& vend.

102 Tertiò requiritur ad hoc ut locum habeat
pęna statuta in *d. prag.* 11. ut inditium pro se-
cundo furto sit legitimè probatum; nam illud
verbum *qualecumque* non se refert ad qualita-
tem inditiorum, sed ad quantitatem, idest quòd
inditium, quod erat de jure communi validum
ad torquendum, in terminis *d. prag.* sit sufficiens
ad condemnandum, & sic *d. pragm.* requirit indi-
tium proximum, ad hoc ut pęna triremium pro
103 secundo furto practicari possit, non verò indi-
tium remotum, quia cum unico inditio proxi-
mo potest reus torqueri, *Mising. cent.* 5. *observ.*
13. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 45. *num.* 4. *Masc.*
de prob. concl. 491. *nu.* 17. *&* 18. *Rocc. de offic. rub.*
de mod. proc. in caus. contrab. §. 14. *num.* 22. secus
104 autem si inditia sint remota, quę sunt valida
ad infligendam torturam, quando ad minus
sunt duo, nec unum sufficit, *l.* 1. *l. unius*, §. 1. *&*
l. milites, ff. de quest. Bos. de indit. num. 7. *Cabal.*
cas. 200. *num.* 13. *Bald. tract. crim. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.*
2. *& seq. Guaz. def.* 30 *cap.* 4. *num.* 12. *Ciriac.*
105 *contr.* 106. *num.* 49. & sic in terminis *d. pragm.*
teneas, quòd pœna annorum decem triremium
pro secundo furto non possit practicari, nisi
concurrente unico inditio proximo, seù duo-
bus inditiis remotis; dummodo sint dicta indi-
106 tia perfectè probata, aliàs nec etiam sunt suf-
fficientia, nec pœna *d. prag.* practicari potest.
107 Tunc autem dicitur legitimè, & perfectè pro-
batum inditium proximum, quando est pro-
batum per unum Testem, qui deponit imme-
diatè de furto, & sic quòd vidit furari, & dictus
testis debet esse absque ulla macula, & omni
exceptione maior, aliàs non probat inditium
pro-

proximum, *Bart. in l. maritus, num. 1. ff. de quest. Bald. conf. 259. nu. 5. lib. 1. Gomez. var. lib. 3. cap. 13. num. 7. Clar. §. fin. quest. 21. vers. unus Testis, Guaz. ad def. reor. discept. 1. à n. 61. cũ seqq. Vermigl. conf. 74. num. 10. Marin. resol. quotid. lib. 3.*
108 *alleg.* 139. Inditium vero remotum à delicto debet probari per duos testes, *Gramat. vot. 22. n. 1. Clar. q. 23. in princ. Gomez. d. cap. 13. num. 18. Guaz. def. 3. cap. 3. Cabal. cas. 193. num. 1. Guttier.*
109 *in pract. crim. q. 4. à num. 1. Dian. p. 4. resol. moral. 3. tract. 6.* qui sint omni exceptione maiores, *Gomez. d. num. 18. Guaz. d. num. 3. Masc. de prob. concl. 894. num. 3. & 13. cum seq. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 91. num. 5. & 6. Caccher. decis. 79. n. 16. Ciriac. contr. 106. num. 44. Vermigl. cons. 33. n. 27. & cons. 60. n. 20.*
110 Quartò in terminis *d. pragm.* 11. adverte, quòd licèt consuetudo delinquendi faciat contra solitum delinquere inditium ad torturam, iuncta cum aliis adminiculis, *Mars. §. diligenter, sub num. 12. vers. contrariam partem, & seqq. Clar. q. 64. vers. sed pone, Boss. de indit. num. 65. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num.* 101. tamen
111 illa mala qualitas probata ex præcedenti condemnatione furtis, non influit in terminis dictę *prag.* ad secundum furtum, sed debent concurrere alia inditia separata à mala qualitate, quę inducitur ex prima condemnatione, quia tali casu mala fama, quæ desumitur ex prima condemnatione, sufficit ad imponendam pœnam pro secundo furto, non autem ad cumulanda inditia; nam aliàs sequeretur, quòd pro omni adminiculo concurrente in 2. furto possit practicari pęna contenta in dicta *prag.* ex quo consuetudo delinquendi cum aliis adminiculis facit inditium ad torturam, ut supra diximus.
112 Septimò aggravatur furtum si fuerit commissum in strata publica, nam ex quo viæ publi-
113 cæ sunt sub protectione Regis, *Tap. lib. 5. Iur. Reg. tit. 41. num 7. Merl. lib. 1. controv. forens. cap. 17. num. 3.* ratione violationis loci fur punitur
114 pœna mortis, *Intrigl. cas. conf. 85. num. 5. Mastril. de indul. cap 33. num. 2. Thes. qq. for. q. 80. n. 18.* ad quòd plura requiruntur, aliàs nec pœna
115 mortis locum habet pro furto commisso in strata publica. Primò requiritur quod furtum sit magnum, aliàs si furtum sit minimum fur non debet mori, *Mut. ad prag. sicul. de fur. num. 20. & seq Pegner. decis. 40. Thes. d. q. 80. Capibl. de*
116 *Baron. tom. 2. cap. 52. à num. 2. Camp. de forind. resol. 16. num. 15. in fin.* secundò requiritur quòd furtum sit factum cum violentia, inferendo violentiam corpori per vim ablativam, res mobiles violentèr aufetendo de manibus captivatorum, *Affl. & Gram. in Const. Super incisionibus, Roma. conf. 429. Cabal. cas. 95. num. 6. Mut. decis. 60 nu. 6. Burg. de mod. proced. ex abrup. q. 23. num. 89.*
117 Tertiò requiritur appensamentum; nam pro furto inopinato, & casuali, commisso in via publica, non habet locum pœna mortis, *Gomez. var. lib. 3. cap. 5. num. 10. in fin. Pegu. decis. 40. in add. ad fin. Sanfel. decis. 40. Camp. d. resol. 16. num.*
118 15. Quartò requiruntur arma, quia pro furto commisso in via publica absque armis, non habet nec etiam locum pœna mortis, *l. capitalium, §. grassatores, ff. de pęn. Ang. ad Angel. de malef. verb. etiam vestem calestem, nu. 12. in fin. Decian. tract. crim. 9. lib. 2. cap. 29. num. 14. Farin. q. 166. num. 16. Muscatel. de cogn. sive prob. del. tit. de fur. num. 35. Mut. decis. 60. num. 4. Sanfel. d. decis. 40. num. 6. Merl. contr. for. lib. 1. cap. 17. num. 22. Ros. de decr. M. C. V. cap. 5. n. 21.*
119 Sed in Regno ratione violationis loci pęna furti alteratur, & pro furto etiam minimo commisso in via publica, imponitur pœna mortis, *Tap. lib. 5. Iur. Reg. tit 41. num. 4. & seq. Merl. d. c. 17. num. 16. Camp. d. resol. 16. num. 12. Scial. de forind. cap. 3. num. 124. in fin.* sed etiam in Regno ad hoc ut furtum commissum in via publica puniatur pęna mortis, debent concurrere alia requisita supra recensita, aliàs nec quidem pęna mortis practicari potest, benè verissest, quòd per novis. *pragm. 30. § 18. de exul.* est statutum, quod furta commissa in via publica, excedentia valorem decem carolenorum, puniuntur pęna mortis, etiam si fur qui commisit furtum fuit solus, & absque armis.
120 Et contra committentes furta in campanea, & in via publica subintrat potestas procedendi ad modũ belli, *prag. 10. §. 48. de off. Iud.* ibi. *Nelli furti, che si commettono in strada publica, & in campagna,* undè quotiescumque furtum est com-
121 missum in campanea, & in via publica, intrat contra talem furem potestas procedendi ad modum belli, nec est necesse quòd fur sit publicus latro, ut malè existimavit *Danz. de pug. DD. tit. de potest. ad mod. bel. cap. 4.* nam publicus latro dicatur, qui commisit plura furta, ut infra
122 dicemus, *n. 137.* & tamen si quis in campanea, & in via publica unum tantum furtum commisit, contra eum potest procedi ad modum belli, *Campan. de forind. resol. 16. num. 13. Thor. in C. rer. ind. cas. 40.* quòd ea inconvincibili ra-
123 tione probo, quia *d. pragm.* loquitur de disrobatoribus stratarum, & distobator stratarum dicitur qui unicum tantùm furtum committit in via publica, ut infra dicemus *num.* 140. & sic cum *pragm.* aliud non requirat, nisi quòd furtum sit commissum in via publica, & in campanea, aliud quærendum non est, quia quòd
124 non dicit statutum, nec nos dicere debemus, *l. si servus, §. non dixit, ff. de acq. hared. Cabal. cas. 299. num. 3.* solum ergò *pragm.* consideravit offensionem factam transeuntibus in viis publicis, quæ sunt sub protectione Regis, ut diximus supra *num.* 113. undè æquè offendit Regem, & impedit publicum commercium publicus latro, ac fur, qui unica vice tantum furatur in strata
125 publica, & sic concludo, quòd, ne dum contra publicos latrones, qui furantur in via publica intrat potestas procedendi ad modum belli, sed etiam contra furem, qui unica vice furatur

in

in via publica, & in campanea.

Sed ad hoc, ut habeat locum potestas procedendi ad modum belli contra fures, qui furan-
116 tur in via publica plura requiruntur, Primò requiritur, quod furtum sit commissum in campanea, & in via publica; nam non sufficit si sit commissum in via publica, sed non in campanea, vel si in campanea, sed non in via publica, quia hæ duę qualitates requiruntur à *pragm.* ad fundandam iurisdictionem Reg. Aud. procedendi ad modum belli, & sic ante omnia sunt
127 probanda, aliàs dispositio locum habere non potest, *Farin.consf.6a.num.7. Tusc.concl.555.nu. 3.4.& 7.lit.S.Burg.de mod.proced.ex abrup.q.22.*
128 *num.4.* ac proinde pro furto commisso in campanea, sed extra viam publicam non potest procedi ad modum belli, *Novar.super d.pragm.* 10. §.48.*num.*199 *de off.Ind.* nec pro furto eommis-
129 so in illa via publica, quæ ingreditur plateam, potest procedi ad modum belli, quia via publica statim quòd ingreditur oppidum, vel villam moritur, & amplius non dicitur via publica, & tales viæ non sunt sub protectione Regis, sed earum cura pertinet ad Magistratus, *l.a.§.hoc interdictum,ff.ne quid in loc.publ.Fran.Bec.consf.*15. *num.5.& 21. Calie.in tract.de fon.emif.q.5.verf. quaero appellatione via, Cancer. var.resol.tom.2. cap.a.num.92.& tom.3.cap.5.à num.21. usque*
130 *ad* 25. similitèr si in via publica sit taberna, & aliquis furator in dicta taberna, contra istum non intrat potestas procedendi ad modum belli, ex quo non est offensa via publica, sed taberna, *Camp.d resol.16.num.14.* & licèt per *pragm. novif.sub tit.de exul.*30.§.18. sit statutum quòd
131 furantes in tabernis, & domibus, sistentibus in via publica valorem carolenorum decem puniantur pœna morris, tamen *d. pragm.* loquitur
132 de pœna, non de modo procedendi, e contrario si quis viatorem aggreditur in via publica, & ob illius fugam furatur extra viam, ex quò violavit viam publicam, potest contra eum procedi ad modum belli, *Campan. d.resol.*16. *num.* 16.& 17.

133 Secundò ad hoc ut pro furto commisso in campanea, & in via publica possit procedi ad modum belli, requiritur appensamentum, aliàs si non adest appensamentum, sed furtum fuit commissum clandestinè, & ex improviso, non intrat potestas procedendi ad modum belli, *Camp.d.resol.*16.*num.*15. *Capiblan.de Baron.tom. 2.cap.*51.*num.*5. nam contra istos fures, qui casualitèr furantur in via publica, non potest obiici, quòd impediant liberum commercium, quod fuit principale motivum, cur in *d.prag.* fuit ordinatum, quòd procedatur ad modum belli contra committentes furta in via publica, & sic cessante ratione legis, ipsa legis dispositio cessare videtur, *l.adigere,§.quamvis,ff.de iur.patro.* consonant dicta supra *num.*117.

134 Tertiò non potest procedi ad modum belli pro furto commisso in campanea, & in via publica, nisi sit commissum cum armis, argumento *l.capitalium, §.grassatores,ff.de pœn.* & quòd tradunt *Muscatel.de cogn.sive prob.delict.tit.de fur. num.*35.*Mut.decis.*60.*num.*4.*Sanfel. dec.*40.*nu. 6.Merl.contr.for.lib.1.cap.*17.*n.*21.

135 Cognitio verò terminorum quis dicatur publicus latro, & disrobator stratarum, expetenda est in terminis *prag.* 5. *ubi de del. quis conv.deb.* quæ tribuit iurisdictionem cuilibet Iudici capienti publicos latrones, & disrobatores stratarum, ut ab eo possint castigari, denegando remissionem Baroni, *Franch.decis.*142. *Capibl.de Baron. prag.*8.*pr.a.nu.*102. *Thor.in compend.decis.part. 3.verb.remissio latronis,remissio Vassalli,& remissio Vassallorum,& in Cons.ind.cas.*36. unde adest
136 differentia inter publicum latronem, & disrobatorem stratarum, ut agnoscit *Merlin. contr. for.lib.*1 *cap.*17.*n.*22.*& seqq.*

137 Publicus latro dicitur, qui committit plura furta palàm, cum vi, & cum armis, *l.capitalium, §.grassatores,ff.de pœn.* ibi *Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum furto agredi, & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si sæpè sæpius, atque in itineribus hoc admiserint,* unde plura requiruntur ad hoc, ut quis dicatur publicus latro. Primò quòd
138 commiserit plura furta, & non sufficit, si semel vel bis furatus est, *Deciau. tract.crim.lib.*6. *cap.* 28.*num.*6.*vol.*2.*Boer.decis.*131. *num.*16. 17. *& 18.Pegu.decis.*40. *Mastr.decis.*147.*num.*8.*& de Magistr.lib.*4.*cap.*16. *num.*218. *& de indult.general.cap.*33.*num.*7.*Giurb.consf.*90.*num.*12. *Sanfel.dec.*40.*num.*6.*Novar.in pragm.*10.*de off. Ind.* §.48.*num.*198.*Sperell.decis.*103.*n.*27.*par.*2.

Secundò quòd plura furta commiserit palàm, aliàs si committat plura furta clàm, non dicitur publicus latro, sed publicus fur, *Farin. quaest.*166.*num.*15.*Ital.de immun. Eccl.lib.*1.*cap.* 5.§.1.*n.*3.*&* 4.

Tertiò quòd id fiat cum armis, *Ang.ad Ang. de malef.verb.etiam vestem celestem, num.*1.a. *in fine,Decian.lib.*2 *tract.crim.cap.*29.*num.*14. *Farin.d.q.*166.*num.*16. *Musc.de prob. del. tit.de fur.num.*35.*Mut.decis.*60.*num.*4.*Sanfel.d.decis. 40.num.*6.*Merl.contr.forens.lib.*1 *cap.*17.*nu.*22. nec obstat *tex.in Auth.sed novo iure,C.de.serv. fug.* ubi videtur posse probari, quòd latrocinium committitur, sivè cum armis, sivè sine armis, quia dictus *text.* loquitur non de committente
139 latrocinium, sed rapinam, quæ committitur, cum quis violentèr, & apertè alienas res furatur, sivè cum armis, sivè sine armis, *Far.d.q* 166. *num.*31 & ità loquitur *tex.in d. Auth.sed novo Iure*, sed non datur latrocinium absque armis, *d.§.capitalium.*

140 Disrobator stratarum dicitur, qui in via publica unicum tantum furtum committit, sed necessariò debet fieri in strata publica, & cum armis, & differt à publico latrone, quia latrocinium potest committi, non solum in itinere, sed in domibus, sed disrobatio non datur, nisi

fue-

succedat in strata publica, *Tap. in Const. Iur. Reg. rub. de publ. latr. num. 3. Cancer. var. lib. 3. tit. de forjemis. num. 21. Thor. in C. rer. ind. cas. 36. nu. 6. Merl. d. cap. 17. n. 22 vers.* verum tamen, usque
141 *ad fin.* & in Regno adest *prag. 7. ubi de del. quis con. pos.* à nemine ponderata, pro quam per unico furto commisso io strata publica denegator remissio Baroni.

142 Sed quia *d. pragm.* est pęnalis foit restrictã, quòd tunc locum habeat, quoties ipsa Curia, quæ intendit punire publicum latronem, & discobatorem statarum capturavit inquisitum; nam si particulares loci ceperint, & Curiæ consignaverint, non potest ipsa procedere, *Franch. decis. 342. Mastr. decis. 138. num. 4. Rovit. in d. prag. 5. num. 7.*

143 Quòd si plures reperiantur inquisiti de furtis in strata publica, & unus fuir captus per Birruarios Regiæ Audientiæ, aiter verò à Barone, quilibet cognoscit de Reo capto, *Franc. decis. 426. Rovit. in prag. 1. ubi de del. num. 42.* qoia continentia causæ non datur in eriminalibus,
144 ubi Rei sunt diversi fori, sed quilibet Iudex cognoscit suum subdirum, *Gomez. var. lib. 3. cap. 10. Cov. pract. qq. cap. 14. circ. fin. Clar. q. 36. n. 41. Far. quæst. 8. num. 15. & seq. Mex. de 1ux. pan. concl. 5. num. 74. cum seq.* Canc. *var. lib. 2. cap. 2. num. 131. Mart de iurisd. p. 4. cent. 2. cap. 119. Mastr. decis. 138 & decis. 269. num. 1. & 2. Fach. contr. lib. 9. cap 31.* & irà pluries obrinuisse, & observari vidisse refert *Ursil. ad Affl dec. 155. num. 6. in fin.* & licèt pro contraria opinione ipse adducat *Cap. decis. 122. in fin.* tamen in hoc decipitur,
145 quia *Capyc.* loquitur de stylo Regni Siciliæ, ut advertit *Franch. d. decis. 426. num. 3.* & farerur *Mastr. d. dec. 269 num. 3.* ac proinde nescio si *decis. Sanf. 273.* qui non ponderaris prædictis contrarium tenet, possit substineri.

146 Si vero unus met Reus sit inquisitus de delicto capitali in M. C. vel in Regiis Audientiis, & etiam in Curiis inferioribus dictæ M. C. & Reg. Audientiæ, tanquam Tribunalia superiora avocant inquisitiones, & cognoscunt de delictis alibi commmissis, ut ex omnibus inquisitionibus simul iunctis nascatur una pęna, & Reus severiùs puniatur, *Pegn. decis. 224. Fab. def. 1. C. de Ind. & defin. 26. C. de Iurisd. omn. Ind. Capibl. de Baron. p. 2. cap. 58. Ros. de decre. M. C. cap. 5. num. 16.*

147 In caso verò quo Reus reperitur inquisitus in Curia inferiori, & in Regia Audientia pro pari delicto, eo carcerato in Curia inferiori, eidem Curiæ rescribitur per Reg. Audientiam, quòd si remanet locus pœnæ, non liberet inconsulta Regia Audientia, *Carav. rit. 269. num. 14. Ros. loc. cit. n. 17.*

148 Sed licèt supradicta vera sint, quòd quilibet Iudex capiens sit competens in cognoscendo publicos latrones, viarum grassatores, & facientes recapta; si tamen rei de talibus criminibus intincti fuerunt à Iudicibus competentibus processati, vel foriudicati, & per alium Iudicem, qui non habet possibilitatem capiendi novam informationem capti: tunc sunt remittendi ad illum Iudicem, qui prius cepit informationem, vel foriudicavit, *Campan. de forind. resol. 22.* & ità procedont dicta per *Capibl. de Baron. prag. 8. par. 2. num. 117. & 125.*

149 In crimine recaptus quoque habet locum dispositio dictæ *pragm. 5.* nam quilibet Iudex capiens est competens in cognoscendo talem delinquentem, quia isti sunt peiores publicis latronibus, & viarum grassatoribus, *Danz. tom. 2. tit. de arm. per camp. cap. 1. nu. 19. & tom. 3. tit. de forind. cap. 4. num. 13. Rosa de decr. M. C. cap. 5. nu. 22.* qui ità decisum refert.

Similitèr cognitio dictorũ terminorum quia
150 dicatur publicus latro, & quis viarũ grassator deseruit ad interpetrationẽ *Bulla Greg.* quæ dictos privat immunitate Ecclesiast. per hæc verba. *Publici latrones, viarũq; grassatores, qui itinera frequẽtant, vel publicas stratas obsidẽt, ac viatores ex insidiis aggrediuntur,* ac proinde ad finẽ privandi aliquem immunitate Ecclesiastica requiritur, quod sit publicus latro, & viarum gras-
151 sator, & quod sæpiùs cum vi, & cum armis tale scelus patravit; unde si quis committat unicum furtum tantùm, licèt cum vi, & cum armis, etiam in via publica gaudet immunitate Ecclesiastica, *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 2. Far. q. 28. num. 50. Pegn. dec. 40. Giurb. cons. 90. n. 12. Merl. d. cap. 17. num. 8. Ital. de immun. Eccl. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 3. & 4. Thor. in C. rer. ind. cas. 26. num. 17.*

SUMMARIUM.

1 *Incendium tripliciter contingere potest.*

2 *Pro incẽdio causato casu fortuito nulla pœna irrogatur, nec oritur aliquod interesse parti resarciendum.*

3 *Nec pro incendio casu apposito potest procedi ad modum belli.*

4 *Incendiarius punitur pęna mortis si incendium fuit dolosè appositum.*

6 *Dummodo incendium sit appositum in Civitate, vel oppido, & si in Villa fuit sequuta mors, vel adfuit periculum mortis hominis.*

7 *Secus si fuit appositum in Villa, vel in rure, ubi non evenit, nec potuit mortis periculum contingere, tunc incendiarius punitur Iudicis arbitrio, citrà mortem.*

5 *Crimen incendii est gravissimum, & perniciosissimum.*

8 *Contra incendiarios dolosè apponentes ignem, sivè in locis habitatis, sivè alibi proceditur ad modum belli.*

9 *Modus belli potest practicari, etiam in casu, in quo non est statuta pœña mortis.*

10 *Pro incendio culpa apposito habet locum pœna Iudici arbitraria.*

11 *Incendium causatum culpa levi, vel levissima nulla pœna punitur.*

12 In-

12 *Incendiarius culpa lata, levi, vel levissima tenetur ad emendam damni, & ad interesse Partis.*
13 *Sed tali casu non debet incendiarius detineri in carceribus, sed sat est quòd præstet fideiussorem.*
14 *Incendium quando dicatur culpa alterius evenisse, quando casu fortuito, & quando quis teneatur de negligentia, vel omissione, remissivè.*

CAPUT III.

De pœnis contra Incendiarios, & quando contra eos possit procedi ad modum belli.

1 INcendium tripliciter contingere potest, Primò ex divina voluntate, prout ex
fulmine de Cœlo cadente, *l. si finita, ff. de dam. infect.* Secundò propter hominum
malitiam, quando ignis malitiosè apponitur ad comburendum, *l. fin. ff. de
off. Præf. Vigil.* Tertiò ex negligentia eius, qui
præcavere poterat, & noluit, *l. si vendita, ff. de
peric. & com. rei vend. l. si servus servum, §. fornicarius, ff. ad l. Aquil. Flam. de Rub. cons. 11. nu. 39.
Cappo. Latro consult. 135. num. 1.* quibus positis
dicas, quòd.
2 Pro incendio causato casu fortuito nulla
pena imponi potest, nec aliquod producit
interesse resarciendum illi, qui incendium passus
fuit, *l. si fortuitò, ff. de incend. ruin. & naufr.
Alex. cons. 50. nu. 4. Mascard. de prob. concl. 271.
& seq. Medic. de casibus fortuitis p. 2. q. 7. num. 1.
& 25. Belider. Rip. de noctur. temp. cap. 27. nu. 40.
Revit. decis. 59. num 9. de Marin. ad Revert. decis.
3 26. num. 1. circa med.* nec potest procedi ad modum
belli, *d. pragm. 10. §. 48. de off. Iud.* ibi *Purche
fiine appensatamente fatti, e non casuali.*
4 Pro incendio dolosè, & malitiosè apposito
ad comburendum imponitur pena mortis: nam
leges iubent incendiarios vivos esse concremandos,
*l. capitalium, §. qui, ff. de pœn. cap. si quis demum,
de iniur. l. qui ades, ff. de incend. ruin. &
naufrag. de Lauren. dec. 74. num. 7.* & in Regno
adest *Const. Super incisionibus*; nam incendii cri-
5 men gravissimum est, & perniciosissimum, quia
in quolibet crimine sceleratorũ voluptas adimpletur,
sed in incendio incendiarius nihil voluptatis,
nec utilitatis habet, *Iodoc. in pract. crim.
cap. 103. num. 1. & Sum. Pontif. in cap. pessimam,
23. q. 8.* pessimam, & depopulatricem, horrendamque
incendiariorum malitiam detestatur,
& interdicit, *Farin. quæst 110. num. 2.*
6 Sed tunc demum pro incendio est imposita
pœna mortis, quoties incendium dolosè est appositum
in Civitate, vel oppido, vel si in villa,
si ex incendio in villa apposito fuit sequuta
mors hominis, vel adfuit periculum mortis, tunc
enim Incendiarius non potest effugere pœnam
mortis, *Clar. § fin. quæst. 68. nu. 20. vers. item aliis
Cabal. resol. crim. cas. 22. de Laurent. d. decis. 74.
7 num. 7.* si verò incendium, quantumvis magnum,
sivè de die, sivè de nocte, etiam dolosè sit
appositum in villa, vel rure, ubi non adest periculum
vitæ hominis, nec evenit mors, incendiarius
punitur Iudicis arbitrio, citrà tamen
mortem, *l. capitalium, §. qui ob inimicitias, ff. de
pœn. l. fin. §. qui data opera, ff. de incend. ruin. &
naufrag. Affl. in Const. Super incisionibus, num. 9.
vers. limitat 2. Bos. in pract. crim. tit. de incend. in
princip. Cabal. d. cas. 22. n. 5.*
8 Sed circa modum agendi *d. prag. 10. §. 48. de
off. Iud.* dictat, quòd contra incendiarios, qui
dolosè apposuerunt ignem, sivè in domibus, sivè
in palearibus positis intra, vel extra loca habitata,
sivè in silvis, & nemoribus, vel victualibus
repositis in aere, procedatur ad modum
belli, ex qua pragm. ego infero, quòd dan-
9 tur casus, in quibus non est imposita pœna
mortis, & potest procedi ad modum belli; nam
pro incendio apposito in rure, ubi non adest
periculum mortis hominis, non adest pena mortis,
& tamen potest procedi ad modum belli.
10 Pro incendio, non dolo, sed culpa apposito,
similitèr habet locum pena Iudici arbitraria,
*l. in lege, ff. ad l. Corn. de Sicar, Bart. in l. 1. ff. de off.
præf. vigil. Angel. in tract. de malef. verb. incendiario,
Affl. in d. Const. Super incisionibus, nu. 10.
vers. 3. limita.*
11 Excepto si incendium fuerit causatum ex culpa
levi, vel levissima, quia tunc non potest puniri
criminalitèr, *Abb. in cap. recognoscentes, de
const. Bald. in l. si quis non dicam, ult. col. C. de
Episc. & Cler. Affl. in d. Const. n. 10.*
12 Sed sivè incendium fuerit causatum dolo, sivè
culpa lata, sivè levi, sivè etiam levissima, semper
incendiarius tenetur ad interesse partis, &
ad emendam damni, *l. qui ades, ff. de incend. rui.
& naufrag. Affl. loc. cit. vers. & subdo unum, Menoch.
de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 390. in 4. 5. & 6. casibus,
Cabal. d. cas. 22. num. 6. Farinac. quæst. 110.
num. 9. & 10.*
13 Verum quoties pro illato incendio agitur ad
emendam damni, & civilitèr ad interesse, non
potest incendiarius detineri carceratus, sed sat
est quòd præstet fidejussorem, *Bart. in l. 1. ff. de
cust. reor. Angel. in tract. de malef. verb. fama publica,
vers. decime quartè,* in punct. *Rever. dec. 26.*
14 Incendium verò quando dicatur culpa alicuius
evenisse, & quando casu fortuito, & an, &
quaodo quis teneatur de negligentia, vel omissione
in non præcavendo, & quid quando fuit
in aliqua levi, vel levissima culpa, vide *Capic.
Latr. consul. 135. Revit. decis. 59. Ther. in compen.
decis. p. 1. verb. vicinus, & p. 3. verb. incendium.*

SUMMARIUM.

1 *Pra recaptus crimine da iure communi non cadit pœna mortis.*

2 *In Regno pro dicto crimino est imposita pœna martis.*

3 *Inentians alieni metum per nuncium, aut minaces lieteras, ut pecuniam mittat punitur pœna mortis.*

4 *Et eadem pęna punitur ferens nuncium, vel litteras scientèr pro dicto recaptu.*

5 *Committētes recapta ipsa jure reputantur pro veris contumacibus, ac si per sententiam Iudicis essent talitèr declarati.*

6 *Hodie requiritur citatia, & si post citationem infra 4. dies non compareant, habentur pro veris forindicatis.*

7 *Inditia ad torturam non sufficiunt pro forindicanda inquisitum de recaptu, sed requiruntur plena probationes.*

8 *Pro qualibet delicto, in quo forindicatia est inducta ipso iure, requiruntur plene probationes, & non sufficiunt inditia ad torturam.*

9 *Praxis forindicandi committentes recapta servata forma* Reg. Pragm. *refertur.*

10 *Capto forindicato pro recaptu si pracessit Iudicis declaratoria, statim fit exequutio sententia, pravia monitione ad dicendum causam quare sententia farindicationis exequi non debeat.*

11 *Si vero nan pracessit declaratoria, tunc fit monitia ad dicendum causam, quare nan debet condemnari, & reputari uti forindicatus.*

12 *Contra committentes recapta in Regno procedi tur ad modum belli.*

13 *Dummodo interveniat sequestratio persana in locis remotis, & asportatio de loco ad locum.*

14 *Cantra tentantes recaptum per nuncium, vel minaces litteras non potest procedi ad modum belli.*

15 *Qualitas, cuius vigore devenitur ad dispositionem ante omnia est probanda, & verificanda.*

16 *Modus belli est exorbitans à jure communi, & strictè est interpetrandus.*

17 *Pro recaptu, licèt exacto non potest procedi ad madum belli, si non intervenit sequestratia persona.*

18 *Contra accedentem de persona ad incutiendum metum non potest procedi ad modum belli.*

CAPUT IV.

De pęnis committentium crimen recaptus, & quando contra eos possit procedi ad modum belli?

1 PRo crimine recaptus de iure commuoi non est statuta pœna mortis, *Tho. in C.ver. ind.cas.21.in princip.* sed in
2 Regno est imposita pęna mortis: nam si quis sequestrat homioem causa extorquendi pecuoiam, vulgò *recatta* incurrit in pęnam mortis, *prag.2. & prag.10.§.2. de exul.*
3 idem est si quis per Nuocium, aut minaces litteras alicui metum incutiat, ut pecuniam mittat; nam adhuc pœna mortis tenetur *d.pragm.2. &*
4 *pragm.10.§.2.* & fercotes ouocium, vel litteras, scientèr, pro dicto recaptu incurruot io pœnam mortis oaturalis, vel relegationis vita durante, si sint nobiles, & triremium vita durante si sunt ignobiles, ad arbitrium S.E. *d.pragm.10.§.5.de exul.*

5 Et committentes recapta ipso jure reputātur pro veris contumacibus, & foriudicatis, ac si per sententiam Iudicis talitèr fuissent declarati, *d prag.8. de Exulib.* quòd fuit derogatum
6 per *prag.10. §.2.eod.tit.* io qua statuitur, quòd cootra committentes crimen recaptus requiritur citatio, & si post citationem non compareant infra quatuor dies, habeantus pro veris foriudicatis, ac si per seotentiam Iudicis ità declarati essent.

7 Pro qua citatione expedienda io crimine recaptus, dicunt communitèr *DD.* Regnicoli, quòd oon sufficiuot ioditia ad torturam, prout in aliis delictis, sed quòd requirātur plenæ probationes de tali crimine recaptuo, qoia in tali caso foriudicatio fuodatur in delicto, non in cootumacia, *Feller.in pragm.1.de duel.num.19.* non obstaote *d.pragm.10. §. 2. de exul.* quæ est cooteota pro fundanda citatione solis Inditiis, pro ut in aliis delictis, tamen ità fuisse declaratom, medianre rescripto Collateralis Consilii, testatur *Campan.de forind.resol.8.num.3.* & teoeoc *Capibl. de Baron.par.2.cap.52.num.15. Novar.decis.Reg.Audientia Apul.80. & in coll. super prag.10.num.4.de exul.Danz.de pug. DD. tit.de sent.forind cap.4.num.9.cum seqq. Sciel.de forind.cap.4.n.3.*

8 Quòd regulare est io qoolibet delicto, in quo est inducta forindicatio ipso iure, nam tunc requiruotur pleoæ probationes, & non sufficiunt inditia ad torturam, *Cartar.in pract. interrogator.lib.4.cap.1.num.56. & 107. Burg.de mod.*

pro-

proced.ex abrup.q.41.num.43.Reg.Calà in alleg. inserta per D.Hier.Cala in tract.de praem.M.C. cap.33.n.3.& 4.

9 Praxis verò procedendi in crimine recaptus est:nam capta informatione, si constiterit recaptum fuisse commissum, citatur inquisitus, assignato comperenti termino ad comparendum, iuxtà distantiam loci, cum comminatione, quòd si non comparuerit infra terminum dierū quatuor reputabitur pro foriudicato servata forma *Reg. pragm.10. de exul.* eoque non comparente, accusatis contumaciis in termine,in ultima contumacia fit declaratoria,quòd si reus non comparuerit infra quatuor dies, ex nunc pro tunc habeatur pro vero foriudicato, ità quòd impunè offendi, & occidi possit, eorumque occisores,& offensores nullam pęnam, sed gratiam regiam consequantur,bonaque ejus omnia Regio Fisco applicentur, servata forma *d.prag.10.de exul.Foll.in prag.1 t.de exul. n.18. Cala d.cap.33.n.21.*

10 Et capto foriudicato,modo quo supra, nihil aliud remanet agendum, non est opus alia sententia, nec talitèr foriudicatus debet amplius audiri in iuribus suis, sed recognita persona fit exequutio sententiæ, prævia monitione ad dicendum causam quare sententia foriudicationis exequi non debeat,*Capibl.de Baron.p.1.prag. 8.p.2.num.128.& seq.& par.a.cap.52.num. 14. Novar.decis.Reg.Aud. Apul.39.* & ità procedunt dicta per *Rovit.in pragm.10.de exul.nu.4.* & fuit practicatum per Reg. Audientiam Salerni,in anno 1665.contra Paulum Antonium Focatium,inquisitum de recaptu,in processu Gregotii Pacella,

11 Si vero non præcessit contra inquisitum de recaptu suptadicta declaratoria, tunc eo pervento ad manus Curiæ,non expeditur contra eum citatio ad dicendum causam,quare sententia foriudicationis exequi non debeat, sed fit monitio ad dicendum causam, quare condemnari non debet, & reputari uti forindicatus, & hic est verus sensus *Foller. in prag. 1. de exul. n. 36.* prout eum explicat *Calà d.cap.33.num. 14. & 15.*qui *num. 29. usque ad finem* dicit, quòd reus potest se defendere docendo de causis cur non comparuit, & quòd fiscus non est in probatis,& non concurrere in ipso requisita *pragm.* potestque deducere eius minorem ætatem, vel notoriam innocentiam, evidentèr, & in promptu, & tūc supersedebitur in exequutione sententiæ, & hoc est quòd desiderat *Campan. de foriud.resol.27.*qui supradictis non refragatur.

12 Quòd si nulla præcessit contra inquisitum de recaptu, non solum declaratoria, sed nec quidem citatio, & tunc contra eum, quando pervenit in fortiis Curiæ, proceditur ad modum belli, *d.prag.10.§.48. versic.li recatti*, nec potest procedi cum monitione,ut supra, nam *prag.10. de exul.§.a.*expressè requirit,quòd præcedat citatio, aliàs non habet locum foriudicatio inducta per *d.pragm.* ibi *Et essendo citati per qualunque Ufficiale,e Tribunale.*

13 Intellige quòd eo casu potest procedi ad modum belli contra inquisitos de recaptu,quoties intervenit sequestratio personæ in locis remotis, & asportatio de loco ad locum, *d.prag. 10.§.48.* aliàs contra tentantes recaptum per

14 nuncium, vel minaces litteras,licèt sit imposita pęna mortis, *d.pragm.10.§.2.de exul.*tamen non potest procedi ad modum belli, quia *d. prag.10.§.48.de off. Iud.* expressè requirit sequestrationem personæ; cumque hæc sit qualitas,

15 cuius vigore devenitur ad dispositionem, est ante omnia probanda,aliàs dispositio locum habere non potest, *Farin. cons.62. num.7. Tusc. concl.555.nu.3.4.& 7.lit.S.Burg.de mod.proced. ex abrup.quæ.a.num.4.* & qualitas iurisdictionem tribuens ante omnia est verificanda, *l.non ignorat,C.qui accus.non poss. Osasc. decis.71. nu. a a & decis.88.Vant.de nullit.tit. ex def.iurisd. num.53.Sesse de inhibit.fol.39a.*

16 Nam modus belli est exorbitans à iure communi, *Burg.q.9.t t.13.& 55.* qui plures adducit, unde tanquam odiosus debet strictè interpretari,in puncto *Burg.d.q.15.* & tradit in terminis præeminentiæ torquendi ex processu informativo, *Nigr.in cap.272.nu.a3.& 50.*& in casu fortiori decisum refert *Campan. resol.a8.n.*

17 *4.in fin.* quòd etiam si sit exactus recaptus, non potest procedi ad modum belli, nisi interveneri sequestratio personæ in parte remota, & per

18 *totam d.quæst.*substinet, quod rigor *d.prag.10.* non potest practicari contra illum,qui de persona accedit ad incutiendum metum, ad hoc ut pecunia sibi tradatur.

19 Unum tamen nota, quòd licèt contra tentantes recapta sit imposita pęna mortis, per *d. prag.10.§.48.*tamen quoties statutum punit delictum attentatum uti consummatum, non solum Iudex potest recedere à pęna ordinaria, sed ex causa debet, *Tiraq.caus.40.num.a. & 3. Affl.decis.a76.num.8.& in Const. Asperitatem, rub.a1.num.8.Farin.q.124.num.74. & 76. Bos. de dec.M.C.cap.5.num.22.in fin.*

SUMMARIUM.

1 Pragm.*edita contra armantes per campaneam recensentur.*

2 *Incedentes per campaneam quando, & infra quem terminum possint foriudicari? & n.3.*

4 *Statutum requirens plures qualitates non habet locum, nisi omnes adimpleantur.*

5 *Incessus per campaneam debet fieri cum armis igneis.*

6 *Statutum est strictè interpetrandum, & quòd non dicit,nec nos dicere debemus.*

7 *Fęmina incedens armata per campaneam facit numerum, ut dispositio* pragm. *locum habere possit.*

8 *Simplex incessus per campaneam absque deli-*

ctis non meretur pęnam mortis.

9 *Armantes per campaneam puniuntur pęna mortis existentibus aliis requisitis* pragmaticę, *licèt ante armationem non commiserint delicta.*

10 *Delicta debent esse atrociora in terminis* prag. 22.de Exul.

11 *Incessus cum Bannitis intra menia non meretur pęnam mortis.*

12 *Pro simplici incessu per campaneam cum Bannitis Aprutii, habet locum foriudicatio.*

13 Pragmatica *pœnalis non recipit extensionem,nec de persona ad personam, nec de casu ad casum.*

14 *Praxis procedendi ad foriudicationem contra armantes per campaneam notatur,* & *n.16.*

15 *Praxis procedendi ad foriudicationem contra incedentes cum Bannitis Aprutii recensetur.*

17 *Contra armantes per campaneam quando possit procedi ad modum belli?*

CAPUT V.

De Pœnis armantium per campaneam, quomodo contra eos procedatur, & quando habeat locum potestas procedendi ad modum belli?

1 Contra armantes per campaneam multæ in Regno per Proreges pro tempore fuerunt editæ *prag.* pro ut ex *pragm.* 5.6.& 9. *de Exul.*ad quarum limitationem fuit edita alia *pragm.*à Comite de Olivares,sub die 10 mēsis Martii, 1597.quæ est 11.*sub eod. tit.* in qua 2 fuit statutum, quòd omnes forasciti, & contumacesincedentes per campaneam in comitiva forascitorum,furando,& patrando alia delicta, perturbando quietem Populorum, citati debeant comparere infra decem dies, aliàs termino elapso habeantur pro verè foriudicatis, & possint impunè occidi.

3 Supervenit *pragm.* edita à magno Admirato, sub die 19.mensis Maii 1644.quę est 22.*sub eod. tit.*in qua in §.6.statuitur, quòd visi armati cū Bannitis, cum armis igneis ad numerum quatuor, etiam si non probetur antecedentèr deliquisse, ipso facto incurrunt in pęnam mortis naturalis, & potest contra eos abbreviari foriudicatio infra dies quatuor; ac proinde plura requiruntur,ut dispositio *d prag.*22.possit pra-4 cticari; nàm statutum requirens plures qualitates non habet locum,nisi omnes adimpleantur, *Bart.in l.ait pretor, §.quòd autem, ff. ne quid in flum.Alexan.cons.*224.*vol.*2. *Dec. cons.*120.*col. fin.*& *cons.*540.*nu.*9.

5 Primò requiritur quòd incessus per campaneam fiat cum armis igneis, ibi. *Con arme di fuoco*, unde non habet locum *d.prag.*si cum alio genere armorum fiat incessus per campaneam; nam licèt *Jo: Grand.de bell.Exul.prad.pati, qua.* 3.*num.*3.*vers.in uno tamen casu*, & *Muscat. de cogn.del.rub.de pen. fur. num.*3. qui scripserunt ante dictum annum 1644.putaverint omne genus armorum sufficere, tamen quia statutum est 6 pęnale, & in specie requirit arma ignea, non sufficit aliud genus armorum, & strictè debet interpetrari, & quòd non dicit, nec nos dicere debemus, *l.si servus,§.non dixit Prator, ff.de acquir.hered.l.illam, C.de collat.*

7 Secundò requiritur in terminis dictæ *pragm.* quòd armantes per campaneam sint quatuor,& non panciores,ibi. *Al numero di quattro*; sed si cum dictis quatuor adsit una fęmina veste masculina induta, coma coarctata, & cum armis igneis, est etiam locus *d.pragmatica, Annichin, de prevent.cap.6 quæst.1. num.21. Danz.de pug. DD.tom.2.tit.de armat.per camp.cap.5. Petr.rit.* 27e.*n* 77.

8 Tertiò requiritur, quòd incedentes per campaneam committant delicta: nam pro simplici incessu per campaneam absque delictis non habet locum pęna mortis, sed tantùm triremium, *Joan.Grand.loc.cit.num.*3. *Carav. in prag.* 1. *de Exul.n.* 187.*Muscat.de fur.*& *rapin.nu.*46. nec *d.prag.*22.§.6 contenta est solo incessu per campaneam absque delictis,ad finem incurrendi in pęnam mortis,& foriudicationis, ut existimavit *Campa.de foriud.resol* 8.quinimò *d. prag.*22. §.6.expresse requirit delicta,ibi. *Alle volte poi se uniscono de comitiva con detti Banniti, armando per la campagna con essi facendo delitti*,& ità in terminis *d.pragm.*22.§.6.bis fuit iudicatum per Regiam Audientiam Salern. nam Berardinus Calec,qui erat convictus de armatione per campaneam, cum omnibus requisitis *d.prag.* ex quò non fuit probatum commisisse delicta, die 10. Februarii 1676.fuit condemnatus ad remigandum vita durante, & iterum ad relationem tunc Auditoris Raitani,nunc Regii Consiliarii, Antonius de Sigismundo convictus de dicta armatione, sed absque delictis, fuit eadem pęna condemnatus,& tenet *Ros.*post hæc scripta visus, *ref. crim.p.*2.*cap* 25.*nu.*8.& 9.ubi *num.* 6. ità referr decisum per Superintendentem Campaneæ.

9 Illud tamen non desiderat *d.pragm.* 22. §.6. quòd scilicèt incedentes per campaneam sint aliàs forasciti,& contumaces: nā etiam si prius non erant Rei aliorum criminum, si tamen armantur per campaneam,cum requisitis,de quibus supra, etiam habet locum pœna mortis,& foriudicationis inflictę per *d. pragm.* 22. §.6. *de Exul.*

10 Et quidem ut possit practicari dispositio d. *pragm.*non sufficit quodlibet delictum commissum in campanea;nam delicta debent esse atrocio-

ciora, ut tenet *Campan.d.resol.8.num.6.* reiecta opinione *Muscatel.* existimantis sufficere simplicem vim commissam in campanea.

11 Quartò requiritur in terminis *d.pragm.* quòd incessus cum Bannitis fiat in campanea, non autem intra menia, vel in aliis locis, ubi Banniti non solent morari, aliàs dispositio *d.prag.* locum habere non potest, *Petr.rit.170.n.46.*

12 Nec supradictis adversatur novissima *prag.* edita ab Illust. Marchione del Carpio, sub die 12.Iunii 1684. quæ est 30. *sub eod. tit. de Exul.* ubi in §. 16. est statuta pœna mortis contra incedentes cum Bannitis, vel discursoribus campaneæ per duos dies, etiam quòd non probetur deliquisse, & possunt foriudicari cum abbreviatione termini, secundùm *pragm.* 10. *de Exul.*

Quia dicta *pragm.* expressè loquitur contra incedentes cum Bannitis Aprutii, ibi. *Impone-mo pena di morte naturale à tutti quelli, che si giunteranno con detti Banniti d'Apruzzo,* & sic contra armantes cum aliis Bannitis, qui non sint Aprutini, non habet locum dispositio dictæ *prag.* 30. sed remanent in earum robore aliæ *pragm.* supra citatæ, concurrentibus requisitis

13 supra recensitis; quia cum dicta *pragm.* sit pœnalis, non recipit extensionem de una persona ad aliam, nec de casu ad casum, *Cephal.cons.59. num.26.Eugen.cons.18.num.53.cons.45.nu. 34. & cons.85.num.9.lib.1. Aleia. resp.326.num.1. Roman.cons.92.num.3.Covar. var.lib.1. cap. 11. num 5.Vasq.de success.creat.§.21. nu.120.Prat. resp.crim.2.num.25.& 26.*

14 Praxis verò procedendi ad foriudicationem contra inquisitum de armatione per campaneam casu quo concurrant omnia requisita, supra enumerata ca est, citatur Reus ad informandum, & capitula, cum abbreviatione dierum quatuor, servata forma *d.prag.22.de Exul.* eoque non comparente, accusantur contumaciæ in termino, & in ultima contumacia non fit declaratoria sententiæ foriudicationis, sed in dicta ultima contumacia reputatur contumax, condemnatur ad tertiam partem mobilium, & ponitur in banno, quibus peractis post dies quatuor expeditur citatio ad foriudicandum, quæ intimatur, tàm inquisito, quàm suis consanguineis, & amicis, & accusatis contumaciis, post ultimam contumaciam expectantur alii quatuor dies, & inquisito non comparente fit decretum, quòd procedatur contra eum ad sententiam foriudicationis, eiusque lecturam, & promulgationem inclusivè, & immediatè proceditur ad lecturam sententiæ foriudicationis, & ità fuit practicatum in Regia Audientia Salernitana, in anno 1665. in causa Pauli Anellì de Roberto, & aliorū, in processu Georgii Pacella, & iterum die 3. Octobris 1668. contra Paulum de Aorola, Io: Baptistam Loriedo, & alios, in processu Ioseph Vacca.

15 Eodem modo debet practicari contra incedentes per campaneam cum Bannitis Aprutii, contra quos potest procedi ad foriudicationem ex solo incessu absque delictis, *d.prag.* 30. §. 16. *de Exul.* nam contra dictos, etiam requiritur sententia foriudicationis, cum actis ordinatoriis, positis *num.antec.* quia *d.pragm.*30 non declarat ipso iure foriudicatos dictos incedentes per campaneam, sed dat potestatem Iudici abbreviandi tempus foriudicationis, iuxtà terminum præfixum in *pragm.11. de Exul.* qui est dierum decem, licèt ex errore sit scriptum *pragm.10.*

16 Si verò contra inquisitum de supradicta armatione per campaneam præcessit citatio, sed non fuit subsequuta sententia foriudicationis, tunc eo capto fit monitio ad dicendum causā, quare non debeat, velut foriudicatus condemnari, *Foller.in pragm 1.de Exul.num.36.Calà de praemin.M.C.cap.33.num.14.& 15.* ubi *nu. 29. cum seqq.* dicit quòd Reus potest se defendere docendo de causis cur non comparuit, & quòd Fiscus non est in probatis, & non concurrere in ipso requisita banni, videlicèt armationem in comitiva, & delictorum patrationem; potestque deducere minorem ætatem, vel notoriam innocentiam, eodem modo, quo diximus supra *cap.antecedenti,num.* 11. ubi explicavimus doctrinam *Camp.resol.27.*

17 Quòd si non præcessit, nec citatio, nec sententia, & tunc contra Reum inquisitum de supradicto crimine armationis per campaneam, quando devenit in fortiis Curiæ, proceditur ad modum belli, tribus concurrentibus. Primò quod incessit per campaneam ad instar Bannitorum, cum comitiva quatuor Personarum. Secundò quod incessit armatus armis prohibitis. Tertiò quòd cum tali incessu commiserit delicta, licèt antea non repertus fuerit inquisitus de aliis delictis, *prag.10.§.48.vers.l'armare, de Offic.Iudic.*

S U M M A R I U M.

1 *Pœna raptus est mortis naturalis.*
2 *Raptus crimen est atrocissimum, pessimum, & detestabile.*
3 *Contra raptores puellarum proceditur ad modum belli.*
4 *Sed raptus debet esse violentus, & n.6.*
7 *Quæ violentia debet esse facta personæ raptæ.*
8 *Debet fieri cum armis.*
9 *Et in campanea.*
10 *Et quòd Mulier rapta asportetur de uno loco ad alium, animo eam cognoscendi, & num.11.*
5 *Raptus committitur etiam volente Muliere rapta, si illa sit in Patris potestate.*
12 *Prostituens aliquam Puellam in terram, & eam per vim carnaliter cognoscens, non punitur pœna raptus.*
13 *Pœna raptus in quibus casibus cesset, vel minoretur?*

CAP.

CAPUT VI.

De pœnis raptus, & quando pro raptu possit procedi ad modum belli?

1 POEna raptus est mortis naturalis, *l.1.C.de rap.Virg.* &
ultrà pœnam mortis raptores Puellarum perduot omnia bona, applicanda raptæ
Mulieri, si fuerit laica, si verò monialis applicantur
Ipsi raptæ, quoad usumfructum, donec vixerit, post mortem vero Monasterio, sivè Ecclesiæ, in qua mulier rapta Deo dicata est, *l.1.§.& si quidem, cum duob. sequentib.*
2 *& §.pęnas autem, C.de rapt.Virg.* quod crimen
raptus reputatur atrocissimum, pessimum, & detestabile, *d.l.1.C.de rap.Virg.Farin.q.145.nu.1.
Boss.de rap.mul.in princ.*
3 Et stante delicti atrocitate per dictam *prag.*
10.§.48.de off.Iud. est provisum, quòd contra
raptores Mulierum possit procedi ad modum
belli, ibi. *Li ratti violenti fatti in campagna à
Donne di qualsivoglia conditione*, unde exponendo verba dictæ *pragm.* apparet ex illis elici,
plura requiri, ut contra raptores Mulierum
procedi possit ad modum belli, aliàs uno de requisitis cessante, cessat talis potestas, & in causa
debet procedi ordinariè, ex dictis per nos supra
hoc *tit.cap.5.num.3.*
4 Primò requirit *d.pragm.* ut raptus sit violentus: nam si Mulier volens consensit se rapi,
tunc non potest procedi ad modum belli contra rapientem; quemadmodùm tali casu cessat
etiam pęna raptus, *Marsil.in l.un.num.14.C.
de rap.Virg.Sanch.de matr.lib.7.disp.12.num.6.
Farin.q.145.num.131. Menoch.de arb.Iud.cas.
291.num.8.Pegu.dec.43.num.8. Vermigl.cons.
396.num.5.Thor.in C.rer.iud.alleg.39.à n.4.*
5 Et licèt possit dari raptus etiam volente
muliere, putà quando Mulier rapta est in potestate Patris; nam tunc si permittat se rapi, etiam
tali casu locum habet pęna raptus, *Pegu.decis.
43.num.3.Sanfel.decis.262.nu.3.* quòd quomo-
6 do procedat, dicemus *tit.10.cap.27.* tamen tali
casu non intrat potestas procedendi ad modum belli, quæ tunc locum habet, quoties intervenit violentia, expressè requisita à *d.prag.*
7 Secundò requiritur in terminis *d. prag.* quòd
violētia fiat Personæ raptæ: nā si quis violentèr
frangeret ostium domus Mulieris, sistentis in
campanea, sed non violentèr Mulierem raperet, non diceretur violentiam in rapto adhibuisse, nec locum habet potestas procedendi ad modum belli, *Docian.tract.crim.lib.8.de stup.& coit.
viol.cap.15.num.3.Franch.decis.333.Giurb.cons.
36.num.7.*
8 Tertiò ad hoc ut raptus dicatur violentus,
& pro eo locum habeat potestas procedendi ad
modum belli, requiritur quòd sit commissus
cum armis, aliàs si absque armis sit sequutus raptus, non dicitur violentus, pro ut de stupro
dicit *Sanfel.decis.245.num.7. circa med.* ex doctrina *Angel. Arct.inst.de publ. iud. §. item lex
Iulia.*
9 Quartò requiritur, quòd raptus sit factus in
campanea; nam si intra menia, vel alibi sit commissum tale crimen raptus, non habet locum
potestas procedendi ad modum belli, ex dictis
per *Cancer.var.lib.3.cap.17.& Merl. lib.1. cap.
17.num.23.*
10 Quintò ad hoc ut dispositio *d.pragm.* practicari possit requiritur, quòd quis puellam capiat
animo carnalitèr cognoscendi, & eam de uno
loco ad alium ducat; nam tunc propriè committitur raptus, *Clar. §.raptus, in princip.* ceterùm si quis capiat puellam, ut eam per aliquos
11 passus ad alium locum habeat, & in effectu cognoscat, non dicitur raptus, nec locum habet
talis potestas procedendi ad modum belli, *Cuman.cons.95.col.2.Clar.loc.cit.vers.& hac conductio, Pegu.decis.42.num.7.vers. & dico, Sanch.
de matrim.lib.7.disp.12.num.21. Boss.de rap. mulier.num.3.Mut.decis.77.num.22.*
12 Sextò requiritur ad hoc ut possit procedi ad
modum belli contra raptores, quòd violentèr
quis capiat puellam, & eam ducat de uno loco
ad alium; ceterùm si quis per vim prostiterit
aliquam puellam in terram in campanea, & eam
cognoscat, non dicitur raptus violentus, sed
coitus violentus, & non intrat talis potestas,
*Boss.de rap. Mul.nu.3. & 4.Clar.§. raptus, verb.
& dixi, Nevizan.in sil.nupt.p.4.num.46. in 3.limit.Pegu.d.dec.42.n.6.& 7.*
13 In quibus verò casibus pęna raptus, vel minuetur, vel locum non habeat, dicemus *tit.10.
cap.27.*

SUMMARIUM.

1 *Piratæ vocantur Corsari, qui in mari latrocinia committunt.*
2 *Eorum pœna est mortis naturalis.*
3 *Ter in anno excommunicantur à Summo Pontifice.*
4 *Castigantur à quolibet Iudice capiente.*
5 *Etiam si furantur in littore maris.*
6 *Contra piratas proceditur ad modum belli.*
7 *Sed requiritur, quòd committant plura furta in mari, alias non habet locum talis potestas.*
9 *Et requiritur etiam apposamentum, aliàs non potest procedi ad modum belli.*
8 *Latro dicitur qui committit plura furta palàm, cum vi, & cum armis.*

CA-

CAPUT VII.

De pœnis contra Piratas, & quando possit procedi ad modum belli contra eos?

1 Piratæ dicuntur illi, qui in mari latrocinia committunt, & vocantur Corlari, *Decian. tract. crim. lib.9. cap.2. nu.9. & 22.Farin. q.166. nu. 29.& 167.nu.31.Garz. de expens.& mel.cap.2.*
2 *num.3* eorum pœna est mortis naturalis, *Auth.sed novo iure, C.de seru. fugit.* nam debent puniri ad instar committentium latrocinia in itineribus, seu domibus, *Petr.rit.270.num.52.* & ter in anno excommuni-
3 cantur à Summo Pontifice, ut ex Bulla Pauli V. quam refert *Duard.lib.1.cap.1.q.1. n.9. Thor. in C.rer.ind.cas.26.num.9.* & sunt excommunicati in Bulla cenæ Domini, *Clar.§ fin.q.77.num. 24. Ital. de immun. Eccles. cap. 5. §.1. num. 74.*
4 Contra piratas datur præventio, nam possunt castigari à quocumque capiente, ex dispositione *prag.5.ubi de del.quis conv.deb.* quæ licèt loquatur contra publicos latrones, discrobatoresque stratarum, ut quilibet Iudex si competens in cognoscendo, tamen ex vi comprehensionis fuit intellecta, ut comprehendat etiam piratas,
5 *Franch.dec.142.* idem est si non in mari, sed in littore maria Piratæ furantur, nam possunt quoque puniri à quolibet capiente, *Thor. in C. rer. ind.cas.36.*
6 Et in Regno similitèr contra Piratas proceditur ad modum belli, *prag.10.§.48. de off. Ind.* ibi. *Li delitti, che si commetteranno more piratico, & in mare.*
7 Sed tunc talis modus procedendi contra Piratas locum habet, quoties Piratę plura latrocinia in mari commiserint, cæterùm si unicum tantùm furtum in mare commiserint, non potest contra eos procedi ad modum belli, quia cum Piratæ assimilentur latronibus, *l.in rebus, ff.commod.* ibi *Latronum hostiumve incursus, piratarum insidias,* & infra, *l.naufragium, C.de furt. Auth.sed novo iure, C.de ser.fugit. Cap.Reg. Provisa iuris sanctio, Duard. in bull.can.lib.2.*
8 *can.3.q.2,Thor.in C.rer.ind.cas.26. num.5.* constat enim, quòd tunc quis dicitur latro, cum plura furta committit, palàm, cum vi, & cum armis, *l.capitalium.§ grassatores,ff.de pœn.* de quo diximus *hoc eod.titul.cap.3.num.137.* nec prædicta refragantur dicta eod. *cap.3.à nu.122.cum pluribus seqq.* ubi probavimus, quòd pro unico furto commisso in campanea, & in via publica possit procedi ad modum belli, quia *d.prag.10. §.48.* dat potestatem procedendi ad modum belli pro furto commisso in campanea, & in via publica, & sic non est necesse, quòd fur committat plura furta, sed in casu nostro *pragm.* dat potestatem procedendi ad modum belli contra piratas, & pirata dicitur, qui plura furta committit in mari, & non sufficit unicum furtum,
9 ad quòd etiam requiritur appensamentum, pro ut de furto commisso in campanea, & in via publica, diximus *d. cap.3. num.133.* quæ æquè militant contra piratas.

SUMMARIUM.

1 *Contra receptatores Bannitorum, quando sunt participantes proceditur ad modum belli.*
2 *An possit procedi ad modum belli contra receptatores non participantes.*
3 *Auxiliatores, & mandantes in delictis commissis cum armis igneis, an possint forindicari infra dies quindecim.*
4 *Statuta exorbitantia à iure communi debent proprijssimè intelligi.*
5 *Auxiliatores, & consocii non comprehenduntur sub eadem lege.*

CAPUT VIII.

An possit procedi ad modum belli contra receptatores Bannitorum?

1 Si receptatores bannitorum essent etiam participantes quæstio est absoluta, quòd contra illos potest procedi ad modum belli; etenim cum *d.pragm.10.§.48.de off. Ind.* statuat certos casus, in quibus potest procedi ad modum belli, subiungit. *Comprendendo in tutti li predetti casi, etiam li complici,* & sic quoàd participantes nulla potest cadere difficultas.
2 Dubium remanet circa receptatores bannitorum, qui non participaverunt, in quo articulo scripserunt 87.*DD.* quos enumerat *Nig. in Cap. Ad hoc, num.144.* & dicit *Ioa. Grand. de bell.exul.prad.de relatione,q.1.num.1.* quòd adeò *DD.* variarunt super tali quæstione, quòd si esset articulus fidei, nemo eorum esset Catholicus, & post *Nig. & Ioa. Grand.* scripserunt alii *DD.* hinc inde; nam *Thor.ad Io:Grand.in d.prad. de relatione,q.1.Scagl.alleg.2.num.131. & Rocc. de offic.tit.de offic.com.general,num.67. cum seqq.*
3 tenent partem affirmativam, & *Danz. de pug. DD.tom. 1.tit.de potest.ad mod.bell.cap. 6. num. 44.* transcribit rescriptum Coll. Conf. per quod ap-

apparet ordioatum, qoòd contra practicaotes
cum banoitis, & illos receptantes noo possit
procedi ad modum belli, & pro eadem opinio-
ne negativa adduco alios *DD.* Regniculos, qui
teoent, & decisum referuot, quòd *prag. 2. & 3.*
3 *de ill. scopp.* per quam est abbreviatus terminus
dierum quiodecim pro fotiodicatione cootra
delioquentes com armis igoeis, quòd talis *prag.*
noo compreheodat auxiliatores, & mandan-
tes, *Trois. rit. 276. nu. 32. Ricc. coll. 3565. Ball. var.*
lib. 2. q. 7. Merl. contr. forens. lib. 1. cap. 47. Scial.
de forind. cap. 10. num. 8. in fin. licèt hodiè quòad
auxiliatores quæstio sit sopita, per *pragm. 5. de*
ill. scop. cui opinioni negativæ ego iohæreo,
tum quia favet reis, pro ut teoeotur facere om-
4 oes scribentes, quia agitur de statu, & vita homi-
nis; tum etiam, quia statuta debent propriissi-
mè intelligi, præsertim quaodo sunt exorbitan-
tia à iure communi, *l. constitutionibus, ff. ad mu*
nicip. l. 1. §. is qui navem ff. de exercit. act. cap. cum
dilectus, §. quia nobis, de consuet. Mascard. de sta-
tut. interp. concl. 4. num. 1. & 2. & ouoquam ao-
5 xiliatores; & coosocii pooiuntur eadem lege,
l. 1. C. de nili ager. non rump. Rovit. in pragm. 1. de
assas. num. 27. Merl. d. cap. 47. num. 5. vers. Prima.

SUMMARIUM.

1 *Præses, & Regie Audientia quando procedunt ad modum belli, quo ordine procedere debeant? & n. 2. & 3.*

4 *D. Hieronymus Calà, Dux Diani laudatur.*

5 *Regia Audientia possunt procedere ad modum belli absque Proregis potestate in tribus casibus.*

6 *Præter hos tres casus non possunt tali modo procedere, absque concessione Proregis.*

7 *Præses debet intervenire in causis ad modum belli.*

8 *Et de eius ordine fiunt omnia acta in processu.*

9 *Debet procedere cum voto totius Tribunalis, vel Auditoris consultoris si est extra locum Tribunalis.*

10 *De necessitate in dictis causis tenetur petere votum à R. A. vel Auditoris consultoris.*

11 *Et stare illorum votis.*

12 *Reus non potest interrogari absque inditiis de causa carcerationis.*

13 *Non potest specialitèr interrogari super delicto non existentibus inditiis.*

14 *Grassatores stratarum, assassini, & alii hic notati, an possint interrogari absque inditiis? & num. 16.*

15 *An possint torqueri cum inditiis levibus?*

17 *Examen rei in causis ad modum belli, an debeat recipi à Præside, fisci patrono, & omnibus Auditoribus? & n. 22.*

18 *Iudices delegati debent omnes intervenire in confessione rei.*

19 *Iurisdictio delegatorum est connexa.*

20 *Iudices delegati debent omnes intervenire in prolatione sententiæ.*

21 *Et in omnibus actis interloquutoriis, & ordinatoriis.*

23 *Testium examen in causis ad modum belli potest committi uni Auditori.*

24 *Auditores in causis ad modum belli habentur pro ordinariis, & quare? n. 25.*

26 *Examen rei in causis ad modum belli ubi fieri debeat? & n. 27.*

28 *Fiscus debet acceptare confessionem rei, aliàs non potest reus ad mortem damnari.*

29 *Socius criminis uti infamis non probat absque tortura.*

30 *Fiscus debet instare pro tortura rei in caput sociorum.*

31 *Confessio debet verificari in omnibus qualitatibus confessatis.*

32 *Regia Audientia quando cognoscunt de delictis, in quibus intrat potestas ad modum belli, an debeant interponere decretum, quòd talitèr procedatur?*

33 *Debent præcedere contra reum inditia ad torturam, aliàs non potest interponi decretum, quòd procedatur ad modum belli.*

34 *Tortura ex processu informativo quando possit inferri reis in delictis, in quibus potest procedi ad modum belli?*

35 *Ea illata pro dictis delictis semper proceditur ad modum belli ad ulteriora.*

36 *Lis contestatur cum reo in delictis, in quibus proceditur ad modum belli.*

37 *Defensiones sunt dandæ Reo in delictis, in quibus proceditur ad modum belli.*

38 *Etiam confesso, & convicto.*

39 *Sunt de Iure naturali.*

40 *Princeps non potest derogare Iuri naturali, & gentium.*

41 *Solemnitas iuris naturalis, vel gentium non intelligitur remissa per concessionem liberi arbitrii.*

42 *Terminus defensionum datur per horas in delictis ad modum belli.*

46 *In quo vertitur ingens præiudicium reorum.*

44 *Princeps potest moderare terminum defensionū.*

45 *Potest resecare omnes dilationes à Iure positivo requisitas.*

47 *Copia repertorum datur reis in delictis, pro quibus proceditur ad modum belli.*

48 *Quando eis detur talis copia?*

49 *Testium repetitio requiritur in causis ad modum belli.*

50 *Acta in causis ad modum belli, fiunt quemadmodum in processu ordinario.*

51 *Probationes in causis ad modum belli requiruntur quemadmodum in iudicio ordinario.*

52 *Testes inimici, & alii de Iure non recipiendi non admittuntur contra reos in delictis ad modum belli.*

53 *Tortura in delictis ad modum belli, quomodo debeat inferri? & n. 54.*

55 *Tortura ex processu informativo non potest inferri cum fidiculis.*

56 *Non*

56 *Non potest excedere horam.*
57 *Repulsa competit reo adversus testes examinatos per fiscum.*
58 *Competit accusatori adversus testes productos ad rei defensam.*
59 *Non competit fisco.*
60 *Regie Audientia debent terminare causas ad modum belli, secundùm facti veritatem.*
61 *Veritas,& factum sunt Iuris naturalis.*
63 *Sententia non potest proferri de nocte.*
62 *Potest proferri de nocte in causis ad modum belli.*
64 *Appellatio non competit à sententia lata in causis ad modum belli.*
65 *Regia Aud. non tenentur obedire provisionibus M.C.V. etiam cum inserta forma memorialis Coll. Cons.quando procedunt ad modum belli.*
66 *Reclamatio à sententiis latis in causis ad modum belli pendet ab arbitrio Principis.*
67 *Nullitates in causis ad modum belli an impediant sententiæ exequutionem? & num.70. & 71.*
68 *Impediunt executionem sententia, etiam in causis delegatis.*
69 *Possunt proponi in Regiis Audientiis.*

CAPUT IX.

Modus procedendi in causis, in quibus proceditur ad modum belli quis sit?

1 Fuit aliquorum opinio, quòd quando Preses, cum Regia Audientia procedūt ad modum belli, non teneantur tali casu observare solemnitates iudicii, sed nulla lege servata possint procedere, levato velo, de facto,& multare reos pęna mortis, ut ex *DD.* adductis à *Rocc.in tract.de offic.tit. de offic.comm.general.rub.*15.*à num.*25.*usque ad*
2 *num.*55. qui loquuntur quoties banniti capiebantur io acto pugnæ,& sob tentorio; nam contra eos poterat Præses exercere modom belli, prætermissa omni solemoitate iudiciaria, & nulla lege servata, quia ingens armorum strepitus non permittebat leges audiri, & sufficiebat quòd bannitus fuisset captus in actu pugnæ,& in conflictu,cum militibus Curiæ, ut in *Cap.Provisa,Cap.Diù jam,& Cap.Iuris censura,* de quo casu loquitur *Io:Grand.de bell. exul. prad.substantia,q.*1.*& q.*3. *num.*11. *& prad.passim.special.*1.& alii adducti à *Rocc loc.cit.nu.*25.
3 quòd est hodiè sublatum sanctis Regiis *prag.* postmodum editis, quæ iubent debere tali casu procedi adhibitis omnibus solemnitatibus, sivè procedatur ad modum belli, sivè militari mo-
4 do, ut benè agnoscit. *D.Hieron. Cala Dux.Diani, olim Index M.C.V. in docto comment. super prag.*11.*de empt.& vend.num.*73.
5 Talis potestas procedendi ad modum belli est clausa in corpore Iuris, est iosetta io volum. pragmaticarum,& residet pęnès Regias Audiētias auctoritate Iuris Regni in tribus casibus, videlicèt contra committentes receptat, delicta in via publica, & contra exules, *prag.*30. §.11. *& 29. de exul.* In qoibus tribus casibus Regiæ Audientiæ possont procedere ad modum belli, licèt à Regni Prorege talis potestas non sit
6 Præsidi communicata, sed præter hos casus est probibitum Præsidi, & Reg.Aud. procedere ad modum belli, nisi Præsidi talis potestas à Regni Prorege concedatur, ut diximus io *pream. hujus tituli, num.* 17. & concessa tali potestate à Prorege Præsidi Provinciali procedendi ad modum belli, quia videtur electa iodustria personæ ob gravitatem negotii, *Covar.var.lib.*3.*cap.*20.*num.*5.*&* 10. *Cavalc.de brach.reg.par.*1.*num.*
7 270. ideo in omnibus causis, in quibus proceditur ad modum belli debet de necessitate interveniee Præses,& io omni actu sit mentio ejus potestatis extraordioariæ, per hæc verba. *Ex provisione Præsidis, vel Reg.Aud.procedentis ad modum belli, Campan.de forind.rosol.*12.*num.*9.
8 & omnia acta concernentia processum, in quo proceditur ad modum belli fiunt de maodato Præsidis, cum voto Regiæ Audientiæ, & subscribuntur ab eodem Præside; nam debet se subscribere io calce depositionis rei, in decreto torturæ, in termino ad desendendum, io monitione pro expeditione causæ, in sententia, & in cæteris actis à primo, usque ad ultimum, *Cam. super rit.Sicil.fol.*57.58.*&* 60. *Vant. de nullit.ex def.jurisd.num.*151. *Burg.de mod.proced.ex abrupt.quæst.*71.*à nu.*9.*cum seqq.* sed non
9 potest Præses in causa ad modum belli procedere solus, sed si est in loco Tribunalis teoetur procedere cum voto omnium Auditorum, audito Advocato Fiscali, si vero est extra locum Tribunalis cum voto unius ex Auditoribus sui
10 Consultoris, *prag.*10 §.53.*de offic. Ind.* unde debet Præses de necessitate in causis ad modum belli petere votum a Regia Aud. vel Auditore consultore, aliàs non potest ejus potestatem exercere, quia illa est limitata à Regia pragm.
11 *Ball.in trac.de quæst.quæst.*18.*in fin.* tenetur que omnino stare voto Regiæ Audieotiæ, vel Auditoris consultoris, *Mastard.de statut.concl.*9. *num.*8.*Tusc.concl.*490.*nu.*1.*lit.S. Burg. de mod. proced.ex abrup. quæst.*81. & latè diximus *tit.*1. *cap.*4.*à num.*17.*usque ad fin.*

Modus igitur procedendi contra reos in causa, in quibus proceditur ad modum belli est: nam
12 carcerato reo intincto de tali crimine, potest à Præside cum Reg.Aud. interrogari de causa carcerationis, licèt tempore capturæ non sit capta informatio de delictis ab illo patratis, & si sequatur confessio est valida, & non dici-

tur extorts, *Boss.de exam. reo num.6. Scagl. alleg.2.nu.159.fol.mihi 325. Ros.de decr.M.C.V. cap 5.num.55.* Si vero reus negat delictum, & non exiſtunt contra eum indicia ſufficientia ad
13 ſpecialem inquiſitionem non poſſunt Præſes, & Regiæ Audientiæ ipſum ſpecialiter interrogare ſuper delicto, nec cum particula monitus, & alitèr facientes peccant mortaliter, quia non ſunt ſumenda arma de domo rei, & ſi ſequeretur confeſſio eſt nulla, & invalida, *Feller. in prac.crim.verb.& ſi confitebuntur, nu.1. Boss. de exam.reo.num.6. Cartar. in pra. interrog. reo.lib. 1.cap.2.cum ſeq.& in metod.proc.infor.lib.3.cap. 33.num.118.Farin.qu.81.num.15.& qu.83.nu. 1.Rocc.de offic.tit.de mod.proc.in cauſ.contrab. §. 14.num.38. & 39.* & licèt aliqui *DD.* dixerunt,
14 quòd banniti, ſtratarum graſſatores, fures inſignes, latrones famoſi, & aſſaſſini poſſint interrogari, etiam non præcedentibus inditiis, *Scacc.de iud.civil. & crim.lib.1.cap.84. num.9. Farin.qu.37.num.171.Sanfel.decis.263.num.2.*
15 & quòd ſupradicti poſſint etiam torqueri cum inditiis levibus, dixerunt *Ant. de Ball. tract. crim lib.1.qu.4.num.17.Farin.quæst.83.num.19. Guaz.ad def.reorum,def.32.cap.31. nu.12.Conciel.resol.crim.verb.confeſſio, reſol.2.num.22.* ta-
16 men quòd etiam in criminibus atrociſſimis, & quòd plus in crimine læſæ Maieſtatis, non poſſit reus interrogari de delicto, non præcedentibus inditiis, diximus *tit.5.cap.2.num.20.* à fortiori non valent R. Aud. reos interrogare cum verberibus, ut ſubſtinuimus *tit.7. cap.5. à num.6.uſque ad* 10.

17 Examen vero Rei debet recipi à Præſide, & omnibus Auditoribus cum interventu fiſci Patroni, aliàs uno deficiente, confeſſio quæ inde ſequitur non ſufficit ad condemnandum; nam cum in dictis cauſis Auditores ſint Iudices de-
18 legati, conſtat quòd in confeſſione Rei debent intervenire omnes Iudices delegati, aliàs uno deficiente, confeſſio quæ inde ſequitur non ſufficit ad condemnandum, *Felin.in cap.qualiter, & quando, §.licèt autem, num.9.de accuſ. Feller. in pract.crim.verb.& ſi confitebuntur, par.1. nu. 6.Gabr.lib.1.tit. de confeſſ. concl.1.num.6. Scag.*
19 *alleg. 1. num. 6.* quia delegatorum juriſdictio connexa eſt, *cap.prudentiam, de offic.deleg.Rimin ald. Iun.conſ.273.num,18.Natt.conſ.39.n.6. Feller.de cenſ.gloſ. ut & vides, 3.nu.10. Giurb.*
20 *conſ.9.num.6.* ob quam rationem in prolatione ſententiæ debent intervenire omnes Iudices delegati, aliàs uno deficiente ſententia eſt nulla, *l.duo ex tribus, ff.de re jud. l. item ſi unus, §.principalitèr, l.ſi in tres, cum l.ſeq.l.diem proferre, §.ſi plures, ff.de arb.cap.cauſam matrimonii, extr.de offic.& poteſt.Iud.deleg.Vant.de null. ex def.juriſd.ord. num. 175. cum ſeqq.* & omnes
21 Iudices delegati debent ſimul intervenire in omnibus actis interloquutoriis, & ordinatoriis, aliàs proceſſus redditur nullus, *gloſ.in dicto cap. prudentiam, verb.iuuatur, de off. & pot.Iud. deleg.gloſ.in cap.cauſam, verb.nullus, eod.tit.Maran.de ord.iud.par.4.diſt.5. num.31. Prac. Papi. in for.libel.real.cap.nec non, Danz.de pug. DD. tom.2.tit.de eff.deleg.cap.1.*

22 Sed veritas eſt, quòd non eſt neceſſe, quòd in omnibus actis interloquutoriis interveniant omnes Iudices delegati, & in illis ſe ſubſcribant; nam ſufficit ſi interveniat maior pars, *Caſtr.in l.Pomponius, alias ſi uni ex pluribus, in fin.nu. 11.verſ.in ult.par ff.de re iud.Cabal.reſ. crim.caſ. 119.num.36 & 37.& Maſtr.decis 292. à n.16. uſque ad fin.* dicit quòd in cauſis, in quibus pro-
23 ceditur ex delegatione, poteſt committi Teſtiũ examen uni ex Iudicibus delegatis, & in pontificio *Cãp.de forin.reſ.52.n.* dicit quòd in cauſis, in
24 quibus proceditur ad modum belli non eſt neceſſe, ſed cautela tantùm, ad evitandas Advocatorum cavillationes, quòd omnes Auditores ſubſcribant citationem, & alia acta ordinatoria; nam ſufficit ſi tantùm Commiſſarios ſe ſubſcribat, idem tenent *Novar. in quæſt.forenſ. 52. tom.1.Scial.de forind.cap.12. numer.32. verſ. &*
25 *quando*, quòd ex ratione deſcendit, quia cum Auditores ſint delegati ad univerſitatem cauſarum æquiparantur ordinariis, & pro ordinariis habentur, *Menoch.de arb.lib.1. quæſt.67.n. 31.Scacc.de iudic.lib.1.cap.66.numer.7 Gratian. diſc.for.cap 738.num.9.*

26 Et examen Rei in cauſis, in quibus proceditur ad modum belli, debet fieri in Aula R. Aud. coram Præſide, & Auditoribus, Coria pro Trib. ſedentibus, aliàs ſi ſit facta in domo Præſidis, vel alibi, & ſequatur confeſſio, non ſufficit talis confeſſio ad condemnandum, ſed tantùm ad torquendum, *l.cum ſcimus, C.de agric. & cenſ.lib.11.Marſ.in pra.§.poſtquam, nu.17.Carrer.in pra.in prin.numer.32. & in trac.de ind. & tor.§.ſeptimum ind.nu.4.Boer.decis.90.numer.8. Boſſ.de conf.num.44.Mara.in ſpec.tit.de conf. n. 30.Villag.in pra.crim.lib.7.tit. de confeſ. cap.pri. concluſ.8.Rocc.de off.tit.de mod.proc.in cauſ.controb.num.32.*

27 Excepto ſi Præſes reperiretur extra locum Tribunalis in perſequutione bannitorum; nam tunc in cauſis ad modum belli ſufficit ſi confeſſio ab illo, & Auditore conſultore recipiatur in quocumque loco, etiam non ſedente pro Tribunali, & ſufficit ad condemnandum, & ita procedunt dicta per *Cacac.in alleg.* inſerta per *Scagl.2.num.193.cum ſeqq.verſ.2.obiicitur*, & procedunt deciſiones adductæ à *Roſa de decr. M.C.V.cap.5.n.40.*

28 Examinato Reo, ſi in ejus depoſitione confeſſus fuerit delicta, fiſcus in calce dictæ depoſitionis debet acceptare dictam confeſſionem, ſi & in quantum pro ſe facit, nec aliter, nec alio modo; nam ex confeſſione per fiſcum non acceptata reus non poteſt ad mortem damnari, *Far.quæſt.81.num.54.Guaz.ad def.reor. def.32. cap.55.*

29 Si vero reus in eius depoſitione nominavit

alios

alios delioquentes, vel receptatores, quia tanquam socius criminis est infamis, & non probat absqua tortura, l. ob carmen, §. si ea rei conditio ff. de Test. Far. quæst. 43. num. 134. Cabal. cas. 185. num. 5. Clar. quæst. 21. vers. successivè quære, Vermigl. cons. 290. num. 3. fiscus debet instare dictum reum torqueri in caput sociorum tantû, quoád purgandam iofamiam, & convalidandam suam depositionem in caput sociorum tantùm.

31 Quòd si reus in eius depositione confessus
fuit factum, quod indiget verificatione, præcedente instantia fisci fit decretum, quòd impiognetur informatio, quia confessio debet verificari in omnibus qualitatibus confessatis, aliàs est nulla, Bru de indit. & tortur. p. 2. quæst. 2. nu. 23. Feller. in prac. crim. verb. & si confitebuntur, par. 2. sub num. 15. vers. & ideo, Farin. quæst. 81. num. 30. Guaz. ad def. reor. def. 32. cap. 2. num. 3.

32 Completo examine si delictum sit tale, pro
quo prag. iubet posse procedi ad modum belli, interponitur decretum, quòd procedatur ad modum belli, quia si non explicatur modus in procedendo intelligitur procedi ordinariè, Cavale. de brac. reg. par. 1. n. 164. non sufficit tamen pro interpositione dicti decreti solus tituius
33 delicti, sed requiruntur contra reum inditia
ad torturam, ut supra diximus hoc eod. tit. cap. 1. nu. 11. Supradicta limitantur quoties R. A. procedit ad modum belli in illis tribus casibus, notatis hoc cap. num. 5. nam tunc non requiritur decretum supradictum, qoia talis delegatio in dictis tribus casibus est inserta in vol. pragm. & sufficit si R. Aud. asserat in processibus se procedere ad modum belli.

34 Facto decreto quòd procedatur ad modum
belli in casu supradicto, eoque intimato carcerato, si reus in eius depositione negavit delictum, potest contra eum procedi ad torturam ex processu informativo, quia causa, in quibus agitur ad modum belli hoc io se habent, quòd potest deveniri ad torturam ex processu informativo, etiam non data copia repertorum, Bartol. de Capu. in Cap. Reg. Diu iam, 224. & ibi Nig. num. 9. le. grand. de bell. Exul. pradica de quant. quæst. 1. num. 13. Musc. de cogn. seù prob. del. rub. de privil. fur. num. 55. Mut. dec. 30. num. 23. Burg. de mod. proc. ex abrup. quæst. 4. num. 12. & quæst. 41. num. 11. qui plures adducit: concurrentibus tamen omnibus requisitis, recensitis tit. 3. cap. 2.

35 Qua tortura illata, sivè reus negaverit, sivè
confessus fuerit delictum proceditur semper extraordinario modo, & ad modum belli ad ulteriora, Nigr. in cap. si cum sceleratis, in fin. Scaglio. alleg. 1. n. 8.

36 Verum si reus negavit delictum contestatur
cum eo lis, modo quo diximus tit. 2. cap. 14. n. 5. & tit. 8. cap. 12. num. 12.

37 Dantur postea Reo defensiones, quæ non
possunt ei denegari, nec possunt à Principe tolli per ampiissimam potestatem, etiam in crimine atrocissimo, Clem. pastoralis, §. cæterum, dere Iud. Tusc. prac. concl. 99. num. 9. lit. I. Ball. de quæst. q. 10. num. 14. Ren. in rub. de ben. pred. num. 4. Macerat. var. res. lib. 1. resol. 102. nu. 18. Scagl. alleg. 2. num. 1 & vers. non obstat, licèt reus
38 fuerit confessus, & convictus, l. desertorem, §. si
ad idem, ff. de re milit. Farin. q. 39. num. 32. vers. ampliatur decimò, Rocc. de offic. tit. de mod. proced. §. 14. num. 42. & 43. quia defensiones sunt de
39 iure naturali, Affl. decis. 391. num. 2. Gram. decis.
36. num. 50. Bess. de ind. & consid. ant. tort. nu. 74. de Laur. dec. 15. Vulpel. cons. 21. num. 6. Far. q. 39. n. 84. undè non potest per Principem, per con-
40 cessionem cuiuscumque potestatis derogari Iu-
ri naturali, aut gentium, gloss. in l. fin. C. si con. ius, vel util. publ. Lancel. in templ. omn. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. jus naturale, & gentium, Scagl. d. alleg. 1. num. 14. & 15. & ex concessione liberi ar-
41 bitrii in procedendo solum intelligitur remis-
sa solemnitas iuris civilis, non naturalis, vel gentium, l. 1. §. ius naturale, cum seq. ff. de inst. & iur. Mattesil. sing. 14. & ibi Add. Mastr. de magistr. lib. 6. cap. 2. n. 6.

42 Sed defensiones dantur per horas, Ie. grand.
de bell. Exul. fol. 28. num. 14. Scag. d. alleg. 1. num. 34. & 38. & alleg. 2. num. 12. & 13. quemadmodùm M. C. observat in delictis atrocioribus, ubi
43 impartitur terminum per horas, Franch. decis.
520. quia hoc non est tollere defensionem, sed
44 tantùm moderare, quòd benè per Principem
fieri potest, Nell. de bann. p. 2. temp. 1. q. 2. Carav. in pragm. 1. de Exul. à num. 14. ad 26. Cartar. de exeq. sin. cap. ban. cap. 3. num. 34. & 40. Tusc. lit. C. concl. 270. num. 16. Farin. q. 39. num. 26. Caval. de brach. reg. p. 1. num. 174. Merl. contr. for. lib. 2. cap. 47. num. 1. Rocc. de off. tit de effic. commis. general. num. 61. Guaz. ad def. reo. def. 32. cap. 1. nu. 4. Con-
45 ciol. verb. defensio, resol. 1. num. 5. qui potest rese-
care omnes solemnitates à Iure positivo requi-
46 sitas in recipiendo probationes, Gram. dec. 34.
num. 9. Viv. dec. 143. Caval. par. 1. num. 141. Sed quæ mala producant infelicissimis reis tales defensiones coarctatæ per horas expertus scio, dum pluries in M. C. V. in causis Reorû, ubi fuit processum per horas, patrocinium præstiti, suffectus in locum Advocati Pauperû infirmi. Quomodo enim spatio duarum horarum poterit Advocatus alloqui cum Reo, ad finem se instruendi, percunctare processum, formare instantias, conficere articulos, producere testes, & incumbere articulis legalibus facientibus pro tutamine causæ. Quilibet considerare poterit si infrà talem terminum brevem possunt supradicta expleri, & optarem, ut talis veritas esset infixa cordibus Iudicantium, & concederet reis competentem terminum ad faciendas defensiones, ne innocentes pereant, dum in hoc fiscus non læditur, qoia carceratus est in fortiis Curiæ, & non potest aufugere, unde parum refert si expeditio causæ se refert ad diem sequentem,

tur extorta, Boss. de exam. reo num. 6. Scagl. al-
leg. 2. nu. 159. fol. mihi 325. Ros. de decr. M.C.V.
cap. 2. num. 25. Si vero reus negat delictum, &
non existunt contra eum inditia sufficientia ad
13 specialem inquisitionem non possunt Præses,
& Regię Audientiæ ipsum specialiter interro-
gare super delicto, nec cum particula monitos,
& aliter facientes peccant mortaliter, quia non
sunt sumenda arma de domo rei, & si sequere-
tur confessio est nulla, & invalida, Feller. in
prac. crim. verb. & si confitebuntur, nu. 1. Boss. de
exam. reo. num. 6. Cartar. in pra. interrog. reo. lib.
1. cap. 2. cum seq. & in metod. proc. infor. lib. 3. cap.
33. num. 118. Farin. qu. 81. num. 15. & qu. 83. nu.
1. Rocc. de offic. tit. de mod. proc. in caus. contrab. §.
14. num. 38. & 39. & licèt aliqui DD. dixerunt,
14 quòd banniti, stratarum grassatores, fures in-
signes, latrones famosi, & assassini possint in-
terrogari, etiam non præcedentibus inditiis,
Scacc. de iud. civil. & crim. lib. 1. cap. 84. num. 9.
Farin. qu. 37. num. 172. Sanfel. decis. 263. num. 2.
15 & quòd supradicti possint etiam torqueri cum
inditiis levibus, dixerunt Ant. de Ball. tract.
crim lib. 1. qu. 4. num. 17. Farin. quæst. 83. num. 19.
Guaz. ad def. reorum, def. 31. cap. 31. nu. 12. Cen-
ciol. resol. crim. verb. confessio, resol. 2. num. 28. ta-
16 men quòd etiam in criminibus atrocissimis, &
quòd plus in crimine læsæ Maiestatis, non pos-
sit reus interrogari de delicto, non præceden-
tibus inditiis, diximus tit. 5. cap. 2. num. 10. à
fortiori non valent R. Aud. reos interrogare
cum verberibus, ut substinuimus tit. 7. cap. 5. à
num. 6. usque ad 10.
17 Examen vero Rei debet recipi à Præside, &
omnibus Auditoribus cum interventu fisci Pa-
troni, aliàs uno deficiente, confessio quæ inde
sequitur non sufficit ad condemnandum; nam
cum in dictis causis Auditores sint Iudices de-
18 legati, constat quòd in confessione Rei debent
intervenire omnes Iudices delegati, aliàs uno
deficiente, confessio quæ inde sequitur non suf-
ficit ad condemnandum, Felin. in cap. qualiter,
& quando, §. licèt autem, num. 9. de accus. Feller.
in pract. crim. verb. & si confitebuntur, par. 2. nu.
6. Gabr. lib. 1. tit. de confess. concl. 1. num. 6. Scag.
19 alleg. 1. num. 6. quia delegatorum jurisdictio
connexa est, cap. prudentiam, de offic. deleg. Ri-
minald. Iun. cons. 273. num. 18. Natt. cons. 39. n. 6.
Feller. de conf. glos. ut & video, 3. nu. 10. Giurb.
20 cons. 9. num. 6. ob quam rationem in prolatione
sententiæ debent intervenire omnes Iudices
delegati, aliàs uno deficiente sententia est nul-
la, l. duo ex tribus, ff. de re jud. l. item si unus,
§. principaliter, l. si in tres, cum l. seq. l. diem pro-
ferre, § si plures, ff. de arb. cap. causam matrimo-
nii, extr. de offic. & potest. Iud. deleg. Vant. de null.
ex def. jurisd. ord. num. 175. cum seqq. & omnes
21 Iudices delegati debent simul intervenire in
omnibus actis interloquutoriis, & ordinatoriis,
aliàs processus redditur nullus, glos. in dict. cap.
prudentiam, verb. teneatur, de off. & pot. Iud.
deleg. glos. in cap. causam, verb. nullus, eod. tit. Ma-
ran. de ord. iud. par. 4. dist. 5. num. 31. Prac. Papi.
in for. libel. real. cap. nec non, Dann. de pug. DD.
tom. 1. tit. de off. deleg. cap. 1.
22 Sed veritas est, quòd non est necesse, quòd
in omnibus actis interloquutoriis interveniant
omnes Iudices delegati, & in illis se subscribãt;
nàm sufficit si interveniat maior pars, Castr. in
l. Pomponius, alias si uni ex pluribus, in fin. nu.
11. vers. in ult. par. ff. de re iud. Cabal. res. crim. cas.
119. num. 36 & 37. & Mastr. decis. 192. à n. 16.
usque ad fin. dicit quòd in causis, in quibus pro-
23 ceditur ex delegatione, potest committi Testiũ
examen uni ex Iudicibus delegatis, & in pun-
cto Cãp. de forin. ref. 12. n. dicit quòd in causis, in
24 quibus proceditur ad modum belli non est ne-
cesse, sed cautela tantùm, ad evitandas Advo-
catorum cavillationes, quòd omnes Auditores
subscribant citationem, & alia acta ordinato-
ria; nam sufficit si tantùm Commissarius se sub-
scribat, idem tenent Novar. in quæst. forens. 52.
tom. 1. Scial. de forin. d. cap. 12. numer. 32. vers. &
25 quando, quòd ea ratione descendit, quia cum
Auditores sint delegati ad universitatem cau-
sarum æquiparantur ordinariis, & pro ordina-
riis habentur, Menoch. de arb. lib. 1. quæst. 67. n.
31. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 66. numer. 7 Gratian.
disc. for. cap 738. num. 9.
26 Et examen Rei in causis, in quibus procedi-
tur ad modum belli, debet fieri in Aula R. Aud.
coram Præside, & Auditoribus, Coria pro Trib.
sedentibus, aliàs si sit facta in domo Præsidis,
vel alibi, & sequatur confessio, non sufficit ta-
lis confessio ad condemnandum, sed tantùm
ad torquendum, l. cum scimus, C. de agric. &
cens. lib. 11. Mars. in pra. §. postquam, nu. 17. Car-
rer. in pra. in prin. numer. 32. & in trat. de ind. &
tor. §. septimum ind. nu. 4. Boer. decis. 96. numer. 8.
Boss. de conf. num. 44. Mara. in spec. tit. de conf. n.
30. Villag. in pra. crim. lib. 7. tit. de confes. cap. pri.
conclus. 8. Rocc. de off. tit. de mod. proc. in caus. con-
trob. num. 32.
27 Excepto si Præses reperiretur extra locum
Tribunalis in persequutione bannitorum; nam
tunc in causis ad modum belli sufficit si confes-
sio ab illo, & Auditore consultore recipiatur in
quocumque loco, etiam non sedente pro Tri-
bunali, & sufficit ad condemnandum, & ita
procedunt dicta per Cacac. in alleg. inserta per
Scagl. 1. num. 193. cum seqq. vers. 2. obiicitur, &
procedunt decisiones adductæ à Rosa de decr.
M.C.V. cap. 5. n. 40.
28 Examinato Reo, si in ejus depositione con-
fessus fuerit delicta, fiscus in calce dictæ depo-
sitionis debet acceptare dictam confessionem,
si & in quantum pro se facit, nec aliter, nec alio
modo; nam ex confessione per fiscum non ac-
ceptata reus non potest ad mortem damnari,
Far. quæst. 81. num. 54. Guaz. ad def. reor. def. 32.
cap. 25.
29 Si vero reus in eius depositione nominavit
alios

alios dalinquentes, vel receptatores, quia tan-
quam socius criminis est infamis, & non pro-
bat absqua tortura, *l.ob carmen*, *§.si ea rei con-
ditio.ff.de Test.Far.quæst.*43.*num.*134.*Cabal.cas.*
185.*num.*5.*Clar. quæst.*21. *vers.successivè quæra,
Vermigl.cons.*290. *num.*3. fiscus debet instare
dictum reum torqueel in caput sociorum tantù,
quoàd purgandam infamiam, & convalidan-
dam suam depositionem in caput sociorum
tantùm.
31 Quòd si reus in eius depositione confessus
fuit factum, quod Indiget verificatione, præce-
dente instantia fisci fit decretum, quòd impin-
guetur informatio, quia confessio debet verifi-
cari in omnibus qualitatibus confessatis, aliàs
est nulla, *Bru de indit.& tortur.p.*2.*quæst.*2.*nu.*
23.*Feller.in prac.crim.verb. & si confitebuntur*,
*par.*2.*sub num.*15.*vers.& ideo*, *Farin. quæst.* 81.
*num.*30.*Guaz.ad def.reor.def.*32.*cap.*2.*num.*3.
32 Compleio examine si delictum sit tale, pro
quo *prag.* iubet posse procedi ad modum belli,
interponitur decretum, quòd procedatur ad
modum belli, quia si non explicatur modus in
procedendo intelligitur procedi ordinariè, *Ca-
valc.de brac.reg.par.*1.*n.*164. non sufficit tamen
pro interpositione dicti decreti solus titulus
33 delicti, sed requiruntur contra reum inditia
ad torturam, ut supra diximus *hoc eod.tit.cap.*1:
*nu.*11. Supradicta limitantur quoties R.A. pro-
cedit ad modum belli in illis tribus casibus, no-
tatis hoc *cap. num.*5. nam tunc non requiritur
decretum supradictum, quia talis delegatio in
dictis tribus casibus est inserta in vol.pragm. &
sufficit si R.Aud. asserat in processibus se proce-
dere ad modum belli.
34 Facto decreto quòd procedatur ad modum
belli in casu supradicto, eoque intimato car-
cerato, si reus in eius depositione negavit de-
lictum, potest contra eum procedi ad torturam
ex processu informativo, quia causæ, in quibus
agitur ad modum belli hoc in se habent, quòd
potest devenlri ad torturam ex processu in-
formativo, etiam non data copia repertorum,
Bartol.de Capu.in Cap.Reg.Diù iam, 224. & ibi
*Nig.num.*9.*Io.grand. de bell. Exul. pradica.de
quant.quæst.*1.*num.*13. *Musc.de cogn. seù prob.
del.rub.de privil.fur.num.*55. *Mut.dec.*30.*num.*
23.*Burg.de mod.proc.ex abrup.quæst.*4. *num.*12.
& *quæst.*41.*num.*11. qui plures adducit: con-
currentibus tamen omnibus requisitis, recensi-
tis *tit.*3.*cap.*2.
35 Qua tortura illata, sivè reus negaverit, sivè
confessus fuerit delictum proceditur semper ex-
traordinario modo, & ad modum belli ad ul-
teriora, *Nigr. in cap.si cum sceleratis, in fin.
Scaglia.alleg.*1.*n.*8.
36 Verum si reus negavit delictum contestatur
cum eo lis, modo quo diximus *tit.*2.*cap.*14.*n.*
5.& *tit.*8.*cap.*12.*num.*12.
37 Dantur postea Reo defensiones, quæ non
possunt ei denegari, nec possunt à Principe
tolli per amplissimam potestatem, etiam in
crimine atrocissimo, *Clem.pastoralis*, *§.cæterum,
dere iud.Tusc.prac.concl.*99.*num.*9. *lit.I. Bald.
de quæst.q.*10.*num.*14. *Ren.in rub.de ben. pred.
num.*4.*Macerat.var.res.lib.*1.*resol.*102.*nu.*18.
*Scagl.alleg.*1.*num.*2 & *vers.non obstat*, licèt reus
38 fuerit confessus, & convictus, *l.desertorem*, *§.si
ad idem,ff.de re milit.Farin.q.*39.*num.*32.*vers.
ampliatur decimò, Rocc.de offic.tit.de mod.proced.*
§.14.*num.*42. & 43. quia defensiones sunt de
39 iure naturali, *Affl.decis.*391.*num.*2.*Gram.decis.*
36.*num.*50.*Bess.de ind.& consid.ant. tort. nu.*74.
*de Laur.dec.*15.*Vulpel.cons.*21.*num.*6.*Far.q.*39.
*n.*84. undè non potest per Principem, per con-
40 cessionem cuiuscumque potestatis derogari iu-
ri naturali, aut gentium, *gloss.in l.fin.C.si con.ius,
vel util.publ.Lancel.in templ.omn.Iud.lib.*1. *cap.*
1.§.4.*vers.ius naturale, & gentium*, *Scagl.d.al-
leg.*1.*num.*14.& 15. & ex concessione liberi ar-
41 bitrii in procedendo solum intelligitur remis-
sa solemnitas iuris civilis, non naturalis, vel
gentium, *l.*1.*§.ius naturale,cum seq. ff.de inst.&
iur.Mattesil.sing.*14.& *ibi Add.Mastr. de ma-
gistr.lib.*6.*cap.*2.*n.*6.
42 Sed defensiones dantur per horas, *Io. grand.
de bell.Exul.fol.*28.*num.*14.*Scag.d.alleg.*1.*num.*
34.& 38.& *alleg.*2.*num.*12. & 13. quemadmo-
dùm M.C. observat in delictis atrocioribus, ubi
43 impartitur terminum per horas, *Franch.decis.*
520. quia hoc non est tollere defensionem, sed
44 tantùm moderare, quòd benè per Principem
fieri potest, *Nell.de bann.p.*2.*temp.*1.*q.*2. *Carav.
in pragm.*1.*de Exul.à num.*14. *ad* 26. *Cartar.de
exeq.sen.cap.ban.cap.*3.*num.*34.& 40. *Tusc.lit.C.
concl.*270.*num.*16. *Farin.q.*39.*num.*26.*Caval.de
brach.reg.p.*1.*num.*174.*Merl.centr.for.lib.*2.*cap.*
47.*num.*1. *Rocc.de off.tit de offic.commis.general.
num.*61.*Guaz.ad def.reo.def.*31.*cap.*1.*nu.*4.*Con-
45 ciol.verb.defensio,resol.*1.*num.*5. qui potest rese-
care omnes solemnitates à Iure positivo requi-
46 sitas in recipiendo probationes, *Gram. dec.*34.
*num.*9.*Viv.dec.*143.*Caval.par.*1. *num.*141. Sed
quæ mala producant infelicissimis reis tales de-
fensiones coarctatæ per horas expertus scio, dum
pluries in M.C.V. in causis Reorù, ubi fuit pro-
cessum per horas, patrocinium præstiti, suffe-
ctus in locum Advocati Pauperù infirmi. Quo-
modo enim spatio duarum horarum poterit
Advocatus alloqui cum Reo, ad finem se in-
struendi, percunctare processum, formare in-
stantias, conficere articulos, producere testes, &
incumbere articulis legalibus facientibus pro
tutamine causæ. Quilibet considerare poterit
si infrà talem terminum brevem possunt supra-
dicta expleri, & optarem, ut talis veritas esset
infixa cordibus Iudicantium, & concedere reis
competentem terminum ad faciendas defensio-
nes, ne innocentes pereant, dum in hoc fiscus
non læditur, quia carceratus est in fortiis Cu-
riæ, & non potest aufugere, unde parum refert
si expeditio causæ se refert ad diem sequentem,

 & so-

& solum admitterem posse procedi per horas
in causis arduis, ubi periculom esset in mora,
vel ubi dubitaretur de aliquo magno scandalo
in Populo si expeditio causæ retardaretur.
47 Datis reo defeosionibus conceditur eidem
copia repertorum ad hoc, ut adversus probata
per fiscum valeat se defendere, ut diximus tit. 3.
cap. 1. à num. 66. cum seqq. & tradit Rocc. de offic.
tit. de mod. proced. §. 14. num. 45. dummodo sit
48 confessus, vel habuerit Testes fisci pro repetitis,
aliàs reo oon conceditur copia repertorum, nisi
prius repetitis Testibus in informativo exami-
natis, citata parte, Capyc. decis. 54. Vulp. cons. 68.
n. 7. Foller. in pract. crim. verb. datur copia capi-
tulorum, num. 5. quæ repetitio requiritur etiam
49 io causis, in quibus proceditur ad modum belli,
prag. 10. §. 51. de off. Iud. prag. 1. §. 2. de persoq. ma-
lef. ubi Rov. num. 11. & in pragm 5. §. 3. eod. tit.
Morl. contr. for. lib. 1. cap. 41. num. 11. Danz. de
pug. DD. tom. 2. tit. de test. repet. cap. 5. à nu. 9. cum
seqq. Pascal. de pat. pat. p. 4. cap. 3. num. 41. & licèt
Foller. & Ioa. Grand. citari à Cal. in com. super
pragm. 11. de empt. & vend, teneant contrarium;
tameo loquuntur quoties Præses procedebat
contra banoitos captos sub tentorio, & pu-
gnando, quo casu poterat contra eos procedere
nulla lege servata, quòd hodiè est sublatum, ut
diximus supra hoc eodem cap. num. 3. & in his
terminis loquuntur Foller. & Io. Grand. ut dicit
Cal. loc. cit à num. 66. usque ad 73. & io eisdem
terminis loquutus fuit Rocc. de offic. tit. de offic.
com. gener. rub. 15. nu. 36. ac proinde dec. 37. San-
fel. qui scripsit post dictam prag. nescio quomo-
do salvari possit; nam per potestatem proce-
dendi ad modum belli alteratur tantùm modus
50 procedendi, sed acta eodem modo fiunt in iu-
dicio ordinario, quemadmodum fiunt in pro-
cessu, in quo proceditur ad modum belli, Nigris
in Cap. Reg. 223. num. 6. Cartar. in pra. interrog. re-
os, lib. 4. cap. 1. num. 207. Burg. quæst. 40. num. 15.
51 & probarioces in processu, ubi proceditur ad
modum belli, debent esse eo modo, & forma,
pro ut fieri debent in iudicio ordinario, quia
modus belli locum habet in modo procedendi,
non io modo probandi, ubi debent servari ea,
quæ ius commune disponit, Nigr. d. num. 6. Ma-
ran. de ord. Iud. p. 2. nu. 26. Menoch. de arb. Iud.
lib. 1. q. 7. num. 70. & q. 9. num. 4. Bursat. cons. 201.
num. 9. & 117. Farin. quæst. 37. num. 68. Burg. q.
41. unda noo debet Regia Audientia quando
procedit ad modum belli admittere in testi-
52 monium capitales inimicos, nec alios de Iure
noo recipiendos, Nigr. in d. Cap. Si cum scele-
ratis, num. 46. Gram. decis. 34. num. 26. & decis.
86. num. 6. Clar. §. fin. quæst. 25. num. 5. Menoch.
de arb. Iud. lib. 1. q. 25. n. 24. Rocc. d. rub. 15. n. 20.
53 Nec modus procedendi ad modum belli ha-
bet locum circa torquendum, Cartar. in pra. in-
terrag. rea. lib. 4. cap. 1. num 207. Burg. q. 42. nu. 1.
& 2. unde noo potest Regia Audientia quan-
54 do in causis procedit ad modum belli devenire
ad nova genera tormentorum, sed ad solitam
torturam, Pegner. tract. crim. cap. 11. §. 11. nu. 3.
Intrigl. sing. 188. lib. 2. de Leonar. in pract. Offic. c.
5. num. 41. Cartar. loc. cit. num. 5. & seq. & quando
55 infert torturam ex processu informativo, non
potest uti fidiculis, ut fuisse ordinatum per Col-
laterale Cons. refert Cala de praemin. M.C.V. cap.
11. n. 14. sed si tortura in causis ad modū bellī
infertur datis defensionibos, & reus venit io-
ditiatus de delicto atrociori, potest R. Aud. uti
tormento fidicularū, prag. 2. & 4. de quæst. sed nō
potest R. A. torquere ultra horā quando tortura
infertur ad finem sciendi veritatem; si verò in-
56 feratur io caput aliorum, & tunc non potest ex-
cedere mediam horam, Porr. in schol. ad Ambro-
sin. de mod. form. proces. inform. lib. 1. cap. 4. nu. 3.
& lib. 3. c. 2. n. 19. Burg. q. 42. à n. 17. & per totam.
57 Publicato processu, si reus petierit Testium
examinatorum per fiscum repulsam ei est con-
cedenda, rit. 73. prag. 11. de ord. iudic. Carav. rit.
83. num. 5. Gram. cons. 15. num. 12. Ann. sing. 67.
Ricc. decis. 29. num. 15. p. 3. & coll. 834. Rocc. loc.
cit. num. 77. Viv. com. opin. 926. num. 2. Sanfel. in
pract. sect. 57. num. 1. quemadmodùm Accusatori
58 quoque cooceditur repulsa adversus Testes pro-
ductos ad rei defensam, Foller. in rub. conceda-tur
repulsa, num. 1. Maiora. in opopra. cap. 6. num. 6.
59 sed fisco oon competit talis repulsa adversus
testes examinatos ad defensam per inquisitum,
quia in locum repulsæ fiscus dat ioterrogato-
ria Testibus, Foller. in pra. tit. recipiantur defen-
siones, num. 32. Rov. in prag. 11. de ord. ind. nu. 21.
Borrell. in sum. decis. p. 2. tit. 15. Rocc. d. §. 14. n. 75.
& 76. Nov. de grava. vassal. tom. 2. grav. 162. n. 2.
60 Instructo processu, & monito reo ad dicen-
dum per horas pro expeditione causæ debet Re-
gia Audientia terminare causam, in qua proce-
dit ad modum belli, secundùm veritatem facti,
debetque ei plenè de facto constare, & de liqui-
da veritate, glos. in §. plenè, instit. de milit. test. Pa-
ris de sind. verb. lata, cap. 1. num. 3. quia factum
61 ipsum, & veritas sunt Iuris naturalis, quæ tollī
non possunt, Capic. decis. 69. num. 35. Vant. de
nullitat. verb. de nullitate sententiæ ex defectu
proces. nu. 30. & 36. Scag. d. allegat. prim. num. 22.
23. & 24. quæ sententia in causis, io quibus
62 proceditur ad modum belli potest proferri
de nocte, Burg. de mod. proced. ex abrup. q. 25. nu.
24. & seq. Danz. de pug. DD. tom. 2. tit. de offic.
deleg. cap. 3. num. 11. Scial. de forind. cap. 12. num.
63 34. licèt aliàs sententia non possit de nocte
proferri sub pœna nullitatis, Vant. de null. proc.
rub. de null. ex def. iurisd. num. 132. Mara. d. rub.
& demum fertur sententia, n. 92. & verb. actorum
editio, n. 50. Cabal. res. 218. Borrel. de comp. §. 3. gl.
4. n. 53. Gnaz. ad defens. reor. defens. 35 cap. 9. n. 7.
64 A sententia vero lata in causis, in quibus
proceditur ad modum belli, non datur reo con-
demnato appellatio, & appellatione non ob-
stante illa exequutioni demandatur, Istru. in
§. publici latrones, tit. de pace tenan. Paris de sind.
verb.

verb.latro,num.6.cir.med.Grand.prad.pati,qu.3. in 48.spec.Boer.decis.284.num.17. Franch.decis. 673.num.7.Pont.de potest.proreg.tit.12.num.15. Danza de pug.DD.lib.1.tit.de potest.ad med.belli, cap.2.n.15.Campan.de ferind.resol.12.n.10.

65 Etiam si superveniant provisiones M.C.quibus Reg. Audientiæ non teneatur obtemperare, etiam si sint cum inserta forma memorialis Coll. Cons. quò M. C. V. de justitia provideat, & tali casu interponitur decretum, non admissæ, quia proceditur ad modum belli, *Io. grand. de bell.Exul.spec.87.Rov.in rub.de eff.Instit.n.2.*

66 Potest tamen à dicta sententia reclamari per viam supplicationis ad eundem Principem, & pendet ab ejusdem Principis arbitrio concedere, vel denegare reclamationem, quia est mera ejus gratia, *Afflict.decis.341.num.6. Gramat.dec. 35.num.4.Franch.decis.487.nu.1.Rovit.in prag. 37.§.& similiter,num.13.de offic.Proc.Cæsar.Roc. de offic.tit.de offic.commiss.general.rub.15. n.53.*

67 Potest etiam per condemnatum dici de nullitate dictæ sententiæ, quia prohibita appellatione à sententia, non intelligitur prohibita nullitas, *Carav.in prag.1.de exul. num.14. Clar. quæst.94.num.10.Io grand. de bell. Exul.spec.48. nu.2.Roce.de Offic.tit.de offic. com. gener.rub.15. num.54.* quæ nullitates suspendunt sententiæ exequutionem, etiam in causis, in quibus proceditur ex delegatione, *Rovit.decis.44.n.4.Musc. in prax.S.C.par.2.p.1.glos.nullitates, Lancel.de attent.null.pend.cap.17.nu.10.& seq. Prat. resp. crim.32.à num.48.cum seqq.& discept.for. lib.3. cap.45.n.4.*teneo fortius quòd Regia Audientia
69 in causis, in quibus procedit ad modum belli, dicitur delegata ad universitatem causarū, ideò est ei permissum cognoscere de nullitate ejus sententiæ, *Vant. de nullit.tit. coram quo nullit. propo.pos.n.14.& 17.Cappel. Tolos.dec.38. Farin. decis.631.nu.8.p.2.de Marin.resol. quotid.lib.3. allegat.94.num.55. & 56.* & licèt *Thor. ad Io:*
68 *Grand.spec.48.in fin.*dicat quòd nullitates in causis ad modum belli non impediunt sententiæ exequutionem, tamen veritas est in contrarium, quòd impediant, sed nullitates discuti-
69 untur per horas, & reputatur difficile obtinere coram eisdem Auditoribus, qui paulo ante protulerunt sententiam, *Cap.Latr.decis.187.n.36.*

SUMMARIUM.

1 *Appellatio ab incidentibus in causis in quibus proceditur ad modum belli an admittatur?*
2 *Affertur distinctio.*
3 *Conciliantur DD. inter se pugnantes.*
4 *Terminus in causa appellationis ab incidentibus debet esse ordinarius, non autem per horas, licèt in causa principali procedatur per horas.*
5 *Decretum remissionis an sit interloquutorium, vel diffinitivum?*
6 *Appellatio a decreto remissionis coram quo Iudice interponatur ad delegantem, vel ad Iudicem ordinarium ad quem, si in principali causa proceditur ex delegatione.*

CAPUT X.

Ab incidentibus causarum, in quibus proceditur ad modum belli, an detur appellatio, & coram quo Iudice?

1 DIximus supra *hoc eodem tit. capit.9. num. 64.* quòd in causis, in quibus proceditur ad modum belli non datur appellatio, & dubitatur, an ab incidentibus causarum prædictarum detur appellatio? In quo articulo *Franc. dec.408. & decis.637.* distinguit quòd aut gravamen potest in diffinitiva sententia reparari, & non datur appellatio ab incidenti, aut non potest reparari, & datur appellatio, quam distinctionem sequitur *Rovi.in prag. 9.de appell.n.1.*

Merlin. controvers. forens. lib. 1. cap. 15. distinguit inter decretum negativum, & affirmativum, ut primo casu, quando Iudex pronunciat se incompetentem, quia continet damnum irreparabile, quod non potest in diffinitiva reparari, ex quò Iudex, qui semèl abdicavit à se iurisdictionem per interloquutoriam, non potest amplius illam assumere, competit dicto casu appellatio à tali interloquutoria, secundo casu, quando decretum est affirmativum, & tunc, quia remanet Iudex, & potest decretum in diffinitiva sententia reparari, datur à tali incidenti appellatio.

Capyc.Latr.decis.187. distinguit, quòd, aut remissio petitur ab Episcopo, vel Barone, aut à Clerico, vel Vassallo. Primò casu conceditur appellatio à tali incidenti, ea ratione quia decretum respectu Episcopi, vel Baronis est diffinitivum, nam per quæcumque verba concipiatur delegatio ipsos non lædit, secundò verò casu, quia decretum respectu Clerici, vel Vassalli est interloquutorium denegatur appellatio ab incidenti. Sed datur reclamatio.

Capibl.de Baron.tom.2. cap.50. alitèr distinguit, quòd, aut tractatur de incidentibus respicientibus processum, aut de exceptionibus proponendis extra iustitiæ processum. Primo casu denegatur appellatio ab incidenti, quemadmodùm denegatur appellatio in causa principali. Secundò verò casu admittitur appellatio ab incidenti, licèt denegetur in causa principali, quia talia incidentia sunt separata ab articulo criminali.

*Burges in alleg.*inserta per *Sanfel. decis.321.*

tenet, quò si super causa principali procedatur appellatione remota, censetur sublata appellatio quòad sententiam diffinitivam, non quòad interlocutoriam, vel aliud incidens, ideò à sententia incidétis super fori declinatoria bené admittitur appellatio,& in *dicta alleg.* adducit multos *DD.* & tenet eandem opinionem idem *Sanfel.decis.4.num.4. Canc.var.resol. lib.3.c.18.n.115.*

2 Mihi valdè arridet distinctio adducta à *Capibl.d.cap.50.* ea ratione,quia si supponimus incidentia tangere delictum, & esse circa subiectum criminalitatis, & punitionis delicti, & respicere processum, & causam, v. g. si opponatur Testes non debere recipi uti inimicos,vel exceptio nullitatis adversus foriudicationem per Tribunal reiicitur, certè appellatio interposita à tali decreto non impedit processum,ad ulteriora, quia talia incidentia respiciunt causam, & punitionem delicti; Si vero incidentia sunt separata, & non tangunt causam, prout est exceptio fori, indultus, & similia, & tunc quia potius sapiunt civilitatem,& sunt separata à delegatione ab eis admittitur appellatio.

3 Et cum hac distinctione concordantur *DD.* hinc inde pugnantes; nam *Io: grand. de bello exul.prad.de relatione,quaest.2.* qui adducit plures *DD.* & tenet,quòd prohibita appellatione in causa principali, prohibeatur etiam in incidentibus loquitur de incidentibus,& emergentibus respicientibus processum, & causam, & punitionem delicti, meritò ab eis non datur appellatio; nam dicta *quaest.2.num.2.* dicit hæc formalia verba. *Connexa dicuntur, quæ ad determinationem alterius veniunt, & nunmpendet ab altero,ut antecedens,& consequens,exemplum erit in mandante,& mandatario.*

Et eodem modo intelligitur *Burgius,& DD.* ab eo allegati *de mod. proced. ex abrupt. cent.1. quaest.39.* qui post quã substituit,quod denegata appellatione in causa principali intelligatur etiam denegata ab incidenti, subiungit *nu.5.* hæc formalia verba. *Infert igitur, quòd articuli concernentes inhabilitatem Personæ Accusatricis, vel incompetentia Iudicis, vel rei, & sic de similibus casibus, in quibus non agitur de meritis delicti,de quo agitur, tunc tales articuli debent discuti, cognosci, atque determinari secundùm Iuris tramites,& ità pluries practicavi,* hæc ille.

Alii verò *DD.* qui tenuerunt, quòd prohibita appellatione in causa principali, non prohibeatur in accessoriis, loquntur in accessoriis, & emergentibus, separatis à negotio principali,& crimine, prò ut sunt declinatoria fori, & aliæ,de quibus loquuntur. *Merl.Capic.Lat.Burger, & Sanfel.in locis supra citatis*, & loquitur *Ther.in C.rer.ind.cas.28.* quia quoties diversa est ratio accessorii causæ principalis non militat illa regula accessorium sequitur naturam causæ principalis, quia Princeps removet appellationem in causa principali ob enormitatem delicti, sed non intelligitur removisse defensionem ab his,quæ non tangunt causam,nec delicti enormitatem, sed sapiunt civilitatem, *Sanfel.d.decis.321.nu.6.& 7.* & sic fuit decisum die 10.Decembris 1676.penes scribam de Marco,per Regium Collaterale Consilium,in causa particularium Montis Corvini, & Regii Fisci, cum Rugerio Cavaselice, ad relationem Regii Consiliarii Petra;nam fuit admissa reclamatio à decreto eiusdem Collateralis Consilii, per quod fuerat provisum, quòd dictus Rugerius gaudeat indulto,ex quo, licèt à decreto diffinitivo Collateralis Consilii, lato in causa criminali non detur reclamatio, tamen à dicto incidenti fuit admissa, ex quo non tangebat causam, nec processum, sed ab illo erant separata, & tenet idem *Sanfel.decis.4.n.6.*

4 In casu verò quo à dictis incidentibus datur appellatio, terminus appellationis non debet esse extraordinarius; & per hotas quemadmodum practicatur in causis ad modum belli, ut diximus hoc *tit.cap.9. num.42.* sed debet esse ordinarius,& infra tempora appellationis non potest Regia Audientia procedere in causa, ità pluries decisum refert *Danz.de pug. DD.tom.1. tit.de potest.ad modum belli,cap.5.n.19.cum seqq. Sanfel.decis.4.a nu.20.vers.mater,& 321.*& bis decisum refert per M.C. *Cala praem.M.C.V.cap.21.n.7.*

5 Quòd intellige quando remissio fuit petita à Barone, nam si est petita à Vassallo,tunc non debet dari terminus, ex quò respectu istius decretum est interloqutorium, sed respectu Baronis est diffinitivum, ex quò delegatio per quæcomque verba loquatur eum non comprehendit, *Capibl.de Baron.prag 8.tom.1. par.2.nu. 98.& tom.2.cap.50.Cap.Latr.decis.187.*

6 Vnde si contigerit appellari à dicto decreto denegatæ remissionis, talis appellatio est interponenda apud Iudices ordinarios, & sic ad M.C.V.vel S.R.C. non vero apud delegantem; nam cum dicta incidentia sint extra delictum, & sapiant civilitatem, non militat illa regula, quòd appellatur à Delegato ad Delegantem, quia hoc intelligitur in causa principali quando Princeps dispensat, non vero in incidentibus extra causam, Ità decisum refert *Cala dicto cap.21. num.6.* contrariam decisionem refert *Ros.de decret.M.C. cap.12. num.23.* ubi fuit admissa appellatio in Collaterali,meritò *Cap.Lat. decis.485.* dicit diversimodè fuisse practicatum.

SUMMARIUM.

1 *Baronibus an competat remissio Vassallorum in causis ad modum belli?*

2 *Si Statutum de non delicto faciat delictum de illo cognoscit Baro.*

3 *Vassallus investitus de mero, & misto imperio cen-*

censetur cumulativè quòad Principem investitas, non privativè.

4 *Remissio non competit Baronibus in causis ad modum belli, quoties Princeps id expresse iussit.*

5 *Rex Alphonsus concessit Baronibus merum, & mistum imperium.*

6 *Per talem concessionem non abdicavit sibi potestatem cognoscendi de causis Vassalorum, sed illam concessit cumulativè.*

7 *Princeps potest abdicare causas à Baronibus.*

8 *Iudices in quibus casibus possint Baronibus denegare causas remissionum eorum Vassallorum.*

CAPUT XI.

Baronibus an competat remissio Vassallorum in causis ad modum belli?

1 Discutit hanc quæstiunem, *Io. Grand. de bello exul. prędica. qualitatis, quæst. 3.* qui pro pru parte affirmativa, quùd competit talia remissiu adducit septem argumenta, & pru parte negativa novem, & tenet opiniunem, quòd nou competit dicta remissiu, & quod talis quæstiu indigeret Principis decisiune, & cum upinione negativa residet *Mascat. de cogn. sive prob. delict. rub. de privileg. fur. num. 57. 58. & 59.* secundùm quam opinionem dicit observari in Pruvincia Calabriæ testatur *Thor. in add. ad Io. Grand. d. quæst. 3.* & hanc opinionem sequitur *Bur. de mod. proced. ex abrup. cap. 78. à num. 17. cum seq.*

Contrarium ex diametro decisum testatur *Pet. ad Grammat. decis. 26. & 19.* quòd in causis, in quibus proceditur ad mudum belli competit remissio Baronibus, in causa Notarii Francisci Inforziati, & pluries decisum tradit *Danz. de pug. DD. tom. 1. tit. de potest. ad mod. belli, cap. 3.* & licèt hæc potestas ad modum belli non sit de Iure, sed intruducta per statutum, & novam legem, tamen adhuc de nuvo delictu, quod
2 prius nun erat tale cognoscit Baru, *Franch. decis. 474. Rov. in pragm. 5. de admin. Univers. num. 3.* & Vassallus investitus à Principe de feudu, cum mero, & mixtu imperiu censetur inve-
3 stitus privativè, quoad Principem investientem *Gasp. Thes. ad Patrem, in add. ad decis. 132.* & ità observari vidi in Regiis Audientiis, Theat. & Salerni.

4 Excepto si in litteris commissionalibus Præsidi esset per S. E. data specialis potestas derogandi privilegiis Barunum, quo casu deficit illorum jus, & non possunt petere remissionem, *Novar. super prag. 10. §. 48. num. 188. de offic. Iudic.* quòd benè potest per Principem fieri, quia licèt
5 in Regno Barones habeant merum, & mixtum imperium, ob concessiunem eis factam à Rege Alphunso, quod per prius non habebant, *Affl. in Const. Reg. Ea qua ad decus, rub. 47. quod aullus, Prælatus lib. 1. in prim. notab. num. 2.* ex qua concessione pessundata est M.C. *Merl. lib. 1. cap. 86. in princip.* & diximus *tit. 1. cap. 1. num. 16.* ex hac tamen concessiune iurisdictionis data per
6 Principem Baronibus, nun extinsit eius potestatem cognuscendi in causa, sed tantùm cumulativè cuncessit, *Gram. cons. 2. post decis. & cons. crim. 6. num. 23. Ruin. cons. 114. num. 13. vol. 2. Tho. del bene de immun. Eccles. cap. 8. dub. 47. sect. 2. nu. 8. Menoch. de præsum. lib. 2. cap. 18. Gratian. discep. 154. & 270. Cara. tit. 47. num. 1. Galeo. lib. 2. contr. 57. nu. 2. Capibl. de Baron. lib. 2. cap. 37. num. 1. & 2. Camp. de forind. resol. 13. nu. 10.* quia nun potest Princeps à se abdicare supremam potestatem; ac proinde concessa quacumque potestate semper sibi retinet maior, *cap. dudum, de preb. in 6. Anchar. cons. 28. Beer. decis. 68. num. 12. Giurb. cons. 19. Staib. res. for. 188. à nu. 2. tom. 2.* ob quam rationem non solum potest abdicare potestatem Baronibus cugnuscendi de causa
7 suurum Vassallurum in delictis, in quibus proceditur ad modum belli, sed in delictis enormibus jubet, quòd pro illa vice citrà præiudicium privilegiurum Baronalium, procedatur in causa in M.C. vel in Reg. Aud. *Ponz. de pot. Proreg. tit. 3. de elect. Offic. §. 1. num. 19.*

8 Immò quandoq; Iudices ipsi, quando agitur de causa gravi, vel adest timor ne iustitia integrè administretur, vel quandu carceratus reperitur in carceribus M. C. V. & terra Barunia longè distat, vel si adest aliquis timor respectu Iudicis, remittunt causam Baruni, qui eligat Iudicem in Civitate, & procedat cum interventu Regii Fisci, *Tap. tom. 1. iur. Reg. lib. 2. tit. de offic. mag. Iust. num. 33. vers. recursum habuerunt, Thor. in comp. decis. par. 1. verb Vassallus Baronis, fol. 508. in fin. & p. 3. verb. remissio inquisiti, fol. 87. Prat. practicar. observat. 3. num. 5.* In alio casu non datur remissio Baronibus suurum Vassallurum, quando agitur contra disrobatores stratarum, *pragm. 5. ubi de del.* contra quos locum habet potestas procedendi ad modum belli, *d. prag. 10. §. 48. de offic. Iud.* & si Reg. Aud. prævenerit in capiendo denegat remissionem Baruni, nam cuntra supradictos quilibet Iudex capiens est competens in cugnuscendo, *prag. 5. ubi de delict. quis caveat.* & diximus supra hoc eodem *tit. cap. 2. num. 135.* Alios casus, in quibus denegatur Baronibus remissio Vassallurum, recensuimus *tit. 1. cap. 10. à num. 22.*

SUMMARIUM.

1 *Potestas procedendi ad modum belli locum non habet non constito de delicto in genere.*

2 *Confitens occidisse hominem non potest eadem-*

demnari, non reperto cadavere occisi.

3 *Solus titulus delicti non sufficit ad procedendum ad modum belli, remissivè.*

4 *Si ex facie processus informativi notoriè constet aliqua causa revelans ad excusandum reum à delicto, non potest procedi ad modum belli.*

5 *Nec si reus in promptu offert docere de eius innocentia.*

6 *Nec si per aliam Curiam est capta informatio, & transmissa ad Regiam Audientiam.*

7 *Quòd in causis, in quibus Regia Audientia cepit procedere ordinariè.*

8 *Nec contra Minores ætatis annorum 18.*

9 *Per modum procedendi ad modum belli quemadmodo tolluntur defensiones.*

10 *Nec Reg. Aud. possunt procedere ad modum belli in causis ad ipsam devolutis per viam appellationis.*

11 *Causa appellationis regulari debet secundùm primam instantiam.*

12 *Index ad quem procedit ad modum belli, si Index à quo taliter processit.*

13 *Regia Audientia tenetur procedere in causis ad modum belli simul cum Præside.*

14 *Per potestatem tributam Præsidi procedendi ad modum belli videtur electa industria Personæ.*

15 *Præses non potest potestatem ei tributam procedendi ad modum belli altori subdelegare.*

16 *Sed hoc ei permittitur existente iusta causa, & necessitate pracisa.*

17 *De consuetudine Præses potest potestatem ad modum belli communicare Tribunali Regiæ Audientiæ.*

18 *Regia Audientia possunt procedere ad modum belli in tribus casibus hic notatis, non obstante morte, vel discessu Præsidis, vel Proregis.*

19 *Per mortem Proregis, qui concessit Præsidi Provinciali potestatem procedendi ad modum belli, an expiret talis potestas? & n. 20.*

21 *Per mortem, vel discessum Præsidis, quando possint Regia Audientia procedere in causis ad modum belli, & num. 22. 23. & 24.*

25 *Contra reum inquisitum de pluribus, contra quem pro uno delicto potest procedi ad modum belli, pro alio Reg. Aud. debet procedere ordinariè.*

26 *Præses non committit nullitatem si in causa, in qua posset procedere ad modum belli procedit ordinariè.*

27 *Fallit si Prorex præceptivè hoc ei insistet.*

CAPUT XII.

Modus belli in quibus casibus locum non habeat.

POtestas procedendi ad modum belli in pluribus casibus locum non habet, & Præses, & Regiæ Audientiæ tali modo procedere non possunt, licèt reus imputetur de criminibus contentis in sæpè citata *pragm.* 10. §. 48. *de off. Iud.* ideò plores casus subnectam. Primò non potest
1 procedi ad modum belli, nisi prius constet de delicto in genere, quod ante omnia constare debet, *l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.* & in puncto defendit *Scagl. alleg. 1. num. 58. & Burg. de mod. proced. ex abrup q. 22. à num. 5. & per tot.* ubi citat *Nig. in Cap. Si cum sceleratis, num. 25.* & licèt *Io: Grand. de bell. exul. spec. 93. nu. 2.* teneat quòd contra forascitos non requiratur probatio delicti in genere, quia solent abscondere cadavera eiiciendo in flumine, vel in mare, & eum sequitur *Rocc. de offic. tit. de offic. com. gener. rub. 15. nu. 43.* qui citat *Farin. & Thor.* tamen omnes se fundant in doctrina *Cason. in tract. de torm. cap. 2. n. 4.* qui dicit quòd si reus confitetur occidisse aliquos ignotos condemnabitur, quamvis non constet de cadaveribus, tamen doctrina *Cason.* communitèr à *DD.* impugnatur, qui dicunt,
2 quòd licèt reus confiteatur occidisse hominem certum, & proiecisse in mare, si cadaver non reperiatur confessio non sufficit ad condemnandum, *Bos. de delict. num. 15. Feller. in pract. verb. & si confitebuntur, num. 34. Cabal. resol. crim. cas. 255. nu. 4. Fab. def. 8. C. ad l. Iul. de sicar. Ann. Robert. rer. iud. lib. 1. cap. 4. Cæsar. peregr. quæst. lib. 1. q. 17. §. 2. num. 52.* & dicemus *tit. 10. cap. 2.* quinimmò *Far. q. 2. à Roc.* addoctus *num. 11.* dicit contra eum, quòd scilicèt corpus delicti debeat, etiam probari quando agitur contra assassinos, malandrinos, & homines malæ famæ, nec *Thor. à Rocc.* citatus meretur allegari, si quidem *in annot. ad Io. Gran. d. spec. 93. num. 2.* loquitur in alio caso, prout est videre.

3 Secundò non potest procedi ad modum belli ex solo titulo delicti, sed debent præcedere inditia ad torturam, ut diximus supra hoc *tit. cap. 1. num. 21.*

4 Tertiò non potest procedi ad modum belli, si ex facie eiusdem processus informativi notoriè constet aliqua causa relevans ad excusandum reum à delicto, de quo imputatur; quia cum tales probationes sint productæ à fisco, videtur eas contra se produxisse, *Gram. vot. 3. num. 22. & vot. 30. num. 30. Nig. in Cap. Reg. 272. num. 36. & 42.*

42.cum seq.Ball.de quæst. q.10. num.33. Burg. quæst.47.num.13.usque ad 18.

5 Quartò non potest procedi ad modum belli, quoties reus in promptu offert docere de eius innocentia, quia hæc admitti debet in omni iudicio ad claritatem veritatis, *Nig. in d. Cap.Si cum sceleratis,num.42.Gram.cons.64 num.8. & seq & cons.13.num.23.Burg.quæst.11. num.15. & 16.Io: Grand.de bell.Exul.præd.quando, quæ. 3.num 4.Danz.de pug.DD.tom.1.de pot.ad mod. bell.cap.6.Camp.resol.25.*

6 Quintò non potest procedi ad modum belli, nisi de ordine Præsidis, vel Tribunalis Regiæ Audientiæ sit capta informatio, nam cum informationibus captis per aliam Curiam, non possunt procedere ad modum belli, *Scial.de torq.reos,cap.6.nu.72.* &.faciunt dicta per *Nig. in d.Cap.Si cum sceleratis,n.46.*

7 . Sextò non potest procedi ad modum belli in causis, in quibus Præses, vel Regia Audientia cepit procedere ordinariè, nam non possunt postea in eisdem causis procedere ad modum belli, *Nig.in d.Cap.Si cum sceleratis, num.56. Danz.d.cap.6.num.11.Trois.in prag.7.num.8.de dilat.Scial.d.cap.6.nu.71.*& ità observari in Regia Audientia Calabriæ citrà, testatur *Thor. ad Io.Grand.de bell. Exul.spec.77.* sic fuit decisum per M.C.sub die 29.Maii 1690.in causa Caterinæ Manzo, pœnès Scrib. Celentanum, excepto si supervenerint nova inditia, vel ex alia causa; nam tunc potest Iudex recedere à processu ordinario, & redire ad alium more belli, *Ball.tract. crim.præmiss.7.lib.3.num.2.& seq.Burg.q.48. n. 5.& seq.Scial.de torq.reo.cap.6.num.71. Concial. verb.tortura,cap.4.num.12.*

8 Septimò non potest procedi ad modum belli contra minores ætatis annorum 18. nam licèt in Regno delinquendo possint puniri pœna ordinaria, considerata delicti qualitate, *pragm. 1.de Min.*tamen ex quo, quando proceditur ad modum belli, quodamodò videntur tolli defensiones, quia infertur tortura ex processu informativo, & proceditur per horas, ut supra diximus *cap. 3. tit. 3.* ob hanc rationem sub tali potestate non comprehenduntur Minores, & ità determinatum refert *Navar. super prag. 10. de offic.Iud.num.183.cum seq.Burg. quæst.66.n. 22.& seq.Danz.de pug.DD.tom.3.tit.de Min.in del.excus.cap.3.num.10.11 & 12. Iul. Mastr.in alleg.*inserta per *Scag.post pragm.num.38.& 39. Mut.dec.29.*

10 Octavò non possunt Præses, nec Regia Aud. procedere ad modum belli in causis ad ipsam devolutis per viam appellationis, si iudicio ordinario in prima instantia fuerunt determinatę, *Nav.*tàm in *d.prag.10. num.182.* quàm in *decis. Reg.Aud.Apul.9. Thor. in C. rer.ind. in append. 9.* ex quo causa appellationis regulari

11 debet secundùm primam instantiam, *prag. 44. §.item si aliquis, vers.& postea, de offic. S. R. C.* & causa appellationis dicitur eadem cum prima instantia, *l.1.ff.an per alium causa appell. glos.in cap.de lura.calum.in 6 & in.cap.si de test.eod.lib. gl.& DD in l.ita demum, C. de Procur.* unde si prima causa fuerit summaria, summaria erit causa appellationis, *Muscat.in prax. S C.p.3. glos.instantia, num.11.* & ad propositum dicit *Franch.decis.520* quòd si in prima instantia in M.C.sit pro aliquo delicto processum per horas, in causa appellationis S. C. etiam procedit per horas, *Fantan.de pact.nup.tom.2.claus.4 glos.11. num.72.* sicut e contra, quando in causa fuit processum ad modum belli per habentem potestatem, si per Principem fuerit concessa appellatio à tali sententia Iudex ad quem potest procedere cum eadem præeminentia, *Vant.de null.ex def.præces.num.88.Tusc.cons.395.num.2. lit.A.Musc.d.par.3.glos.instantia, nu.22. Franc. d.decis.520. Ricc.coll. decis.620. Capibl. de Bar. prag.8.num.54.Fantan.d.conclus.4.glos.11.n.72.*

13 Nonò non potest sola Regia Audientia in delictis taxatis in *d.prag.* procedere ad modum

14 belli, quia talis potestas est concessa Præsidi, & est electa industria personæ, *Gram. in Cap. Si cum sceleratis,num.2.& seq. Pont.de pot. Proreg. tit.de provis.fier.sol.§.4.in princ. Io: grand. præd. agere, quæst.1.* ubi *Thor.in addit. Scagl.allegat. 2.post pragm.num.152.* ideò nec Præses potest illam alteri delegare, quia Delegatus à Principe in causis arduis, ubi est electa industria personæ, non potest alteri causam subdelegare, *Clar.§.fin.quæst.41.nu.2.& seq.Affl.in Const.Officia,quæ personis,post num.3. Caval. de brac.Reg. par.1.num.270.Burg.q.68.à n.7.ad fin.*

16 Iusta tamen causa existente, & præcisa necessitate posse Præsidem potestatem ad modum belli alteri communicare, dicit *text.in l.1. ubi omnes,ff.de offic.eius,Carav.rit.2.num.20.* & de

27 consuetudine Tribunalium Regiorum Audentiarum posse Præsidem potestatem ad modum belli subdelegare Tribunali Reg.Aud. vel uni ex Auditoribus, per plura exempla demonstrat *Io. Grand.de bel.Exul.præd.agere, q.2.& 3.* & tenet *Scial.de ferind.cap.19. num.27.* excepto si esse-

18 mus in tribus casibus, notatis in *prag. 30. §.21. & 29.de exul.* in quibus Regiæ Audientiæ possunt procedere ad modum belli absque subdelegatione Præsidis, & si Præses moriatur, vel moriatur Prorex, quia dicta potestas collata Regiis Audiendientiis est inserta in *valum.pragm.* possunt Regiæ Audientiæ procedere ad modum

19 belli in dictis tribus casibus, sed præter hos tres casus, ubi Præsidi Provinciali est largita per Proregem potestas procedendi ad modum belli, ob mortem, vel discessum Proregis expirat Præsidis potestas, & Principis placitum, *Afflict. in Const.Super incisionibus,nu.29. Mascard.de prob. concl.188.num.29.Vant.de nullit. ex def. iurisd.*

20 *deleg.n.103.* dummodo Prorex obiit re integra, & antequam Præses cepit procedere ad modum belli, quia si tali modo cepit procedere, non obstante morte Proregis, non impeditur procedere

dere etiam in aliis causis, *Land. de Princip. qu.* 538. *Burg. de mod. proceden. ex abrup. qu.*
21 87. *anum.* 8. quemadmodum dicimus de Præside, qui si subdelegat causam ad modum belli in casu permisso, & re integra moriatur, subdelegatio expirat, & prohibetur subdelegato tali modo procedere, *l. mandatum, C. mand. Franch.*
22 *decis.* 255. sed si subdelegatus cepit procedere, & res non est integra, in causa incepta, potest procedere ad ulteriora, non obstante morte Præsidis, & subdelegatio non expirat, *cap. si delegatus, de offic. deleg.* & habetur in *pragm.* 10.
23 §. 54. *de offic. Iud.* ubi cavetur, quòd Regiæ Audientiæ possunt indistinctè procedere ad modum belli in causis inceptis iuxtà auctoritatem elargitam Præsidi, non obstante morte, vel di-
24 scessu Præsidis, & si plures sunt rei de delictis, pro quibus intrat potestas procedendi ad modum belli, si contra unum ex inquisitis fuit ceptum procedere ad modum belli, non obstante morte, vel discessu Præsidis, potest Reg. Aud. contra alios successivè procedere tali modo, *Thor. in Cror. iud. cas.* 18.
25 Vndecimò si idem met reus sit inquisitus de de duobus delictis, & in uno intrat potestas procedendi ad modum belli, & in alio debet egi ordinariè, non potest Præses in utroque delicto procedere ad modum belli, aliàs esset nullitas manifesta, *Novar. decis. R. A. Apul.* 112. *& in prag.* 10. *de offic. Iud. nu.* 186. *Giurb. decis.* 101. *& cons.* 39. *num.* 15. *Danz. de pug. DD. tit. de potest. ad mod. bell. cap.* 2. *Thor. in comp. decis. in suppl. verb. M. C. Camp. de forind. resol* 18. *num.* 11. *&* 12.
26 E contrario Præses non committeret nullitatem, si in aliqua causa, ubi esset procedendum ad modum belli procederet ordinariè, *Io. Gran. de bell. Exul. spec.* 76. *&* 77. *Maran. disp.* 4. *nu.* 3. *Camp. d. resol.* 18. *n.* 5. excepto si Prorex præcepit-
27 vè iussisset, quòd procedatur ad modum belli: nam tunc non potest alio modo procedere, & esset nullitas, *Burg. de mod. prec. ex abrup. q.* 34.

Et cum hæc hactenus exarata impono finem huic primo Tomo mearum laborum, ad laudem Dei Omnipotentis, Beatissimæ Mariæ Virginis, Divi Nicolai, Divi Antonii, cæterorumque Sanctorum, præcipuè tutelarium, & cuncta omnia subiicio correctioni, & iudicio Sanctæ Matris Ecclesiæ, & testor quòd contra eius dictamina nihil attentare, aut præsumere intendo, nisi illud, quod ipsa docet.

F I N I S.

	Errata	Corrige.
fol.2. cap.1. n.12.lin.3.	faltim	faltèm
fol.2. c.1. n.12. lin.13.	temporæ	tempore
fol.3. c.1. n.16. lin.2.	eorum	earum
fol.3. c.1. n.24. lin.3.	criminæ	crimine
fol.3. c.1. n.25. lin.2.	continuò	continuè
fol.5. c.2. n.17. lin.3.	qui	quod
fol.6. c.3. n.16. lin.6.	Vxotibus	Vxores
fol.17. c.9. n.23. lin.5.	Inftirutiones	inftructiones.
fol.17. c.9. n.32. lin.8.	prægmaticarum	pragmaticarum
fol.18. c.9. n.53. lin.4.	benà	benè
fol.20. c.10.in argum.	eius	earum
fol.20. c.10.n.1. lin.6.	tit.crim.	tit.de crimin.
fol.21. c.10.n.28. lin.8.	exemros	exemptos
fol.23. c.11.n.13. lin.2.	M.C.V.	ad M C.V.
fol.23. c.11.n.28. lin.3.	tenetur	tenentur
fol.23. c.11.n.28. lin.4.	procedit	procedont
fol.27. c.12.n.31. lin.3.	introductæ	introducti
fol.33. c.15.n.18. lin.4.	peritatem	puritetem
fol.33. c.15.n.29. lin.4.	Miles	Milites
fol.39. c.18.n.4. lin.2.	regul.	regal.
fol.44. c.19.n.8. lin.1.	Quia	Quæ
fol.45. c.20.n.8. lin.9.	Pro	Per
fol.46. c.20.n.12. lin.2.	Delinquentes	relinquentes
fol.46. c.20.n.30. lin.1.	Differentia	differentiam
fol.51. c.23.n.13. lin.2.	per	pro
fol.56. c.25.n.9. lin.1.	Maftris	Magiftris
fol.58. c.25.n.30. lin.2.	illud	illum
fol.71. c.4. n.4. lin.4.	tanquam	tamque
fol.71. c.4. n.5. lin.8.	Bondinel.	Rondinel.
fol.74. c.6. n.3. lin.5.	Præceptoribus	Perceptoribus
fol.87. c.13.n.33. lin.2.	nò	non
fol.94. c.15.n.14. lin.4.	hoftium.	oftiam
fol.98. c.18.n.6. lin.2.	mos	mors
fol.107.c.1. n.99. lin.6.	ipfi	ipfis
fol.108.c.1. n.110.lin.4.	duos	duo
fol.108.c.1. n.117.lin.3.	facienda	faciendo
fol.173.c.5. n.67. lin.2.	congui	congrui
fol.204.c.3. n.17. lin.4.	ex quo criminales	ex quo diftincta eft
fol.205.c.4. n.5. lin.2.	Sindicores	Sindicatores
fol.209.c.8. n.1. lin.2.	contr	contra
fol.219.c.24.n.5. lin.4.	impepeditur	impeditur

INDEX

RERUM; ET VOCABULORUM OMNIUM, QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Ostendit primus numerus titulum, indicat alter caput, tertius capitis numerum; litera verò R. demonstrat Rubricam.

A.

 Actua-

Tem-

Qui-

Auxi-

Bir-

Car-

Chii-

Nul-

Cri-

Cu-

D.

E.

F.

sen-

G.

H.

I.

In-

Sed

Non

L.

M.

INDEX.

Mi-

Nea-

N.

O.

In

pro

P.

INDEX.

sio

ver-

Pu-

Tor-

S.

Sen-

T.

Te-

Usus

Vel

In-

V.

FINIS.